



40) D^o 09-0-20

64





Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/b28520397_0009

PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

A V C T O R E

I O S E P H O F R A N K

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS
ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIIS STATVꝰ, EQVITE ORD. ST.
ANNAE II. CLASSIS, ST. WLODIMIR IV. CLASSIS, THERAPIAE
SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI.
PROFESSORE, AC SEMINARII MEDICI IMPERATORIS MVNIFICEN-
TIA CONDITI PRAEFECTO, CONSILII MEDICI PETROPOLITANI ET
CAESAREAE ACADEMIAE MEDICO - CHIRVRGICAE, SOCIETATVM
PHILANTHROPICAE ET PHARMACEVTICAE PETROPOLITANAE,
NATVRAE SCRVTATORVM MOSQVENSIS, CAESAREAE MEDICORVM
ET BENEFICORVM VILNENSIS, ACADEMIAE MEDICORVM VE-
NETAE, SOCIETATIS AGRICVLTVRAE STVDIOSORVM FLOREN-
TINAE, SCIENTIARVM ET ARTIVM ARGENTORATENSIS, ACA-
DEMIAE MEDICAE, SOCIETATVM GALVANICAE ET MEDICAE
PARISIN. R. JENNERIANAE, MEDICORVM ET NOSOCOMII A
GVYO I.ONDINI DENOMINATAE, ORDINIS MEDICO - CHIRVRGO-
RVꝰ LVCCENSIS, SOCIETATIS PHYSICO - MEDICAE ERLANGENSIS,
MEDICAE MARSILIANAE, MEDICO - PRACTICAE MONTISPESSVLA-
NAE, LITERARIAE CVM VNIVERSITATE STVDIORVM CRACOVIIENSI
CONIVNCTAE, R. VARSOVIENSIS ETC. ETC. SODALI.

PARTIS SECVNDAE VOLV MEN SECVNDVM,
SECTIO PRIMA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS LARYNGIS, TRACHEAE ET
CORPORIS THYREOIDEI, THECAE THORACICAE, PLEV-
RAE, MEDIASTINI, THYMI ET PVLMONVM.

L I P S I A E

SV MPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI
C I O I O C C C X X I I I .

ROYAL COLLEGE
OF
PHYSICIANS
O.
LONDON

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS
LIBRARY

CLASS	61
ACCN.	4096
SOURCE	
DATE	

In bibliopolio Kuehniano prodierunt:

- Kramp, K., Kritik d. pract. Arzneik. gr. 8. 2 Rthlr.
- Kühn, C. G., de exanthemate, vulgo variol. vaccin. nomine insignito, comm. I. 4. 12 gr.
- — Briefe üb. die Mittel, die atmosph. Luft bei ansteck. Krankh. zu verbessern. 8. 12 gr.
- Marrum, Mart. v., Beob. u. Vers. üb. die Rettungsmittel Ertrunkner. A. d. Holl. m. e. Vorr. v. Ernst Hebenstreit, M. 1 Kupf. 8. 12 gr.
- Renard, J. Claud., Versuch, d. Entsteh. u. Ernährung, d. Wachsth. u. alle übr. Verändr. d. Knochen im gesund. u. krank. Zustande zu erklär. gr. 8. 18 gr.
- Römer, J. J., Annal. d. Arzneimittellehre. 8. 1r Bd. in 3 Hftn. 1 Rthlr. 20 gr. 2r Bd. 1s Hft. 16 gr.
- — Archiv f. d. Botanik. M. sehr viel. schwarz. u. illum. Kupf. gr. 4. 3 Bde à 3 Stck. à 8 Rthlr. 24 Rthlr.
- Roy, Alph. le, Vorlesungen üb. d. Gebärmutter-Blutflüsse während d. Schwangerschaft etc. 8. 18 gr.
- Schröter, J. Fr., d. menschl. Gefühl od. Organ d. Gestastes, nach d. Abbild. mehrer. berühm. Anatomen. M. 1 illum. Kupf. gr. Fol. brochirt. 1 Rthlr. 6 gr.
- — d. menschl. Nase od. d. Geruchsorgan, nach d. Abbildungen d. Hrn. G. R. Sömmerring, neu dargestellt. M. 1 illum. Kupf. gr. Fol. brochirt. 1 Rthlr. 6 gr.
- — d. menschl. Zunge od. d. Geschmacksorgan, nach d. Abbildungen d. Hrn. G. R. Sömmerring, neu dargestellt. M. 1 illum. Kupf. gr. Fol. brochirt. 1 Rthlr. 6 gr.
- Wirkungen d. Electricität auf d. krank. Organism. Aus d. Engl. M. e. Vorrede von Dr. K. G. Kühn. 8. 16 gr.
- Acta nova soc. Jablonovianae. 4. Vol. II. cum tab. aen. 2. 3 Rthlr. — Vol. III. 2 Rthlr.
- Beiträge z. Naturgesch. d. Wallfischarten. 1r Thl. Joh. Hunters Bemerkung. üb. d. Bau u. d. Oeconomie d. Wallfische. A. d. Engl. M. Anmerk. u. Zusätzen von J. G. Schneider. 8. 16 gr.
- Brisson, üb. d. specif. Gewichte d. Körper. A. d. Fr. M. Anmerk. von J. A. G. Blumhof. M. Zusatz. von Hofr. Kästner. M. Kupf. gr. 8. 1 Rthlr. 6 gr.
- Fischer, Gotthf., üb. d. versch. Form d. Internaxillarknochens in versch. Thierart. M. 3 Kupf. 8. 18 gr.
- Freiesleben, J. C., bergmann. mineral. Beschreib. d. grösst. Theils d. Harzes. M. 3 Kupf. 2 Thle. gr. 8. 2 Rthlr. 12 gr.

- Gesellschafter, der angenehme, in Engl. Gartenanlag. f.
 alle, die mit d. Angenehm. d. Spaziergangs in ihnen
 auch d. Nützliche verbinden wollen, ein Anhang zu d.
 botan. Taschenb. f. wissbegierige Spaziergänger. 12.
 6 gr.
- Hedwig, Jo., filicum genera et spec. recent. method.
 accommodatae, icon. ad nat. pict. illustratae a Rom.
 Hedwig. Fol. maj. IV Fasc. à 3 Rthlr. 12 Rthlr.
- Rom., Aphorismen über d. Pflanzenkunde, z. Ge-
 brauch seiner Vorles. 8. 12 gr.
- — observationum botan. Fasc. I. c. tab. XI color.
 4 maj. 3 Rthlr.
- Ingenhouss, Joh., üb. Ernähr. d. Pflanzen u. Frucht-
 barkeit d. Bodens. A. d. Engl. M. Anmerk. v Gouth.
 Fischer. Nebst e. Einleit. üb. einige Gegenstände d.
 Pflanzenphysiologie von F. A. v. Humboldt. 8.
 18 gr.
- Sammlung anat. Aufsätze u. Bemerk. z. Aufklärung d.
 Fischkunde. 1r Thl. Vicq d'Azyrs anat. Kennz. d.
 Fische, u. Lorenzini's Beschr. u. Zergliederung d.
 Krampfrochens. A. d. Ital. u. Franz. von J. G. Schnei-
 der. Mit 7 Kupf. 8. 16 gr.
- Schmiedlein, Gfr. Ben., vollst. Lehrbegriff d. Ento-
 mologie. 1r Bd. Mit 4 Kupf. gr. 8. 1 Rthlr. 16 gr.
- Taschenbuch f. Liebhaber Engl. Anlagen, mit besondrer
 Hinsicht auf die um Leipzig befindl. 12. 16 gr.
- Vorbereitung zu Gall's Vorlesungen über d. Craniosco-
 pie, von e. seiner Schüler. Mit Kupf. 8. brochirt.
 8 gr.
- Weber, Dr. Fr., u. Dr. D. M. H. Mohr's Archiv f.
 d. systemat. Naturgeschichte. 1n Bds 1s St. m. schwarz.
 u. illum. Kupf. gr. 8. brochirt. 1 Rthlr.
- Wulfen, Xav., plantarum rarior. descript. 4 maj.
 1 Rthlr.
- — — cryptogama aquat. cum tab. aen. 4 maj.
 16 gr.

DE MORBIS
LARYNGIS, TRACHEAE
ET
CORPORIS THYREOIDEI.

CAPUT I.

De morbis laryngis, tracheae, et corporis thyreoïdei generatim.

§. I.

Ordo rerum. Literatura.

1. **D**octrinae morborum cavitatum nasali-
um, quâ praecedenti hujus operis volumini Ordo re-
rum.
finem imposuimus, illam *partium respirationi*
propius *inservientium* annectimus. Ordinumur a *la-*
rynge et *trachea*, non excluso *corpore thyreoïdeo*.
Quaestio fiet: 1. de *vitiis vocis* et *loquela*; 2. de
Croup; 3. de *phthisi laryngea* et *tracheali*; 4. de
thyreoitide et 5. de *struma*.

2. Monographias, quae morbos laryngis et tra-
cheae Literatu-
ra.
implecterentur, nisi opus CHEYNI¹⁾, ac
respectu morborum corporis thyreoïdei, disser-
tationes TARDIVEANI²⁾ et MAASII³⁾ atque tracta-
tus

1) *The Pathology of the Membrane of the Larynx and
Bronchia. Edinb. 1809.*

2) *Diss. inaug. sur les maladies de la glande thyroïde.
Coll. in 8. des thèses de la Faculté de Méd. de Paris.
1803.*

3) *De glandula thyreoïdea tam sana, quam morbosa, ea-
demque inprimis strumosa. Wirceb. 1810.*

4 DE MORBIS LARYNGIS, TRACHEAE, ET
tus HEDENI *) illis adnumerare placeat, incassum
quaesivimus.

§. II.

*Consideratio laryngis, tracheae, corporis thyreoidei,
et vitiorum formae.*

Considera-
tio laryn-
gis, tra-
cheae, cor-
porisque
thyreoï-
dei.

1. Morbi quotquot cartilaginibus, ligamentis,
fibris muscularibus, telae cellulosae, membranis
mucosis, arteriis; venis, nervis, glandulis et
vasis lymphaticis infensi evadunt, amplum in la-
rynge et trachea nidos fingendi et construendi
campum inveniunt. Docet nimirum anatomia,
laryngem et tracheam cunctis hujusmodi partibus,
mirabili et delicatissimo nexu junctis, abundare.
Docet physiologia laryngem tribus inservire fun-
ctionibus, respirationi scilicet, voci et partim de-
glutitioni. Praeterea *larynx*, ope nervi accessorii
Willisii, cum medulla spinali et oblongata; ope
paris nervi vagi, praecipue ramo recurrente, cum
plexu cardiaco, cum arteria subclavia et cum
arcu aortae; et ope nervi sympathici magni, par-
te cervicali, cum universo fere corpore, com-
mercium alit. Trachea per bronchia pulmonum al-
ligatur, nexumque init cum carotidibus, oeso-
phago et arcu aortae. Elucet hinc momentum
morborum laryngis et tracheae. Ac re quidem
vera,

*) Tractatus de glandula thyreoïdea tam sana quam mor-
bosa, inprimis de struma ejusque causis atque mede-
la. Lips. 1822. 8.

vera, si laesiones, quibus hae partes saepe mirifice resistere valent 4), quodammodo excipiantur, morbos, illis laryngis et tracheae deteriores, vix invenies. Nec etiam parvi momenti sunt morbi, quibus incomprehensibile subjicitur *corpus thyreoïdeum*; incomprehensibile, inquam, nam quoad structuram glandula est, glandula non est quatenus ductu excretorio destituitur *). Et nisi corpus thyreoïdeum glandula sit, cur tot tantisque gaudet arteriis, venis, nervis?

2. Ipsa natura construendo laryngem et tracheam partes istas venerari videtur; saltem *vitia formae* rarius hinc quam alibi obveniunt. Attamen visa sunt monstra sine *trachea* 5), cum tra-

4) De maximis tracheae saepe ad oesophagum usque penetrantibus vulneribus sanatis legatur TULPIUS L. I. C. 50. RIVERIUS Obs. com. p. 441. 686. HEISTER *Wahrnehm.* 1. B. p. 147. GARENCEOT op. de chir. T. II. p. 486. ADAMS in philos. Transact. Vol. LII. 2. v. LESKE *auserles. Abhandl.* 5. B. p. 198. MUSGRAVE ib. I. B. p. 51. ROCHE in *med. and phys. Journ.* 1804. Jan. v. SIEBOLD *Chiron* 2. B. p. 456. FINE in *Journ. de méd.* T. LXXXIII. p. 64. JAEGER *chir. Cautelen* 2. B. N. 6. KLEIN *chir. Bemerk.* p. 201. 206. KURZWIG in LODER'S *Journ. f. d. Chir.* J. GRINDNER in *the Edinb. med. and surg. Journ.* N. LXIV. July 1820.

*) Aliter BORDEU (*Recherches anat. sur les glandes* §. 13.) et S. WHITE (in *the Lond. med. and phys. Journ. by FOTHERGILL.* Vol. XLV. 1821.), sentiunt.

5) GILIBERT *Samml. prakt. Beobacht.* p. 97. DANIEL

6 DE MORBIS LARYNGIS, TRACHEAE, ET

trachea duplici ⁶⁾, oblitterata ⁷⁾, minimaque ⁸⁾.
Fasti medici quoque de *larynge* in tres canales di-
viso ⁹⁾, excrescentia notato ¹⁰⁾, oblique posito ac
incur-

Samml. med. Gutacht. p. 275. Tab. I. v. COLLOMB
Oeuv. méd. chir. Paris 1798. v. HARLES in REIL'S *Ar-*
chiv f. Physiol. 4. B. p. 218. BLANCHOT *Acta N. Cur.*
An. IX. p. 350. KLEIN *monstr. quorundam descript.*
Stutg. p. 23 (Pulmones laryngi annectebantur).

- 6) Non solum in *gemellis coalitis* (BUCHWALD in *prodr.*
praev. cont. Acta med. Havn. 1753. p. 18. *Samml.*
auserl. Abh. aus der A. W. Aus d. Fr. Frankf. 1757.
1. B. p. 457. WALDSCHMIDT *Diss. de sororib. ge-*
mell. ab osse sacro monstr. sibi invicem cohaerentib.
Kil. 1709. *Phil. Transact.* 1781. I. N. 2. ALBRECHT
in d. Fränk. Samml. 2. B. p. 182. *Die Geburt zweyer*
an d. Bäuchen ganz zusamm. gewachs. Kinder. v. I. FR.
MAYER. Frkf. 1772. RICHTER'S *chir. Bibl.* 2. B.
1. St. p. 165) sed et in *bicephalis cum trunco com-*
muni (DUVERNOY in *Comment. Soc. Petrop. Vol.*
III. p. 188. *Hist. de l'Ac. R. de sc. de Paris* 1748. p.
59. BORDENAVE in *Journ. de méd. T. XV.* 1761.
 Août übers. in d. N. Samml. auserl. Wahrnehm. 5. B.
p. 419. EVERS *kurze Gesch. d. Geburt e. Kindes mit*
zwey Köpfen. Schwerin 1795. s. *Salzb. med. chir. Zeit.*
1796. No. 15.)

- 7) OTTO *Handbuch der pathol. Anatomie d. Menschen und*
d. Thiere. Breslau 1814. p. 225. Et *Monstr. sex anat.*
et physiol. disquisitio p. 10. 11.

- 8) DUPUYTREN *Bulletin de la Soc. philomat. T. II.* p.
195 (in *spadone*).

- 9) SANDIFORT *Exercit. Ac. L. II. C. 7.* p. 65.

- 10) HOFER *Herculis med. Lib. I. Cap. XII.*

incurvato ¹¹⁾; de defectu *epiglottidis* ¹²⁾, quam muscoli aryaenoidei supplebant, de illius fissura ¹³⁾, de defectu cartilaginis aryaenoideae et crioideae ¹⁴⁾, testantur *). Monstra trachea orbata et defectum *corporis thyreoïdei* ¹⁵⁾ vel saltem lobi sinistri ¹⁶⁾ exhibent. Forma corporis thyreoïdei saepe abnormis invenitur. Deficit aliquando isthmus ita, ut lobi separati maneant ¹⁷⁾, aut isthmus admodum tenuis est ¹⁸⁾, vel ex duobus lobis compositus ¹⁹⁾. Cornu medium interdum plane desideratur ²⁰⁾, vel per se existit ²¹⁾. Magnitudo corporis thyreoïdei varia; modo lobus alteruter, modo uterque parvitate peccant ²²⁾,
aut

11) Eph. N. Cur. Cent. III. IV. Obs. 112. *Atti dell' Acad. delle Scienze di Sienna*. Vol. 3. p. 232.

12) TARGIONI TOZETTI *raccolta di osserv. med. Firenz.* 1752. MORGAGNI de sedibus et caussis morb. L. I. Ep. XXVIII. §. 13.

13) MECKEL *Handb. d. path. Anatomie*. 1. Th. p. 482.

14) ROEDERER *Comment. Soc. Goett.* T. V. p. 136.

*) Cfr. FLEISCHMANN de chondrogenesi asperae arter. et de situ oesophagi abnormi nonnulla. Erlang. 1820.

15) OTTO l. c. p. 235.

16) ROEDERER l. c. T. IV. p. 137.

17) RITTER *Act. phys. med.* 1. Ann. VI. p. 43. HALLER *Elem. physiol.* T. III. p. 394.

18) HALLER l. c. MECKEL l. c. T. I. p. 283.

19) GÜNZ *Obs. anat. in Mem. présentés*. T. I. p. 283.

20) OTTO l. c.

21) HALLER l. c. p. 395.

22) OTTO l. c.

aut totum corpus corrugatur ²³⁾. De volumine aucto infra ²⁴⁾.

CAPUT II.

De vitiis vocis et loquelae,

§. III.

De argumento generatim.

Vagitus recens natorum. 1. **F**oetus sanus ortum suum *vagitu* annuntiat ²⁵⁾; qui vagitus quo clarior, quo altior, magisque

23) BELL's *System d. Wundarzneykunst.* 2. B. RICHTER *Anfangsgründe der Wundarzneyk.* 4. B. p. 289.

24) Caput V.

25) Ad historiam absurdam spectant opiniones, quondam de causa vagitus infantum sub partu jactatae, quatenus scilicet repetebantur a motu corporum coelestium, ab adspectu diaboli, a praesensione miseriarum futurarum (CASPAR A REJES qu. 5. p. 684). Contendebant quoque masculos exclamare ô A! (*O Adam cur peccasti?*) puellulas ô E! (*O Eva!*) (SCOTUS in *Phys. C. XI.*). Cum ratione magis consentiunt, quae ALBERTI in *disp. de ploratu infant. sanor. sub partu Hal. 1783.* exposuit. Multum praeterea de *vagitu foetus in utero* disceptatum est (SCHURIG *Embryol.* p. 161. DEUSING *tr. de foetu Mussipontano. Büchnerische Miscel. 1729. Aug. p. 150.* à BERGEN *diss. de vagitu uterino Frcf. 1774.*); rumorem enim a flatibus

gisque penetrans, prolem eo alacriorem, eo fortio-
riorem magisque vegetam designat. Vagitus enim
flebilis, querulus, raucus, aut nullus de in-
fante languido, debili, aegrotante, asphyctico,
vel demortuo ²⁶⁾ testatur.

2. Infantes potestatem *vocem articulandi*, Loquelae
initia. verba scilicet proferendi, inter secundum et
quartum aetatis annum, aliquando tardius ¹⁴⁾,
aut nunquam; adipiscuntur. Maxima enim hic
diversitas in variis familiis observatur.

3. Ipsa *vocis* conditio saepe haereditagium Vocis et
loquellae
considera-
tio. sistit ¹⁵⁾. Pendet ea porro a corporis constitu-
tione, temperamento, et maxime ab organorum
ad

per gravidarum intestina vagantibus, pro foetus voce
habuerant. Caeterum OSIANDER vagitum foetus, inter
vaginae confinia adhuc reclusi, confirmat (*Gött. ge-
lehrt. Anzeig.* 1820. 7. Dec. p. 196).

26) Docte hoc argumentum scriptores de medicina fo-
rensi a temporibus ALBERTI (in *Jurispr. med.* P. I.
p. 161.) ad hodiernum diem tractarunt.

14) e. c. anno septimo (STORCH *Kinderkrankh.* 3. B.
p. 334.); duodecimo (ETTMÜLLER T. II. p. 218. ex
AMATO LUSITANO).

15) Testante PORTAL (*Considérat. sur la nat. et le traitem.
de quelques mal. hérédit.* Paris 1809) familia GARAT
vocis suavitatem excellit. Idem phaenomenon familia
SESSI exhibet; duorum enim fratrum, filiae sex vel
septem, voce stupendâ excellunt. Mirabilis erat vox
Cantoris italici DAVIDE, mirabilior est illa filii ejus.
Contra familias noscimus e. c. illam comitum K—r,
voce rauca stridulaque insignitas.

ad vocis formationem concurrentium structurâ¹⁶). „*Loquela* si perfecta et concinna sit, est species cantus submissioris, lenioris nec ab eo differt nisi quod cum minori labore, minorique laryngis conatu exerceatur quam cantus¹⁷).“ Ut vero cantus jucundus sit, debent *tria* concurrere; scilicet *melodia*, seu sonorum jucundorum series, — *harmonia*, seu concursus sonorum simultaneorum (ex reflexu sonorum a cavo narium) et *rhythmus*, seu notarum brevium et longiorum recta combinatio.

16) Cantores utriusque sexus saepe laryngem magis evolutam exhibent. Caeterum nil peculiare in vocis organis ipsius celebris cantatricis CATALANI extus reperii. Fertur quod non minus celebris seculi vix elapsi cantatrix BANTI, cartilagine costarum ossificatas habuerit. Generatim minus in partium structura, quam in arte rite spiritum trahendi et expellendi, cantoris consistit meritum. Unde HIPPOCRATES: „Citharoedi, quum ipsos vocem intendere oportuerit, spiritum quamplurimum intro trahentes pronunciationem extendunt et vociferantur ac vocem magnam edunt, prout spiritus duraverit, ubi vero spiritus defecerit, desinunt.“ Lib. de carnib.

17) SAUVAGESIUS nosol. method. T. II. P. II. morb. class. VI. (Vice versa cantus nil est nisi loquela alta et exacta. Sciant hinc musicae vocalis compositores se incassum amoenas quaerere cantilenas, nisi idioma, quo utuntur, harmonicum sit: Sic Itali, ob proprium incomparabile idioma, in cantu inter omnes nationes excellunt; nec unquam extraneus eos attingat, nisi lingua Italica (aut Graeca vel Latina) eaque probe intellecta, ad amoenas cantilenas inveniendas utatur).

natio. En transitum a *cantu* per *versus* ad *pro-*
sam.

4. Ex dictis apparet *vocem* a *loquela* probe Vitia vo-
distinguendam esse et quidem respectu non solum cis ab illis
physiologico, sed et pathologico. Vitia enim vo- loquela
cis (*Dysphoniae* ¹⁸⁾), a vitiis loquela (*Dysla-* distingun-
liae ¹⁹⁾), ob id distingui debent; quod ibi vi- tur.
tium in vocis *tono*, hinc in sola *pronunciatione*
haeret.

5. Ambo autem vitiorum genera magni pro Doctrinae
medico sunt momenti. Enimvero non solum momen-
mutitate mulctati ad illius forum spectant, sed tum.
et illi, qui ob vocis aut loquela vitia auditorum
aures offendunt, risum illorum extorquent, aut
officio concionatoris, causidici, phonasci, prae-
conis, citharoedi, tragoedi, histrionis (quo semet
ipsos ac numerosam quandoque familiam susten-
tabant) valedicere coguntur.

6. Grato hinc animo opera eorum, qui de Literatu-
doctrina vitiorum vocis et loquela bene meruere, ra.
pervolvimus. Spectant huc: GALENUS ²⁰⁾, AË-
TIUS ²¹⁾, AVICENNA ²²⁾, MERCURIALIS ²³⁾, CO-
DRON-

18) a GR. Δύς vitiose, Φωνή vox. SWEDIAUER Nosol.
meth. syst. T. II. p. 329.

19) a GR. Δύς vitiose, Λαλία loquela. SWEDIAUER l. c.

20) De locis affectis L. IV. C. 6.

21) Tetrab. II. Serm. 2. C. 32.

22) Canon. L. III. Fen 10. Tract. 2. Cap. I.

23) De puer. morb. L. II. p. 242 — 67. Frcf. 1584.

DRONCHIUS 24), MENJOTIUS 25), WEDELIUS 25), SCHACHERUS 27), PAZZIUS 28), PORTALIUS 29), SAUVAGESIUS 30), REILIUS 31), LISCOVIUS 32), WEL-
LERIUS *) aliique successive commendandi.

Ordo re-
rum.

7. Duas paragraphos doctrinae *dysphoniae*, totidemque *dyslaliae* dicamus. *Dysphoniae* comprehendunt: 1. *Paraphoniam* 33), seu *vocis sonum depravatum aut vitiatum*; et 2. *Aphoniam* 34), seu *vocis sonorae privationem aut suppressionem completam*. *Dyslaliae* amplectuntur 1. *Alaliam* 35),
seu

24) De vitiis loquelaе L. II. Fr. 1597.

25) De voce depravata. Paris 1662.

26) De voce ejusque effectibus. Jen. 1677.

27) Diss. de laesa hominis loquela. Lips. 1696.

28) De voce humana ejusque vitiis. Basil. 1704.

29) *Mém. de la Soc. méd. d'émul. T. I. p. 80. et Mém. sur la nat. et le traitem. de plus. mal. T. II. N. 8. v. Abh. f. pr. Aerzte. 17. B. p. 421.*

30) l. c.

31) De vocis et loquelaе vitiis. Halae 1795.

32) *Theorie der Stimme. Leipzig* (Praesertim de cura vocis pulchre loquitur).

*) Diss. de eloquio ejusdemque vitiis. Erlang. 1792.

33) a GR. παρά vitiose et φωνή vox. SYN. *Cacophonía*. SAUVAG. *Truchophonía*. MENJ. GALL. *vice de voix*. GERM. *Fehler der Stimme*. ANGL. *depraved voice*. RUSS. Пороки голоса. POL. *Wady głósu*.

34) GR. ab α negat., et φωνή, vox. GERM. *Stummheit*.

35) GR. ab α negat. et λαλία loquela. SYN. ἄναυδία (anau-
dia) HIPPOCR. LAT. *Mutitas*. Loquelac defectus. GERM. *Sprachlosigkeit*. GALL. *la mutité*. ANGL. *Dumbness*.

seu *verba articulandi impotentiam*, et 2. *Mogilialiam* ³⁶⁾, seu *difficultatem* aut *impotentiam quasdam syllabas. aut litteras recte pronunciandi.*

§. IV.

De Paraphonia.

1. „*Paraphonia* seu vocis sonus vitiatus aut Notio depravatus, cognoscitur ex impotentia vocem suavem tum in cantu, tum in loquela edendi, ita ut vox sono suo aures laedat aut defatiget ³⁷⁾.“

2. Impotentia vocem suavem edendi in motu musculorum laryngis vitiato, in ligamentorum glottidis vibrationibus enormibus, in oscillo glottidis praeter modum arctato aut laxato, nec non in vitiis narium, linguae, uvulae tonsillarum, oesophagi, tracheae, pulmonum, cordis, aortae viscerumque abdominalium quaerenda est, ut ex *specierum* enumeratione patebit. Causae
generales.

3. Paraphoniae sequentes statuimus *species*: Specie-
rum enu-
meratio.
p. puberum, *p. nasalis*, — *p. gutturalis*, — *p.*
sibi-

Russ. *Безсловечность, нѣмосць.* Pol. *Niemota.* — Germanus, linguâ Slavonicâ, *Niemiec* dicitur; qui Slavonico idiomate destituuntur, hinc *mutis* aequiparantur! non mirum, nam nomen *Slavonicum*, a *Stowo* (*verbo*) derivari videtur (*Hist. de l'Emp. de Russie* p. KARAMZIN trad. p. M. M. ET. THOMAS A JAUFFRET).

36) a *Μόγεις* difficulter, *Δαλέω* loquor;

37) SAUVAGESIUS l. c.

sibilans, stridula, — p. stertens, — p. latrans, singultans, — p. tremula et p. rauca.

Paraphonia
puberum.

4. Decimum quartum inter et decimum octavum annum, quo tempore testiculi semen fertile secernere et lanugo in barbam mutari solet; vox puerorum ex acuta et dulcisona evadit scabra et discors. Conditionem istam vocis utpote normalem, vix ad morbos revocandam, nosologi *paraphoniam puberum* salutant *). Latini pueros tunc *hirquitallire* dicunt, aut ipsos *hirquitillos* vocant, *tragizontes* ARISTOTELI. Causa mutationis vocis in evolutione glottidis quaerenda ³⁸⁾. Impeditur evolutio ista, eviratione ³⁹⁾; quâ scilicet operatione vox puerilis non solum conservari, sed et ita omnibus suis partibus expleri solet, ut omnem aliam suavitate agilitate et vi antecellat ⁴⁰⁾. Vocem puerilem salva virilitate et integritate conservari posse, pueros impuberes, quo primum mutationem incurrunt, saepius per diem ad cantandum exci-

*) GALL. *Mue de la voix.*

38) „*Son ouverture (de la glotte) reste en général très petite jusqu'à l'âge de la puberté, mais à cette époque elle acquiert en très peu de tems une amplitude remarquable.*“ PORTAL *Cours d'anat. med.* T. 4. p. 550.

39) „*On assure (RICHERAND in Mém. de la Soc. méd. d'émul. T. III. p. 336.) que ceux qui ont été mutilés dans l'enfance par la castration ont toujours la glotte retrecie.*“ PORTAL l. c.

40) *Cito testes, qui eximios cantatores MARCHESI, CRESCENTINI, SENESINO, VELUTI audiverunt.*

excitando, vir clarus contendit⁴¹⁾; sed nostra, forte hac in re major experientia, docet: per cantandi nisum, non solum hircuitorum sed et puerorum vocem in posterum tempus extinguere⁴²⁾.

5. *Vox nasalis*⁴³⁾ dicitur praecise ea, ad P. nasalis. quam minime concurrat nasus, quaeque ex gutture et ore editur. Est ea minus plena et harmonica, magis rudis et ingrata⁴⁴⁾. „Efformatur, si nares anticae digitis, vel posticae velo pendulo obturentur, ut penes nos est, et ut quidam Religiosi

41) SAUVAGES l. c. „quippe hoc exercitio magis ac magis tenduntur chordae vocales in majori ratione, quam si quiescerent, adeoque ratione tensionis plus servant de tono suo, quam ratione crassitiei aut longitudinis amittunt.“

42) Chorus puerorum canentium in posterum tempus vix unquam cantorem exquisitum largitur. Caveant hinc parentes, ne filios filiasve ante absolutam plane pubertatis epocham ad cantum adigant. De quo argumento aureas regulas tradidit AMBROS. MINOJA: *über d. Gesang. Leipz.* Cfr. *Méthode de chant du conservatoire de musique. Paris.*

43) Paraphonia resonans, Rhinophonia, Mycterophonia, Nasitas LATINE, GALL. *Parler du nez*; qui hoc vitio laborant, dicuntur *Nazillards*.

44) Debitos inter limites admitti tamen potest, et in cantu praesertim theatri, scopo summum motuum animi affectum exprimendi, exemplo eximii cantoris PACCHIEROTTI.

ligiosi humilitatis gratiâ affectant 45);“ itidem in coryza, polypo narium et ozaena. Ideo enim vox jucunda esse solet, „quia pars aëris per nares posticas, sinus frontales, sphenoidales, et antrum Hyghmori percussus sonum harmonicum edit cum glottide 46).“ Ad vocem igitur nasalem emendandam, libertati narium studendum.

P. gutturalis. 6. „*Vox gutturalis* 47) est rauca et perficitur cum distorsionibus faciei, quales ad nares obturandas requiruntur.“ „Procedit a foramine palati, vel adventitio e. c. a lue venerea, vel connoto. Cognoscitur antopsiâ, potus ciborumve in nares regurgitatione. Vitium illud insanabile est, nisi possit laminâ argenteâ solerter apposita foramen illud obturari 48).“

P. sibilans, stridula. 7. *Paraphonia sibilans* 49), *stridula* 50), species sunt vocis *acutae*. Oriuntur a vehementi glot-

45) SAUVAGES l. c.

46) Idem ibidem.

47) GALL. *parler du gosier*.

48) SAUVAGES l. c. Minor vocis gutturalis gradus, qualem bonae cantus scholae ignari nec uon surdi et muti artificiali sermone edocti, edunt, culpam in defectu debitae oris aperitionis agnoscit. Ne enim cantus gutturalis evadat, oportet ut os multum, non secundum longitudinem, sed transversim, veluti ridendo, aperiat.

49) GR. *Syrigma*. GALL. *Sifflement*.

50) GALL. *voix glapissante*.

glottidis coarctatione et contentione nimia chordarum vocalium ⁵¹). Vocis haec vitia febrium, exanthematum, inflammationum, ulcerum laryngis, tracheae, bronchiorum, spasmodorum etc. sistunt symptomata, summum plerumque periculum indicantia. Unde HIPPOCRATES „vox acuta clangosa mala est;“ — „Ex vomitu gravi fastidiosoque vox clangosa, oculique concretum pulviculosum habentes insaniam ostendunt, ut HERMOZYGAE uxori, quae vehementer furens muta obiit ⁵²).“

8. Idem de *Paraphonia stertente* ⁵³) valet, P. stertens. de strepitu scilicet rauco, asperrimo, qui inter inspirandum et etiam expirandum editur a dormientibus ⁵⁴), apoplecticis ⁵⁵), dyspnoea laborantibus, agonizantibus ⁵⁶), infantibus et pueris. De *rhoncho isto infantum et puerorum* speciatim, praecedente

51) C. SPRENGEL Inst. med. T. III. p. 485.

52) PRÖRH. De *Semiotica vocis* magni momenti objecto legatur SCHROEDER diss. de vocis signo in morb. charact. Rintel. 1778. Et DOUBLE in SÉDILLOT *Journ. de méd. T. 28. p. 137. v. Abh. f. pr. Aerzte. 24. B. p. 354.*

53) Rhonchos GR. Stertor vulgo.

54) GALL. *Ronflement. GERM. Schnarchen. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. VIII. §. XXXVII. de Rhoncho dormientium.*

55) l. c. Cap. V. §. XXV. 2. p. 315.

56) GALL. *Rallement. GERM. Das Röcheln.*

Frank Prax, II. 2.

eunte STORCHIO ⁵⁷⁾, dicendum est. Nasci ii aliquando tali cum rhoncho solent; alias is repetendus vel a meconio et flatibus intestina distendentibus, vel ab atonia pulmonum a muco sese liberandi imparium, vel a glandula indurata sub clavicula latente et tracheam comprimente ⁵⁸⁾ vel a metastasi quadam ⁵⁹⁾, vel denique a morbis cordis et pericardii cum plethora encephali ⁶⁰⁾. Exempla plurima rhonchi infantum a nobis observata, primas duas causas agnoscere videbantur, saltem malum aut mitioribus *evacuantibus* et

57) *Theoretische u. praktische Abhandl. von Kinderkrankh.*
2. B. p. 338. Eisenach 1750.

58) PLATERUS Obs. L. I. p. 175. (Infans quinque mensium. Parentes jam duo infantes ex eodem malo miserunt. Similes quodammodo observationes in alio STORCHII seu PELARGI opere, *IV. Jahrgang* p. 506. lego).

59) SLEVOGT ex ulcerum paroticorum intempest. sanatione. 1699.

60) Sic casus memorabilis infantis Principis proliis testatur, quem Dr. LUCAS SCHROECK in M. N. C. Dec. III. A. 9 et 10. Obs. 156. p. 284 narrat. Pericardium erat spissum, lymphæ coagulabili repletum, cordis ventriculi et auriculæ concretiones polyposas continebant sese ad pulmones (extus ex nigro bruneas, intus vero muco non redundantes) extendentes. Maxime vasa cerebri cruore turgabant. (Ex compressione originis paris vagi quatenus pulmonibus et cordi providet, torpor pulmonis et impedimentum in circulo sanguinis per pulmonem, explicari posset.).

et *carminativis* *) aut *becchicis* et *antimonio* ⁶¹⁾ debellare licuit. STORCHIUS granum unum *radicis scillae praeparatae* cum syrupo purgante suadet ⁶²⁾. Quodsi *febris* rhonchum comitaretur, ad *nitratem potassae* ⁶³⁾ atque ad *hirudinem* unam alteramve, pro re nata retro aures aut ad sternum applicandam, deveniendum foret, non neglectis *siuapismis* cruribus aut brachiis imponendis. In *pueris* rhonchus seu stertor, difficultatem spirandi sociam agnoscere solet. Rebellem hunc morbum FR. HOFFMANNUS infuso herbae *veronicae officinalis* ⁶⁴⁾ et STORCHIUS illo herbae *hysopi officinalis* ⁶⁵⁾ debellarunt. Saepe juvat *sperma ceti* cum oleo amygdalarum dulcium aut jusculo carneo **). In *adultis*, praesertim *senibus*, obstru-

B 2

ctiones

*) e. c. syrupo rhei cum aqua destillata anethi focniculi.

61) R. Sulphuris aurati antimonii gran. uu. Mucilaginis gummi arab. drachm. duas. Terantur invicem. Adde syrupi althaeae unicam unam. M. Cap. agitato probe vase, omni secunda hora cochleare coffeanum.

62) l. c. p. 343.

63) Cum Syrupo althaeae et mucilagine gummi arabici.

64) Disp. de infusi veronicae efficacia praeferenda herb. theae. recus. in opusc. med. p. 378. (Puer decem annorum, malum jam per plures annos duraverat.).

65) l. c. p. 342. concludens: „So thun zuweilen einfache Kräuter, wenn sie mit Göttlichem Segen begleitet werden, mehr, als die aufs künstlichste ausgedachte und bereitete Arzneyen.“

***) Tim. Ep. et cons. ETTMUELLERI in diss. de sperm.

ctiones viscerum abdominalium, potissimum hepatis, diaphragma sursum indeque pulmones in angustum spatium pellentes, respirationi stertenti cum peculiari sibilo ansam praebent.

P. latrans,
singul-
tans.

9. Vox humana aliquando ita a tonis altissimis ad infimos rapide transit, ut cum canis latratu similitudinem alat (*Paraphonia latrans*). Memorabile hujus generis exemplum PORTAL enarrat ⁶⁶⁾, convulsionem musculorum laryngis accusans. Revera pars ista tam rapide sursum et deorsum movebatur, ut motus illius oculis prosequi arduum fuerit. Morbus ad hysteriam spectabat, ac potionibus refrigerantibus, relaxantibus, balneis nec non bolis antispasmodicis non calefacientibus sanatum est. Forte paraphonia latrans quandoque Lycanthropiae symptoma sistit ⁶⁷⁾. Vocem veluti a singultu intersectam observavimus ⁶⁸⁾ (*Paraphonia singultans*). Causa erat verminosa, morbusque anthelminthicis sanatus. In utraque paraphonia, *diaphragma*, magnam scenam ludere videtur.

P. tremula,
intersecta.

10. *Vox tremula, intersecta*, convalescentiae, morbis spasmodicis aliisque, evacuationibus colli-

quativis

cet. §. 9. BORELLUS hist. et observ. var. medico-phys. cent. 4. obs. 46.

⁶⁶⁾ *Mémoires de la Soc. d'émulation* l. c. v. *Samml. aus-erl. Abh. f. pr. Aerzte.* 17. B. 2. St. p. 421.

⁶⁷⁾ PORTAL *Cours d'anat. méd.* l. c. p. 361. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXV. §. CVI. N. 5.

⁶⁸⁾ In puella judaea Vilenensi.

quativis stipatis, familiaris est atque mali omnis 69). Tremuit quoque vox et intersecta evadit, a timore, aliisque animi pathematibus,

11. *Paraphonia rauca*, seu *raucedo* 70) omni. P. *rauca* um vocis vitiorum communissimum est. Definuntur, quod sit *depravatio vocis ex clara in obtusam, aequali in asperam*; uti videre est apud scriptores de raucedine CODRONCHIUM 71), WEDELIUM 72), VESTIUM 73), PAULUM 74), RIVINUM 75), SCHULZIUM 76), ROEDERERUM 77), BARKERUM 78) et MUDRANYUM 79). GALENUS 80) tres raucedinis gradus statuerat, utpote quae ab initio vocem saltem asperam reddit, progressu temporis parvam, sin vero longius procedat malum, adimit totam.

Iure

69) „Cum voce tremula alvi praeter modum solutio, in iis longiore tempore corpus male habentibus, letale.“
HIPPOCRATIS coacae praenot.

70) GR. *bianchos*. LAT. *ravis*. GERM. *Heiserkeit*. GALL. *Enrouement*. ANGL. *Hoarsness*. ROSS. ОСИПЛОСТЬ, ОХРИПЛОСТЬ, СИПОПА. POL. *Chrzypka, ochrzypienie*.

71) Consil. de raucedine App. lib. cit. de vit. vocis.

72) Diss. de raucedine. Ien. 1683.

73) Diss. de raucedine. Erf. 1699.

74) Diss. de raucitate. Lips. 1709.

75) Diss. de raucedine in Coll. diss. Lips. 1710.

76) Diss. de raucitate. Hal. 1740.

77) Diss. de raucitate. Goett. 1759.

78) Diss. de raucedine. Harderovici 1764.

79) Diss. de raucitate. Budae 1778.

80) Cap. VI. de sanitate tuenda.

Iure tamen monet VESTI⁸¹⁾, nil obstare, quo minus et recens raucedo illico summum attingat gradum⁸²⁾. Quocunque in casu vocis sonus inter loquendum ita mutatur, ut neque clarus, neque purus reddi queat, sed obtusus et asper plus minus, unde sermo aegrotanti non minus ipsi difficultatem creat, quam audientibus molestiam et taedium, siquidem prolata verba ob sibilum stridoremve admodum ingrata, partim obscura, propter nimiam submissionem vocis vix satis intelligibilia sunt. Raucedini quaevis aetas⁸³⁾, sexus quivis, praesertim genus masculinum⁸⁴⁾, magisque

81) l. c. §. III. p. 5.

82) Sic RIVERIUS Cent. II. obs. 80. de puella narrat, quae cum se aëri exposuisset frigido, *statim* in tam gravem incidit raucedinem, ut nullam fere vocem edere posset, frustra quam plurimis per sex menses adhibitis remediis. Sic celebris musices director PAËR cum Viennae in mea domo ab aura frigida allideretur, *extemplo* in summum raucedinis gradum incidit, ita ut inceptam cum voce sonora ariam terminare amplius minime potuerit. Cfr. §. V. N. 12. (54).

83) Sunt qui infantes eximant ob lactis quod sugunt demulcentem naturam. Tamen contrarium satis clamore rauco exprimunt.

84) Num ob laryngem femineum minus evolutum et riam glottidis minorem? (PORTAL *Mémoire sur les maladies de la voix* in *Mém. de la soc. méd. d'émul. T. I.*) num ob id, quod feminae minus vicissitudinibus aëris, communissimae raucedinis caussae, exponuntur? Interim feminas cognovimus, quae, vigente

que surdastris⁸⁵⁾, subjiciuntur. Disponunt ad raucedinem venae sectio⁸⁶⁾, applicatio hirudinum ad anum⁸⁷⁾. Favent illi: inaequalitas aëris et subitae mutationes frigidioris in calidiorem aut fervidi in frigidum. Hinc hyemi raucedo familiaris est⁸⁸⁾, hinc et veri⁸⁹⁾. Nec autumnus excludi debet, imprimis si aestas sicca et aquilonia,

quavis menstruatione, raucae fiebant. Immo, excepta Dna. CATALANI, utpote quae mihi narravit, se sub menstruatione voce admodum sonora pollere, compertum est, menstruantium vocem saepe velatam et constanter raucam esse (quod Itali sermone tecnico *calare* designant et vix vitio vertunt). De raucitate graviditatis socia narrant STORCH *med. Jahrg.* 2. B. p. 57. 3. B. p. 41. et DOUBLE l. c. A. 1821. mense Novembr. adivit Clinicum institutum med. quaedam femina gravida, rauca voce, pro suo infante, diarrhoeâ laborante, auxilium rogans. Interrogata, quae causa hujus raucitatis sit, retulit, se id vitium semper habere dum utero gestet, idque mox post partum evanescere.

85) MOEB. in Inst. med. Cap. 4. p. 16.

86) Antiqua opinio, venae sectionem in catarrho adhibitam raucedinem gignere, quam SCHNEIDER (l. IV. C. 3. p. 350. de catarrhis) refutat, inter Lituanos adhuc valet. Certe in climate frigido, si homo venae sectione debiliior redditus sit et aëri humido sese exponat, raucedo facile invadit.

87) Pluries vidi eos, qui illico post aperitionem haemorrhoidum foras exhibant, in raucedinem incidisse.

88) HIP. 3. Aph. 23.

89) 3. Aph. 20.

nia, autumnus autem pluviosus et australis⁹⁰); nec fervidissima aestas. Ipse cubiculorum nimius calor raucedinem gignit, item vagitus sub rixis⁹¹); oratio vehemens et alta, imprimis cum fervore animi⁹²); cantus nimius⁹³); omnia oleosa, quae acredinem quamdam habent, imprimis rancida facta, e. c. nuces juglandis, amygdalae aliaque, sed tantum transitorie⁹⁴); vini, alcohol et mercurii abusus; debilitas⁹⁵), potus gelidus⁹⁶), balneum frigidum⁹⁷), evacuationes habituales suppressae⁹⁸), aestus venereus⁹⁹), venus nimia¹⁰⁰), vermes in-

testi-

90) 3. Aph. 13. et de aëre, aqu. et loc. C. 28. L. IV et V.

91) Frequenter ex hac causa inter judaeos Lituanos raucedines, imo et graviores laryngis morbi oriuntur, quod d. 13. Jul. 1818 iterum confirmatum habui.

92) WEDEL l. c. Cap. III. p. 11.

93) Cantatrices celeberrimae, inter quas CATALANIAM commemorasse sufficiat, valde raucedini obnoxiae sunt.

94) Cantores italos celeberrimos nuces et amygdalas, dummodo non eo ipso tempore, quo illis cantandum erat, audacter comedisse vidi.

95) Senes debilesque homines vocem habent raucam, ac haud raro raucedo jejuni cibo assumpto evanescit.

96) PLATER Prax. T. I. p. 467. SCHNEIDER de catarhis Lib. V. Cap. 3. p. 208. ENGUEHAND ergo ab aquae glacialis potu raucedo. Paris 1692.

97) TRAMPPEL Beobacht. und Erfahr. 2. B. p. 191.

98) DÜRR in HUFELAND's Journ. 9. B. 3. St. p. 162.

99) Vox velata evadit, accedente veluti screandi desiderio inani (GERM. *das Räuspern*).

100) Meretrices consummatae plerumque vocem raucam habent.

testinales 1), bilis 2), morbi oesophagi 3), concre-
tiones calculosae in larynge 4), cartilagine laryn-
gis ossificatae 5), glottidis a primo ortu confor-
matio vitiosa, aliquando haereditaria etc. Pro
caussa proxima raucedinis admitti solent scissio
aëris in rimula laryngis inaequali 6); affectio glan-
dularum asperitudinem tracheae gignens; turgor
textus cellularis musculos laryngis cingentis 7) et
inaequales chordarum vocalium vibrationes 8).
Causa raucedinis, quam cum *voce duplici* obser-
vavimus 9), primam et ultimam illorum opinio-
num

1) DOUBLE l. c.

2) FINN *Gallenkrankheiten*. p. 236.

3) e. c. abscessus inter laryngem et pharyngem ex osse
quondam deglutito. FISKE *in the London med. and
physical Journal*. By Fothergill. Vol. 35. 1816. May.

4) Eph. Nat. Cur, Dec. II. An. 8. p. 328. Obs. GAR-
MANNI.

5) BAILLIE *Neue Bemerk.* p. 364.

6) WEDEL l. c. Cap. I. p. 5.

7) SAUVAGES l. c. p. 352.

8) FERREIN *in Mém. de l'académie R. des sciences* a. 1707.
SPRENGEL l. c. p. 484.

9) Die 11. Novembr. 1817. virum 23. annorum in Clini-
cum Vilmense suscepti, cum raucedine chronica e vi-
tio syphilitico et catarrhali pullulante, forte jam phthi-
seos trachealis effecto. Vox erat simul humilis et, quod
vehementer mirabar, *duplex*. Tonus inferior obscurior
fuit superiori, ac illi, quem sic dicti *ventriloqui* edunt,
similis. Similes quoque erat duplici illi sono, quem
musici in arte tubam venatoriam (*corno da caccia*)
tractandi excellentes, inde elicere sciunt.

num confirmare videtur. Sunt porro qui *vitia uvulae* ut raucedinis causam incusent ¹⁰⁾, quod alii, quibus assentimur, negant ^{*}). Vocem raucam, a *voce clangosa* differre, quod illa *gravis*, haec *acuta* sit, contenditur ¹¹⁾. Nos è contrario cum SPRENGELIO ¹²⁾ per vocem clangosam *sonum profundum*, quasi e fictili vase prodeuntem, intelligimus; illamque pro majori raucedinis gradu habemus ¹³⁾. *Dividi* solet raucedo in *continuum* ¹⁴⁾ *habitualement recentem*, *inveteratam* ¹⁵⁾, *solitariam* seu *primariam* et *comitatam* seu *symptomaticam*. Raucedo ut symptoma occurrit in febribus catarrhalibus ¹⁶⁾, exanthematibus, inprimis

10) CODRONCHIUS l. c. L. I. C. 16. p. 72. SENNERT L. II. prax. C. 21. P. I. p. 77. LENTILIUS misc. L. I. p. 180. Eph. nat. cur. Dec. II. An. 8. Obs. 151.

*) BAUHINUS in suo theatro anatomico, item HILDANUS. Pluries erosâ uvulâ, nisi simul vitium laryngis latuerit, vocem claram percepi.

11) SAUVAGESIUS l. c.

12) l. c. p. 485.

13) Sic vox incipiente *croup* rauca, eo invalescente clangosa fit, et vice versa.

14) Ipse omni anno bis, vere et autumnis scilicet, raucedine laboro.

15) LOTICH in Obs. L. II. FORESTUS l. 14. obs. 32. BORELLI Cent. 4. Obs. 21. CODRONCHIUS p. 139. HORSTIUS L. III. 3. Obs. 21. At vero in maxima harum observationum parte, raucedo potius symptoma erat, quam morbus per se.

mis morbillis¹⁷⁾ in lepra¹⁸⁾, morbis cerebri¹⁹⁾, laesionibus colli²⁰⁾, laryngitide, tracheitide, phthisi tracheali, struma²¹⁾, in morbis pulmonum, inprimis phthisi^{*}), in morbis cordis et aortae²²⁾, oesophagi²³⁾, colica²⁴⁾ et syphilide. Raucedo primaria ut plurimum *indolis est catarrhalis*. Quodsi ea sensu ardoris vel titillationis in larynge, siccitate faucium et stertore insolito sub somno stipetur, ac in longum trahatur, ad *inflammationem chronicam laryngis vel tracheae*, interdum *indolis arthriticae*, concludere licet²⁵⁾. Ne hinc raucedo rebellis flocci pendatur! Quae ultra annum extenditur²⁶⁾, inque senibus contingit²⁷⁾,
aut

16) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXV. 3.

17) P. I. Vol. II. Cap. XII. §. LV. 1.

18) Ib. Cap. XXXIV. §. CXXXIII. 5.

19) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. I. §. II. N. 4.

20) THOM *Erfahr. und Bemerk.* p. 88.

21) Cfr. Capita tria sequentia.

*) PORTAL *mém. de l'ac. R. d. sc. Paris* 1780. p. 315.

22) MORGAGNI l. c. Epist. XVIII. 25. p. 147.

23) *Mém. de l'acad. de chir. T. I.* p. 452.

24) BARTHOLINUS *Anat. reform. L. III. C. II.* p. 680.

HÖFFERI *Hercul. med. L. III. C. 5.* p. 226.

25) Cfr. Cap. III et IV.

26) GORDONII *prognosticon v. FORESTI Lib. XV. Obs.* 32. SENNERT *Lib. II. Prax. Cap. 4. part. 3.* Iure hanc sententiam restrinxit WEDEL l. c. Cap. VII.

27) WEDEL l. c. ex SAVANAROLA addit et exemplum contrarium, aiens: „cum NICOLAUS LEONICERUS aetatis anno nonagesimo sexto tentaretur raucedine et

aut a mercurio excitatur ²⁸⁾, pro insanabili haberi solet. Gravidarum raucedo absoluto partu sponte evanescit ²⁹⁾. Ex vociferatione raucedo fugax ³⁰⁾. Raucedo, ultimae phthisicos periodo superveniens, signum sistit mortis appropinquantis. Solvitur aliquando raucedo per haemorrhoidum fluxum ^{*)}, aut ipsa veluti critica est ³¹⁾. *Cura raucedinis primariae*, indoli, causae et vehementiae mali accomodanda. Vigente chronicae inflammationis in larynge suspicione, si aeger plethoricus, vino copiosius usus, suppressae fuerint evacuationes consuetae, ut menstrua, haemorrhoides, *venae sectio* e mediana ³²⁾ instituenda. Generatim tot *hirudines* ad laryngis latera applicandae quot in adulto sufficiant ad quatuor cruoris uncias educendas. *Cucurbitulae scarificantes* ad scapulas commendantur apud HORSTIUM ³³⁾. Quocunque autem ex

istis

gravedine, recitanti citatum aphorismum SAVANAROLAE, respondit verum esse, sed non de medicis, quod et eventus testatus est, referente ROLFENCKIO. epit. aff. part. L. I. P. I. C. 19. p. 87.

28) DOUBLE l. c.

29) Idem ib.

30) SAUVAGES l. c.

*) DOUBLE l. c. ex KLEINIO. Influxum diathesis haemorrhoidalis in tracheam confirmatum habeo ex propriis observationibus.

31) HIPPOCRATES ait: „ex insania in raucedinem cum tussi fit recessus.“

32) FORESTUS Lib. X. Obs. 124.

33) Lib. II. Obs. 12.

istis auxiliis utaris, simul *alvinae libertati* studendum est ³⁴). Muco multo glottidem obruente *emeticum* ³⁵). In raucedine periodica aut habituali, si arthritici quid lateret, *vesicatorio* ³⁶) et *fonticulis* ³⁷), vix *setaceo* ³⁸), locus foret. Tantum enim abest, ut in raucedine irritantia semper indicata viderentur, ut saepius contraria auxilia, refrigerantibus non exceptis ³⁹). Praeter auxilia diaetetica et pharmaceutica, quae jam in cura febris catarrhalis proposuimus ⁴⁰), *raucedini* opponimus *oleum amygdalarum dulcium, saccharum,*

34) Commendant eadem CODRONCHIUS Consil. I. c. p. 140. HILDAN. Cent. IV. Obs. p. 524. MERCURIALIS T. I. Consil. 12. p. 65. LOTICHIUS L. II. Obs. C. 6. p. 228. additque WEDEL I. c. C. X.: „Imo vix successum felicem sibi quis citra haec (purgantia) sub morbi grauioris morâ promittere poterit.“

35) Plurimae cantatrices Italicae ad vocem clariorem reddendam emetico utuntur.

36) Ad cervicem suadet MERCURIALIS Cons. 90. Saepe cum fructu adhibui.

37) Ad internam partem poplitis dextri laudat HILDANUS Cent. IV. Obs. 24. — in brachio SCHOLTZ Lib. VII. Cons. 80.

38) HILDANUS Cent. VI. Obs. 24. quidem ait: „post Deum nihil praestantius esse setaceo ad debellandam raucedinem.“ Quis vero suas aegras ob meram raucedinem sic excruciet?

39) Ipsa glacies condita (*Sorbetto*) raucedinem aliquando pro tempore saltem fngat, quod in Italia vidi.

40) P. I. Lib. I. Cap. VI. §. LXVI. 2.

rum, mannam, pastam althaeae vel liquiritiae, trochiscos bechicos vulgò cachon, sperma ceti⁴¹⁾, loch commune⁴²⁾, de farsara, de papavere, loch LANGII⁴³⁾, sapa seu mustum⁴⁴⁾ et maxime syrupum erysimi officinalis LOBELII⁴⁵⁾ et herban hyssopti⁴⁶⁾. Quae si omnia incassum adhiberentur et ad fortiora confugere liceret, e. c. ad radicem ari maculati cum saccharo cando mixtam et ope syrupi cujusdam in linctum redactam⁴⁷⁾, ad syrupum e succo raphani confectum⁴⁸⁾ et ad acetum seillae⁴⁹⁾. Subcarbonatem ammoniae⁵⁰⁾, teste HANNAEO, a SYLVIO in rebeli raucedine

com-

41) ETTMÜLLER diss. de spermate ceti Cap. 2. §. 11.

SCHOLTZ Lib. VII. Cons. 81.

42) R. Olei amygdalarum rec. Syrupi althaeae ââ unciam unam. Sacchari albi dr. duas. M.

43) LANG epist. L. III. p. 934.

44) AETIUS Tetr. II. Serin. 4. Cap. 51. (ad tertiam partem sapa coquitur).

45) Pharm. Danica p. 254. Cfr. Eph. Nat. Cur. Dec. I. Ann. 3. Obs. 153. PLENK in MOHRENHEIM *Wiener Beiträge* 2. B. N. 5. THILEMIUS in HUFELAND's *Journal* 17. B. 1. St. p. 94.

46) VESTI l. c. §. XXVIII. observante RIVINO.

47) HORSTIUS lib. III. Obs. 24. op. II. p. 156.

48) Eph. N. C. Dec. III. An. I. Obs. 36. p. 56. (Veterem raucedinem caeteris frustra adhibitis syrupus iste sanavit).

49) EBN SINA Lib. V. Fer. I. Tract. 12.

50) Spiritus salis ammoniaci.

commendatam, pluries frustra adhibuimus ⁵³). Contra vero *vapores aqueos* tum *simplices*, tum cum *aceti* pauxillo, tum ex *infuso florum sambuci* elicitos, perutiles invenimus, invenerunt alii ⁵⁴). *Errhina* ⁵⁵) et *masticatoria* ⁵⁶) adversus raucedinem non tentavimus. *Myrrham electam* in ore contentam, usque dum sponte dissolvatur, magnum adjumentum in raucedine afferre statuit PLATER ⁵⁷). Ita *pipcr* sub lingua detentus ⁵⁸), semina *sinapis* in pulverem redacta et cum syrupo quodam pectorali mixta ⁵⁹), *haleces* *). In raucedine a frigore contracta BORELLUS ⁶⁰) fumum

53) Possunt guttae nonnullae aquae instillari. Sic praescribit HANNAEUS (Eph. N. C. Dec. II. An. 8. p. 243.) R. Sacchari candi albissimi uncias tres. Spermatis ceti drachm. un. et semis. Aquae vitae anis. g. r. Spirit. sal. amm. drachm. semis M. f. pulvis saepe lambendus.

54) HILSCHER Progr. de insigni quodam raucedinis remedio. Jen. 1747. HALLER. diss. Pract. T. I. N. 37.

55) CODRONCHIUS Consil. l. c. p. 142.

56) WEDEL l. c. Cap. X.

57) T. I. prax. p. 492. v. HORST. Lib. II. de sanitate tuenda Cap. V. p. 210.

58) MARCELLUS Lib. de medicina C. 14.

59) VESTI l. c. §. XXIX.

*) In antiqua raucedine esus haelecum interdum conducere, jam dudum notum est; illas vero phthisin trachealem sanare (HUFELAND's *Sam.* 1821. 9. St. p. 115.) non solum novum, sed et fabula est.

60) Cent. IV. Obs. 27. p. 299.

mum *florum sulphuris* per os exceptum cum *salviae* foliis, certe valde audacter, commendat. Postremo *balneum tepidum* ⁶¹⁾ et *thermae* ⁶²⁾ in usum ducendae sunt.

§. V.

D e A p h o n i a.

Literatura. 1. *Aphoniae*, seu vocis sonorae privationis aut suppressionis completae, doctrinam tradiderunt: SCHENK ⁶³⁾, MENJOTIUS ⁶⁴⁾, BARTHOLINUS ⁶⁵⁾, CRAUSIUS ⁶⁶⁾ et BURCHARD ⁶⁷⁾.

Distinctio aphoniae a mussitatione. 2. Aphonia a *mussitatione* eo differt, quod hic verba cum motibus oris et linguae, sine voce, fere ita exprimuntur, ut, si quis idiomate familiari loquitur, ea divinari possint.

3. Di-

61) „Iuvat enim omnes magnopere phonascos, qui vocis exercitio utuntur, citharoedos, praecones, tragoedos, quum contendendo laeserint vocem, teste AETIO l. c.“ VESTI l. c. §. XXXIII.

62) De thermis ZELLENSIBUS prostant experimenta in Eph. germ. Dec. II. An. IX. Obs. 34. De potu fontis Bollensis raucedinis auxilio lege BAUHNUM hist. nov. et adm. font. Bollens. L. I. p. 82. et L. III. Cap. 27. p. 209.

63) Diss. de aphonia. Jen. 1658.

64) Diss. de aphonia v. diss. path. Paris 1662.

65) Aphonologia seu de aphonia. Havn. 1654.

66) Diss. de aphonia. Jen. 1702.

67) Diss. casum aphoniae chronicæ cum epicrisi exhibens. Argent. 1773.

3. Dividitur *aphonia* in *primariam* et *sym-* Divisio.
ptomaticam. *Aphonia primaria* nisi plane mor-
bum per se, saltem reconditae plus minus aegritu-
dinis potissimum sistit effectum. *Aphonia sym-*
ptomtica aliorum morborum constituit sym-
ptoma.

4. *Aphoniae symptomaticae* mentionem inje- Aph.sym-
cimur in tractatu febrium ⁶⁸), exanthematum pri- ptomati-
mariorum ⁶⁹), hydrocephali ⁷⁰), apoplexiae ⁷¹), ca- ca.
talepseos ⁷²), irae ⁷³), maniae ⁷⁴), rhachialgitidis ⁷⁵),
epilepsiae ⁷⁶), paralyseos ⁷⁷), hysteriae ⁷⁸). Sae-
pius adhuc de illa in posterum quaestio erit.
Quocunque autem in morbo *vocis defectus* con-
tingat, semper malum indicium est. Unde HIP-
POCRATES: „quibus vox intercepta in febre sine
indicatione, in tremore moriuntur ⁷⁹); — apho-
niae

68) P. I. Vol. I. Cap. II. §. XXIV. p. 16.

69) P. I. Vol. II. Cap. XII. §. LV. 4. p. 238. Cap. XVI.
§. LXVIII. 2. (23.) p. 286.

70) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXI. 3. p. 264 (74):
§. XXII. 4. p. 289.

71) Cap. V. §. XXV. 2. p. 317.

72) Cap. XIV. §. LX. I. p. 484.

73) Cap. XX. §. LXXXVI. p. 623. (97).

74) Cap. XXV. §. CVI. 8. p. 707. (47).

75) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. III. §. XII. 1:

76) ibidem Cap. XI. §. LIII. 4.

77) ibid. Cap. XII. §. LX. 4.

78) ib. Cap. XIV. §. LXX. 3. p. 554 (84):

79) Prorrhet.

niae, quae convulsivo modo fiunt, perniciosae⁸⁰⁾; — insaniae vehementes cum vocis interceptione letales⁸¹⁾; — quae cum exsolutione aphoniae fiunt, pessimae⁸²⁾; — quibus ex dolore aphoniae, moriuntur⁸³⁾; — qui ex dolore muti fiunt aegri, moriuntur⁸⁴⁾; — in vocis interceptione spiritus sublimis, sicut iis qui suffocantur, malum⁸⁵⁾; — si quis ebrius ex improvise mutus fiat, convulsus moritur, nisi febris corripuerit, aut, ubi ad horam, qua crapulae solvuntur, pervenit, locutus fuerit⁸⁶⁾.

Aph. primaria.

5. *Aphonia primaria* modo in homine caeterum sano, modo cum aliis symptomatibus obvenit. Ad haec spectant, oris impedita aperitio, effluxus salivae ex ore, linguae retractio, tumor radice illius, constrictio faucium, dysphagia, nausea, vomitus, anxietas, difficultas spirandi, pulsus lentus, rubor, livor faciei, aliquando oedematosae, conatus sonum edendi, ac si plane inanes fuerint, cum desperatione, socio fletu. Symptomata istiusmodi nunc continuo, nunc periodice

80) Coac. Cap. 2.

81) ibid.

82) Prorrheth.

83) ibid.

84) Coac. praen.

85) ib.

86) Aphor. V. 5. p. 90. Cfr. DOUBLE l. c. qui huic aphorismo jure non assentitur et MORGAGNI Lib. I. Epist. anat. med. XIV. Art. 35.

riodice urgent. Divisio aphoniae primariae in varias species indagationem naturae morbi faciliorem reddit.

6. *Aphonia traumatica* a violentiis externis, ^{A. traumatica.} e. c. a lapsu ⁸⁷⁾, a laesionibus faciei ⁸⁸⁾, musculi temporalis ⁸⁹⁾, capitis ⁹⁰⁾, cerebri ⁹¹⁾, venarum sublingualium ⁹²⁾, colli ⁹³⁾, tracheae ⁹⁴⁾, nervorum recurrentium ⁹⁵⁾ et spinae ⁹⁶⁾; originem nan-

C 2

ciscitur

87) Eph. nat. cur. Dec. I. An. 2. Obs. 120. Cent. X. Obs.

44. HOECHSTETTER Obs. Dec. 17. N. 5. SCHELHAMMER Diss. de voce p. 33. PANAROLUS Pentac. II. Obs. 20. CORNAR. hist. rar. C. 15. et quotidiana experientia.

88) SMETIUS Miscellanea p. 560.

89) GLANDORP Spec. Chir. C. 23. Obs. 11.

90) BENEVIENIUS de abd. morb. caus. C. 91. Eph. nat. cur. Dec. I. An. 2. Obs. 91. 119. Dec. II. An. 8. Obs. 15.

91) Jam HIPPOCRATES ait: (L. VII. Aph. 58.) „quibus ex quacunq; causa cerebrum vehementer concussum fuerit, necesse est statim muti fiant.“ Cui assertioni favent HILDANI (Cent. IV. Obs. 5.), DODONAEI (Obs. med. Cap. 91. p. 235) et TINELLI (med. cons. p. 46.) observationes.

92) Eph. nat. cur. Dec. II. An. V. Obs. 145.

93) PARAEUS Lib. IX. Cap. 29.

94) HEISTER *Wahrnehm.* I. B. N. 147. (Vulnus et abscissio partis tracheae).

95) GALENUS scripsit (Lib. de dissect. nerv. item de praecogn. ad Posthum. C. 6.), se Romae coram philosophis medicisque demonstrasse in haedis ac porcis semimutum reddi animal, si alteruter nervorum e pari

ciscitur. Spargit ea maximam lucem super totius aphoniam doctrinam⁹⁷⁾. Nisi aponia traumatica recens sit, parum sperandum est. Debellatur interdum fortuito e. c. per capitis concussionem⁹⁸⁾, risum⁹⁹⁾, tussim¹⁰⁰⁾, iram¹⁾, terrorem²⁾, disponsionem in collo³⁾, febrem

vago recurrentium, quos ideo *vocales* nominavimus, ligetur aut praescindatur; si uterque reseretur, plane obmutescere. Experimenta hujusmodi a BAGLIVIO (Obs. varii arg. anat. et pract.), HAIGHTONIO (*memoirs of the med. Soc. of Lond. Vol. III. No. 24.*), KRIMERO (*Physiol. Unters. Leipz. 1820*) aliisque verificata sunt. De aponia ex strumae operatione narrat ZACUTUS LUSITANUS (Med. pract. Hist. L. II. hist. 14). Aphoniam gignit ipsa nervorum recurrentium *ligatura* (SCHRAEDER Obs. rar. Fasc. I. N. 7. et SPROEGEL Diss. sistens exper. circa varia venena. Goett. 1752.) vel *erosio*. AMATUS LUSITANUS (Cent. II. Cur. 70.) narrat nempe de quadam foemina, quae, cum strumae mercurium sublimatum superimposuisset, vocem intotum pene amisit, quod nervus illius lateris recurrens ex pectore erosus esset.

96) GALENUS de loc. affect. L. I. C. 6. MARC. DONATUS L. III. C. 2. Explicatur ex nervi accessorii Willisii ramo interno in nervum laryngeum superiorem desinente.

97) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. II. C. I. §. 1. N. 1. p. 6.

98) Eph. nat. cur. Dec. III. An. V et VI. Obs. 236.

99) IPEREN in *Abh. aus holl. Schriften I. B.* p. 356.

100) Idem l. c. MORGAGNI op. c. Epist. LXIII. Art. 15.

1) BARTHOLINI acta Hafn. Vol. I. Obs. 71.

2) MARTINI *zwey Dutzend Beobacht.* p. 16.

3) Eph. nat. cur. Dec. III. An. III. obs. 112.

brem 4). Medendi ratio aphoniae ex caussis traumaticis chirurgiae objectum sistit.

7. *Aphoniis inflammatoriis* illa jacturae vocis ^{A. inflammatoria.} exempla verisimiliter adscribenda sunt, quae ex suppressione epistaxeos 5), haemorrhoidum 6), catameniorum 7) contigisse legimus. Nec mirum plethoram glottidi (quatuor iisque magnis arteriis totidemque venis instructae) et nervis recurrentibus (arteriam subclaviam dextrorsum 8) et arcum aortae sinistrorsum cingentibus) infensam esse. Si malum non fuerit multum vetustum, opem ferre solent *venae sectio* 9), *hirudines* pro re nata circa laryngem, nares 10), anum, vulvam, appositae; *eccoprotica*, *pediluvia* et *diaeta severa*.

8. *Apho-*

4) Eph. nat. cur. Dec. II. An. V. App. p. 31. Ann. IX. Obs. 179.

5) Medic. Siles. Satyr. Spec. VIII. Obs. 6. a.

6) MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. XIV. 37

7) SALMUTH Cent. III. Obs. 28. LEVRAND in *recueil périod. de la Soc. de med. à Paris* N. 51. p. 278. *Bresl. Samml.* 1725. Nov. p. 564.

8) Magistri cautus discipulis vix permittunt, ut ipsi vocem, inter ludendum strenue in cymbalo, sustineant (*accompagnarsi da se*). Nonne id ob brachii motum, arteriae subclaviae et inde nervo recurrenti infensum?

9) HOECHSTETTER Dec. IV. Obs. 12. Eph. nat. cur. Dec. I. An. III. Obs. 251.

10) Spontaneam epistaxin aphoniam profligasse legitur in *Actis nat. cur.* Vol. III. Obs. 113.

Aph. rheu-
matica,
catarrha-
lis et ar-
thritica.

8. *Aphonia rheumatica, catarrhalis et arthritica* refrigerio ¹¹⁾, raucedini neglectae ¹²⁾, podagrae retropulsae ¹³⁾ ortum debet. Causa rheumatica, catarrhalis, arthritica, aut laryngem ipsum ^{*}), aut involucra nervorum vagorum, praecipuis recurrentium ¹³⁾, forteque accessorium Willisii aggredi potest. Malo recenti *methodus antiphlogistica* opponenda, serius *vesicatoria* ¹⁴⁾, *moxa* ¹⁵⁾, *fonticuli, masticatoria* ¹⁶⁾, *linimentum vola-*

11) Act. nat. cur. Vol. VIII. Obs. 94. (Aphonia ex latione cepitis, subsecuto refrigerio). Item ex potu gelido in Eph. N. Cur. Dec. I. An. III. Obs. 60. Dec. III. An. VII et VIII. App. p. 74. Ex balneo frigido apud HARTLEBEN *Deutsche Justiz- u. Polizeyfama* 1803. 1. B. N. 212.

12) BURCHARD l. c.

13) Act. Nat. Cur. Vol. II. Obs. 59.

^{*}) Vitia laryngis et tracheae, quae aphoniam concitant, potius pro symptomate aliorum morborum habenda sunt. Sic aphonia observata est ut effectus tracheae inflammationis (BONET Sepulchr. L. I. Sect. XXII. Obs. I.), tumoris illius (Obs. 2.), calculi (Obs. 3.), ulceris laryngis (THOMANN *Annal.* 1. B. p. 166).

13) ZACUTUS LUSITANUS. Prax. admir. Lib. I. Obs. 98.

14) PANAROLUS Pentecost. IV. Vol. 30. Obs. (in sutura coronali) RANOE in act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 459. (ad collum) WILlich in BALDINGER's *N. Magaz.* 7. B. p. 116. (per tincturam cantharid. spinae illinitam).

15) Ad curriculum nervorum recurrentium prope laryngem (DUBOIS?).

16) Eph. Nat. Cur. Dec. III. An. II. Obs. 54.

volatile ¹⁸⁾ non neglectis *aconito* et *antimonio* ¹⁹⁾ ac *hydrargyro*.

9. *Gastricam* eam nuncupamus *aphoniam*, A. gastrica. quae a *saburris* ²⁰⁾, ab esu *fungorum* ²¹⁾, et a *vermibus* ²²⁾ gignitur. Et *aphoniae*, a *dysenteria* ²³⁾, *cholera* ²⁴⁾, *colica saturnina* ²⁵⁾ relictæ; huc spectare videntur. Cum *plexus*, quotquot sunt *abdominales*, cum *plexu coeliaco* commercium alant cumque ad *plexum coeliacum* formandum par *vagum*, *laryngi imperans*, concurrat, *aphoniae origo abdominalis* facile explicatur. *Aphonia gastrica* derepente et *gravibus symptomatibus stipata* ²⁶⁾ oriri solet. *Methodus mendendi*

18) DE MAN in *Abh. f. pr. Aerzte*. 10. B. 1. St. p. 17.

19) OSIANDER *Denkwürdigkeiten*. 2. B. p. 174.

20) LUPIN *Hist. morb. diffic.* p. 18.

21) PAULLINI *Cent. II. Obs.* 77.

22) ZIEGLER de *aphonia period. ex vermib. orta*. Basil.

1724. ZAC. LUSITANUS *Prax. admirab. L. II. Obs.*

36. *Bresl. Samml.* 1724. *Octbr.* p. 423. BENEDICTUS

L. V. C. 15. BALDINGER *N. Magaz.* 10. B. p. 41.

Duo *aphoniae verminosae exempla* ipse vidi.

23) MOSEDER *Diss. de dysenteria, quam exceptit aphonia*. Argent. 1775.

24) *Eph. Nat. Cur. Cent. III. Obs.* 3.

25) PORTAL *Cours d'anat. méd. T. IV.* p. 361. De *plumbo*

(*saccharo scilicet saturni*) *aphoniae caussa*. Cfr.

KNIGHT in *Lond. med. Journ.* Vol. IV. p. 286. et *Abh.*

f. pr. Aerzte. 15. B. 1. St. p. 31.

26) Legi meretur *historia ancillae*, de qua narrat Dr.

HENSCHEL in *HUFELAND's Journ.* 8. B. 1. St. p. 149.

dendi *evacuans* ²⁷⁾ est uti in aliis morbis gastricis. Aphoniam verminosam *oleo ricini* debellavimus.

A. spasmodica.

10. *Aphoniae spasmodicae* aneam porrigunt: terror ²⁸⁾, indignatio ²⁹⁾, dolor ³⁰⁾, amor ³¹⁾, antipathia ³²⁾, impulsus aëris ³³⁾ et narcotica ³⁴⁾; subjiciuntur illi hystericae ³⁵⁾ et homines spæmis

27) Aphoniae purgantibus sanatae exemplum R. JONES (in *the Edinb. med. and surg. Journ.* 1809. Vol. V.) describit.

28) BARTHOLINUS Act. Havn. Vol. I. Obs. 101. Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. III. Obs. 121. Dec. II. Ann. IV. Obs. 27. Cent. X. Obs. 47.

29) VAN DER HONT. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* IX. B. p. 387 (uxor dum maritum in adulterii flagranti delicto invenerit).

30) Ex tortura v. BONETI sepulchr. L. I. §. XXII. Obs. 18. App. 2. ex FABRICIO HILDANO. „Vidi miserum, ait SAUVAGES (l. c.), ex duriori tortura non solum obmutuisse, sed etiam omnem sensum amisisse.“ l. c.

31) Eph. nat. Cur. Dec. I. An. VI et VII. Obs. 136.

32) PAULINI Cent. IV. Obs. 8., — Eph. nat. Cur. Dec. I. Ann. II. Obs. 145.

33) A globulo tormenti prope dejecto v. *Bibl. universelle* 1816. Juin p. 160. et LARREX *mém. de chir. milit.*

34) Ex atropa belladonna, aegro caeterum mente compote, aphoniam conspexi in nosocomio Vindobonensi.

35) ZACUTUS LUSITANUS Prax. hist. L. VIII. Obs. 18. Eph. nat. cur. Dec. II. Ann. VII. Obs. 133. BERDOT in Act. Helvet. Vol. VIII. p. 196.

mis ³⁶⁾, melancholiae ³⁷⁾ obnoxii, item ebriosis ³⁸⁾. Causa saepe in compressione cerebri ad originem paris vagi quaerenda; quo in casu pulsum peculiaris lentor observari solet. Ne tunc methodum apoplexiae accommodatam ³⁹⁾ negligas. Alias aphoniae spasmodicae praeter electricitatem ⁴⁰⁾, sic dicta *nervina* opponi solent, inter quae, praeter *crocum* in lacte infusum, folia *atropae belladonnae*, quatenus specificè in nervum vagum agunt, tentari merentur. Tentandae forent et parvae radices *cephaëlidis ipecacuanhae* aliorumque emeticorum doses, utpote quae nervos ventriculi, maxime ex pari vago pullulantes, speciatim afficiunt. Susplicamur quoque corpora principium saccharinum continentia

36) SMITH in med. commun. Vol. 2. N. 33. RANOE in Act. Reg. Soc. med. Havn. I. B. p. 459.

37) Eph. nat. cur. Dec. I. An. IX et X. Obs. 283. Dec. II. An. I. Obs. 97. An. III. Obs. 40. Cent. III. Obs. 81. SPROEGEL in miscell. Berol. T. VI. p. 25. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXV. §. CVI. 8 (47).

38) HIPPOCRATES l. c. Act. nat. cur. Vol. VI. Obs. I. HOECHSTETTER Dec. III. Obs. 9. Comm. Nor. 1743. p. 7. MORGAGNI l. c. Epist. XIV. Art. 35: 36.

39) P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXIX. N. 1.

40) LAMB in BRADLEY'S *med. and phys. Journ.* 1801. Apr. HUFELAND, SCHREGER u. HARLESS *Journ. d. ausl. med. Lit.* 1802. 2. B. PARKER CLEVELAND in *med. and phys. Journ. conduct. by FOTHERGILL.* Lond. 1814. Jan.

tinencia peculiare imperium in par vagum exercere 41).

A. metastatica.

11. A cerebri vitiis ut plurimum et *aphonia metastatica* pendet, cui febris 42), variolae 43), ulcera suppressa 44) aliaque depositiones morbosae 45), (neque pari vago, imprimis nervis recurrentibus parcentes), ansam praebent. Cura, ut in *aphonia rheumatica et arthritica* 46).

A. consensualis.

12. Observata quoque est *aphonia* ut effectus vitiorum reconditorum pericardii 47), pulmonum 48), graviditatis 49), partus 50) et puerperii 51),

41) P. II. Vol. I. Sect. I. Append. ad C. XIV. p. 508.

42) TULPIUS L. I. C. 39. LENTILIUS Eteodrom. p. 1041. Act. nat. cur. Vol. II. Obs. 114. Commenc. Lit. Norimb. 1741. p. 86. SCHEIDEMANTEL *Fränk. Beytr.* N. 16. HORN *Arch. f. d. pr. Med.* 1809. Jul. p. 311.

43) FABR. HILDANUS Cent. VI. Obs. 11. RIEDLIN Cent. II. Obs. 85. AASKOW in Act. R. Soc. Med. Havn. Vol. I, p. 373. Eph. nat. cur. Dec. I. An. II. Obs. 201. Dec. II. An. I. Obs. 38. Dec. III. An. I. Obs. 55.

44) Eph. nat. cur. Dec. II. Ann. VI. Obs. 25.

45) BARTHOLINUS Act. Havn. I. Vol. Obs. 7.

46) Memorabilis est casus ZACUTI LUSITANI (Prax. admir. L. I. Obs. 97), qui fenticulo in inguine excitato, aphoniam ex phallorrhoea suppressa, sanavit.

47) PORTAL *von der Lungenschwindsucht* 2. B. p. 70. (utpote ramis nervi recurrentis instructi).

48) PORTAL l. c. p. 69. BONET *sepulchr.* L. I. §. XXII. Obs. 13.

49) Commenc. Lit. Norimb. 1736. p. 363.

50) Eph. nat. cur. Dec. III. An. III. Obs. 113.

perii ⁵¹⁾, *consensualis* dicenda; quae caeterum denominatio et aphoniae gastricae aliisque originis encephalicae adaptari posset.

13. Ad aphoniam quoque pertinet *jactura vocis respectu ad extensionem*. Vix quidem ea imperium in sermonem, at permultum in cantum exercet. Cantores enim utriusque sexus aliquando extensionem vocis ita amittunt, ut ex duobus et quod excurrit *octavis*, de quibus antea gloriari potuerant, vix quatuor amplius retineant tonos. Status iste revera morbosus, probe ab illo normali distingui debet, ubi cantores progrediente aetate tot tonos altos amittunt, quot inferiores acquirunt ⁵²⁾. In aponia, de qua agitur, motus laryngis, si vox in alto deficiat, sursum, alias deorsum, impeditus est, oritur hoc malum, a plethora ⁵³⁾, ab infarctu glandularum, ab obstructionibus viscerum abdominalium, a syphiliide, a mercurio, saepissime vero ab abusu cantus, atque a nisu obstaculum a raucedine emergens voce vi elicitâ vincendi. Jactura vocis ex utraque vix enumeratâ causâ orta, irremediabilis est ⁵⁴⁾. Medici

51) Eph. nat. cur. Cent. I et II. Obs. 127.

52) Sic inter feminas, *soprani* evadunt *alti* et inter *mares tenori* fiunt *bassi*.

53) PORTAL in *mém. de la soc. méd. d'émul. T. I. Paris 1798. p. 80. troisième obs.*

54) Urbe austriacâ *Eaden*, An. 1812. incendio fere deletâ, societas cultorum artis musicae incolis miseris, proventu spectaculi theatralis (*Le nozze di Figaro*)

dici theatrales hinc cauti sunt, ne coram directione spectaculorum, cantores, ob id, quod miti tantum raucedine laborent, partes, magnam vocis intensionem exposcentes, agere posse, praepostere affirmant. Reliquis aphoniae, de qua agitur, caussis, pro re nata, hirudines circa laryngem, vesicatorium perpetuum inter scapulas, victum blandum, lenia emetica, aquas soterias salinas, aethiopem antimoniam, frictiones mercuriales⁵⁵⁾ in minimis diu continuatis dosibus, balneaque sulphurica opponimus. Quandoque iter regiones meridionales versus, rusticatio, abstinentia a cantu (exercitio *la scala* excepto) vita casta, usus vini dulcis, potus *cacao*, pharmacis palmam eripiunt.

§. VI.

D e A l a l i a.

De loque-
la.

1. „*Loquela* est vox articulata, seu opocavi

succurrere statuit. Primae cantus pars (*Susanna*) ad uxorem meam collata est. Ipsa voce clarâ, ampla et agili (pro qua HAYDN partem supremam (*soprano*) oratorii sui (creationis mundi) scripserat) in tentamine ultimo (*prova generale*) adhuc cantaverat, cum incipiente jam spectaculo ab aura frigidiuscula allideretur; quo facto extemplo fere aphona reddita est. Desperabunda (spectaculo enim Imperator, Imperatrix, magnates etc. intervenire haud dedignati fuerant) cum aphoniam quibuscunque modis vincere voluisset, non solum magis magisque malum increvit, sed et in posterum tempus, tertiam vocis partem amisit.

55) PORTAL l. c. *observation quatrieme.*

cavi narium et oris uvulae linguae, labiorum et dentium modificata, ita ut non solum ideis confusis referendis par sit, cui scopo sufficiunt clamor, suspirium, risus, fletus, aliaeque voces bruto et homini communes; sed ut ad ideas distinctas et syllabarum seriem his ideis respondentem significandas sufficiat ⁵⁶⁾.“ *Requisita loquelae* sunt status congruus 1° instrumentorum ad vocem articulandam necessariorum; 2° sensorii communis et 3° auditus.

2. Tres hinc alaliae seu mutitatis stabiliemus ^{Alaliae species.} species, scilicet *alaliam* 1° a *vitiis instrumentorum vocis*; 2° ab *hebetatione sensorii communis*; et 3° a *cophosi*. Addi possent illarum specierum *complicationes*.

3. Primum inter loquelae instrumenta locum occupat *lingua* *): enim vero non solum ^{Alalia a vitiis instrumentorum vocis.} litteras linguales dictas proprie effingit, ut *L. R.*, sed cum dentibus *dentales*, ut *D. T. S. Z.* efformat, dorso suo sursum flexo *gutturales* producit, aërem retrorsum repellendo, ut *G. K.* Quodsi objiciatur dari *elingues* loquendi facultate praeditos ⁵⁷⁾, in illis carunculam quandam vel

56) SAUVAGES l. c.

*) Descriptionem linguae fusam latamque invenies in BREIDENSTEIN diss. de morb. linguae. Erl. 1791.

57) ROLAND de BELEHAD aglossostomolalographia. Salmur 1630. v. Eph. N. Cur. Dec. I. An. 3. App. 559. Ibid. Dec. I. An. I. Obs. 35. Schol. An. III. p. 559. TULPIUS L. I. c. 44. BARTHOLINUS Hist. anat. Cent.

vel ex oris basi, vel è lateribus ortam, linguae vices agere respondendum. Sic altera ex parte *lingua praemagna*, cujus plura exstant exempla⁵⁸⁾, quorum unum stupendum ipsi describendum curavimus⁵⁹⁾, loquelae eoque non obstat,

quo-

II. Hist. 22. SCHENK L. I. Obs. 371. PARAEUS Chir. L. XXII. C. V. p. 489. AURRAN diss. elinguis fem. loquela. Arg. 1766. v. LESKE *auserl. Abh.* 3. B. p. 15. PARSON in *Philos. Trans.* N. 484. BLANKARD Collect. med. phys. Cent. VI. N. 5. Acta Helvet. Vol. VIII. *Journ. de méd.* T. XX. p. 37. XXIII. p. 348. *Breslauer Samml.* 1723. p. 449. *Mém. de l'Ac. de Paris.* T. V. N. 13.

58) TRINCAVELLA de rat. cur. par. hom. corp. L. V. p. 10. SCALIGER exercit. 199. 2. SCHENK obs. med. L. I. Obs. 356. p. 401. BARTHOLIN hist. anat. rara. Cent. II. hist. XXII. T. I. p. 208. HANNEMANN Miscel. nat. cur. Dec. II. An. 2. Obs. 51. BIERRANDER *neue Schwed. Abh. übers. v. Kästner u. Brandis.* 1791. 10. B. p. 142. FICKER *Beitr. z. Arzneiwiss. Münst.* 1796. N. 8. p. 107. TRIOËN Obs. med. chir. Fasc. p. 142:

59) NIECHWIEDOWICZ diss. de rar. linguae vitio organ. Viln. 1811. cum tab. aenea. „Puella decem annorum, dum duorum annorum infans erat, sub lapsu linguam momorderat subsequente copioso sanguinis fluxu. Increvit ab eo tempore linguae volumen, ita ut post annum et quod excurrit eam amplius ore retinere nequiverit. Extrorsum tamen pendens lingua tunc adhuc in oris cavitatem retrahi potuerat. Serius et hac potestate destituebatur, ita enim increvit hoc viscus ut *ultra* mentum tribus pollicibus penderet. Substantia linguae erat normalis. Dentes magna ex parte con-

quousque motus illius conceditur ⁶⁰). Enimvero tunc solum mutitas expectanda, dum linguae motus omnino deletus est. Hinc a) a *linguae siccitate*, ut in febribus praesertim apud senes, in coryza, morbis hepatis, vesicae urinariae, maxime sub somno, in nutricibus ⁶¹) et convalescentibus. Mutitas a siccitate linguae ut plurimum fugax, sed ipso primario morbo aliquando intolerabilior, lotionis oris, haustibus repetitis potus, lamellis pomi aurantiaci aut citri, syrupo mororum, vel alio acidulo, cum borace si placeat ⁶²), suctione uvarum aliorumque fructuum, pro tempore saltem mitigatur. b) a *frenuli brevitate et longitudine*. Haec vitia autopsia cognoscuntur. Si *frenulum* fuerit *breve*, lingua in medio fissam, ad apicem largam, ita a frenulo sulcum ad extremitatem externam exhibente, retinetur,

sumti ac continuum fere osseum corpus formantes. Pars linguae extra os pendens sicca gustu orbata, nisi prius humectaretur. Masticatio laboriosa, deglutitio expedita. Vox naturalis et *loquela*, excepta pronuntiatione litterarum C. Q. W. Z., *distincta*.

60) Sic dari non potuerant aegri lingua praemagna praediti, de quibus narrant VOGEL prael. acad. p. 6. EHR-
LICH *chir. auf Reisen gem. Beobacht.* 1. B. p. 66 seq.

61) SAUVAGES l. c. „visa est lactans mulier a longiori lactatione hunc morbum traxisse et ablactato alumno loquelam recuperasse.“

62) e. c. ad scrupulum, ad semidrachmam cum uncia syrapi rubi idaei.

netur, ut ultra gingivas extendi nequeat. Praeterea infantes difficulter ubera sugunt, quin aliud impedimentum, aut aphthae accusari possint. Eadem sugendi difficultas contingit dum *frenulum longitudine peccat* ⁶³⁾; utroque in casu auxilium in sectione frenuli quaerendum, cavendo ne culter, aut forfex venas raninas, ductum salivalem Warthonianum, aut nervos laedat ⁶⁴⁾. c) a *linguae adhaesione morbosa* ⁶⁵⁾, a *calculis sublingualibus* ⁶⁶⁾, ab *atheromate sub lingua* ⁶⁷⁾, a *globo plumbeo linguae inhaerente* ⁶⁸⁾, quo-

- 63) FALLOP. instit. anat. p. 457. BACHERACHT Diss. de morb. ligamentor. Lugd. Bat. 1750. §. 11. in HALIERI coll. disp. ad morb. hist. et cur. fac. T. VI. p. 401. WEITBRÉCHT Syndesmolog. Sect. VI. 6.
- 64) FRANCK de incis. freni sub lingua Heidelb. 1682. HEISTER Inst. Chir. LODER diss. de frenulo linguae ejusque incis. Ien. 1785. BELL *anat. of the hum. body*. T. II. SAURE Diss. de sect. frenuli linguae. Paris 1755. OEHME de morb. recens nator. chir. Lips. 1773.
- 65) HOFFMANN Consult. Cent. I. N. 94. Cfr. P. III. Vol. I. Cap. de glossitide CAPDEVILLE in *mém. de l'ac. R. de chir.* T. II. Acta mea cl. inst. Viln. T. II. p. 51.
- 66) Eph. nat. cur. Dec. I. An. 3. p. 585. PLATER obs. med. L. II. p. 395. ZETHERMANN in HUFELAND'S u. HIMLY'S *Journ.* 1811. Jul. p. 119. TH. RODER. A VEIGA de loc. affect. L. I. Sect. VI. p. 225.
- 67) MARCHETTIS obs. p. 72. PLATER obs. L. III. p. 896.
- 68) MEEKREN Obs. med. chir. C. 8.

quorum vitiorum curam chirurgia tradit; d) ab *induratione epiglottidis* ⁶⁹⁾ a *prava figura ossis hyoidei* ⁷⁰⁾. Et e) a *linguae inflammatione* et *paralyisi* ⁷¹⁾. Haec apoplexiam aliquando annuntiat ⁷²⁾, saepe eam, aliosque cerebri morbos sequitur, et hemiplegiam plenariam comitatur ⁷³⁾. Patet hinc causam paralyseos linguae et alaliae inde pendentis in encephalo, praecipue circa medullam oblongatam, utpote nervis glossopharyngeo et hypoglosso ortum praebentem, quaerendam esse. Quae nervorum linguae motoriorum origo, cum ab illa nervi acustici, ventriculo scilicet quarto, distet, cur mutitas persistente auditu, ut observavimus ⁷⁴⁾, obvenire possit, intelligitur.

Porro

69) BONET Sepulchr. L. I. Sect. XXII. Obs. 22. ex BARBETTE.

70) HAHN Commerc. Litter. a. 1736. hebdom. 31. N. 1. ad §. 25. Ac re quidem vera a gravibus vitiis ossis hyoidei mutitatem aliquando esse credibile est. Quodsi KERCKRINGIUS Osteogen. C. II. verum scripsisset de osse hyoide, cum in foetibus, ait, ne quidem cartilagineum ejus apparere, hinc quoque esse non dubitandum, quod parvuli serius post ortum loqui incipiant et cum incipiunt, adhuc dimidiata verba tentent. Id etiam confirmat ALBINUS (Icon. oss. foet. ad Fig. 152.). Cfr. MORGAGNI l. c. Epist. XIV. Art. 38.

71) *Mutitas a glossolysi.* GALL. *Paralytie de la langue.*

72) Part. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXV. 1.

73) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XII. §. LX. 4.

74) Puer sex annorum, mutus a nativitate, ingenio non

Porro cum nervus lingualis (verisimile gustus instrumentum) a ramo tertio paris quinti suam quoque peculiarem originem circa pontem Vavrolii agnoscat, cur paralysis linguae saepissime *salvo gustu* locum habeat, intelligi posset. Ex eo vero, quod nervi, quorum ope lingua motum adipiscitur, originis sint encephalici, haud concludi potest, omnem illius paralytin necessario esse originis encephalicae. Posset enim rheuma, violentia externa, vel alia demum caussa, nervos illos extra encephalum, aut in ipso linguae contextu, laedere sicque paralytin ac aliam gignere. Rem ita aliquando se habere suspicamur, propterea quod viri experti adversus mutitatem e linguae paralyti ortam, *sialagoga* et *masticatoria* ut *radicem pyrethri*, *hellebori*, *folia nicotianae* ⁷⁵⁾ *oleum cinamomi* ⁷⁶⁾, *spiritum serpilli* ⁷⁷⁾ commendant; quorum sane auxiliorum applicatio

destitutus, ante biennium ad me auxilii gratia ducebatur. Contenderam eum esse simul surdum, quod parentes negarunt. Ac re quidem vera scrupuloso instituto examine de perfecto illius auditu dubitare haud potui. In morbos praegressos tunc inquirendo, apparuit, puerum, cum adhuc infans fuerat, encephalitis convulsiva laborasse. Mutitatem ex reliquiis hujus morbi repeterem.

75) SAUVAGES l. c. HAUTESIÈRE *Recueil*. Vol. 2. p. 286

76) LANG *Miscel. verit.* Vol. I. p. 8.

77) LANG l. c. v. RICHTER'S *Chir. Bibl.* 8. B. p. 508.

plicatio in alalia, et paralyti linguae originis encephalicae, nil plane praestare posset ⁷⁸⁾.

4. Stupidi et hebetes, attentione, perceptione, memoria, iudicio, imaginatione, affectibus et voluntate plus minus destituti, ut fatui ⁷⁹⁾ idiotae, maxime cretini ⁸⁰⁾, loqui vix aut ne vix queunt (*alalia a hebetatione*). Ad loquelam enim tyrocinium requiritur, — „opus est, ut infans, imitator nutricis sedulus, pronunciandis diversis, quas audit, syllabis assuescat, illasque syllabas laboriose combinando, quae sibi necessaria sunt, iam puer petere addiscat ⁸¹⁾.“ Cum venena narcotica facultates animi, pro tempore saltem, suspendant, mirum non est, et illa alaliam ⁸²⁾ saepe transitoriam gignere posse.

5. *Alaliae a cophosi seu mutitatis surdorum* ⁸³⁾ jam alibi mentionem injecimus ⁸⁴⁾. Al. a hebetatione.
Al. a cophosi.

D 2 lum

78) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. I. §. II. et Cap. XII. §. LX. 4.

79) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XXV. 12.

80) Ibid. 13.

81) SAUVAGES l. c.

82) Mutitas a narcoticis MANGETI v. SAUVAGES l. c.

83) GALL. *Mutité des sourds de naissance. Sourds-muets.*
GERM. *Taubstumheit. Taubstumme* ROSS. Глухо-
нѣмоснѣ. Глухо-нѣмые. POL. *Głuchoniemota.*
Głuchoniemi.

84) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XXIII. §. CXX. 3. Adde sequentem observationem, a Dr. LUDOVICO FRANK Patri meo a. 1814 communicatam: *Madame ROLAND*

lum abruptum reassumendo, antecessorum exemplo, de surdo-mutorum qualitatibus physicis et moralibus, ordiendum foret. At vero procul id esto a nobis. In ea enim versamur opinione, surdo-mutos nequaquam classem peculiarem generis humani, de qua principia generalia statui possent, constituere. Inter surdos enim et mutos tot rerum discrimina, sicuti inter homines in genere intercedunt. Miramur hinc expertissimum surdo-mutorum institutorem ⁸⁵⁾, miseros pro mendacibus, vanis, superbis, malitiosis, aggressoribus, adeo pro *garrulis* ⁸⁶⁾ declarasse. Equidem nos scelera a nonnullis surdo-mutis peracta ⁸⁷⁾ minime latent, — verum, quid inde con-

de Marseille est mère de 14 enfans, dont deux alternativement parloient et deux étoient sourds et muets. Ayant perdu 3 de ses enfans, il lui en restent aujourd'hui 5 qui parlent, et 6, dont 4 demoiselles, qui sont sourds et muets. Trois individus étoient affectés de la même infirmité dans la famille du grand père de Mr. Roland. Le mal a donc sauté une génération.“

85) ESCHKE *von der besten Methode, die Taubstummen zu unterrichten*, v. HUFELAND's und HIMLY's *Journal der pr. Heilk.* 1810. Aug. p. 1. et Sept. p. 1.

86) „*Sehr gerne mischen sich Taubstumme in fremde Angelegenheiten, suchen Uneinigkeiten und Klattschereien zu erwecken, Hetzereien anzustiften, zu unterhalten und mit beiden Parteien gemeinschaftliche Sache zu machen.*“ p. 11.

87) Surdo-mutus conspecto actu porcum mactandi, proprium dein interfecit fratrem (SACK *vertheid. Glaube*

concludendum nisi quod surdo-muti crimina cum reliquis hominibus communia habeant? Quod illis plus quam aliis condonandum. Enimvero haud raro mutitas a cophosi, cum hebentatione, criminum multorum fonte, societatem inire solet. Praeterea socii surdo-mutos saepe ludibrio habent eosque irritant exasperantque. Porro cum sensationes commiserationem excitantes aurium facilius quam oculorum ope ad animum perveniant ⁸⁸⁾ (quod ESCHKE ipse jam dudum animadverterat ⁸⁹⁾); haud mirandum foret, si surdo-muti aliorum non commiserescerent. Quid praeterea boni ab homine expectandum, qui facultate sese ipsum, saltem per commercium cum similibus, educandi destituitur, nisi peculiaris educationis suae habeatur cura? Multum hinc viris, qui praecepta ad surdo-mutos instituentos tradiderunt, debetur, ut PETRO PONTIO ⁹⁰⁾,

WAL-

d. Christ. Facta similia inveniuntur: in HYMEN Beitr. zu d. jurist. Lit. — in KLEIN'S *Annal. d. Gesetzgeb. u. Rechtsgelahrtheit*, — in MORITZ *Mag. z. Erfahrungsheilkunde*, — in KRESS *jurist. Betracht. v. Recht d. Taubstumm gebornen. Leipz. 1765*). Alter surdo-mutus hominem interemit, observando milites tale ob opus remunerari (WOLFF *vernünfstige Gedank. v. d. gesellschaftlichen Leben d. Mensch. 3. Aufl. Leipz. 1732. p. 72.*).

88) ZEUNE *Ueb. d. Unterricht d. Blind. Berl. 1808.*

89) *Kleine Beob. üb. Taubstumme. I. B. Berl. 1799.*

90) *Monachus Hispanus versus finem seculi XVI. vivens.*

WALLIS ⁹¹⁾, VAN HELMONT ⁹²⁾, PAULO BONNET ⁹³⁾, EM. RAMIREZ DE CARRION ⁹⁴⁾, HOLDER ⁹⁵⁾, SIBSCOT ⁹⁶⁾, SCHEUCHZER ⁹⁷⁾, AMMANN ⁹⁸⁾, PEREIRA ⁹⁹⁾, KERGER ¹⁰⁰⁾, L'ÉPÉE ^{*}, DESCHAMPS ¹⁾, CAESARI ²⁾, PETRO A CASTRO ³⁾,
 ESCH-

Cfr. VALESII sacra philosophia. C. 3. p. 78. et *Breslauer Samml. XI. Versuch.* p. 343.

91) Praefat. ad gramm. linguae gallicae. Oxon. 1654. Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. I.

92) Alphabeti vere natural. Hebraici delineatio, quae methodum suppeditat, juxta quam surdi nati sic informari possunt, ut ad sermon. us. perveniant. Sulzbach. 1657. HALLER Bibl. med. Vol. III. p. 58.

93) *Reduction de las letteras y arte para ensennar a hablar los mutos.* Madr 1620.

94) *Maravillas de Natureleça qua se contienta los mil secretos da causas naturales.* Madr. 1629.

95) *Elements of Speech.* Lond. 1669. *Suppl. to the phil. Trans.* T. IV. N. XLVIII. p. 958. Jul. 1670.

96) *Deaf and dumb man's discourse or concerning these who are born deaf and dumb.* Lond. 1670.

97) *Diss. surdus loquens.* Traject. 1694.

98) *Surd. loqu.* Amst. 1702. HALLER op. c. Vol. IV. p. 14.

99) in *Mém. mathem. présentées.* Vol. V. p. 233.

100) *De surdo-mutor. cura.* Epist. ad ETTMÜLLERUM a. 1704 in Eph. N. Cur. Cent. II. App. p. 233.

*) *Institutions des sourds et muets.* Paris 1776.

1) *Lettre sur l'institution des sourds et muets.* Paris 1777. v. *Journ. de méd.* T. 49. p. 472.

2) *Ueber Taubstumme, ihren Unterricht und die Nothwendigkeit sie sprechen zu lernen (lehren) in der Deutschen Monatsschrift.* Nov. 1799. p. 253.

ESCHKE ⁴⁾, HEINECKE ⁵⁾, LE BOUVIER DESMORTIERS ⁶⁾, HASSENKAMP ⁷⁾, RAPHEL ⁸⁾, WOLK ⁹⁾, ASSAROTTI ¹⁰⁾, AHLEMANN ¹¹⁾, TABIET ¹²⁾. Non minus debetur institutoribus, qui, licet per scripta non inclaruerint, attamen in surdo-mutis instruendis toti fuere ¹³⁾. Nec *Principibus*, quorum

3) De loquela mutis et auditu surdis reddito in Misc. Nat. Cur. Dec. I. An. I. Obs. 35.

4) l. c.

5) *Beobacht. üb. Stumme u. d. menschl. Sprache. I. Th.* p. 104.

6) *Mémoires sur les sourds et muets de naissance et de donner la parole et l'ouïe à ceux qui en sont susceptibles.* Paris un. VIII.

7) *Ueber den Unterricht, welcher drey Taubstummen erteilt worden ist.* Offenbach 1800.

8) *Ueb. d. Kunst, Taubstumme red. zu lernen.* Leipz. 1801.

9) *Anweisung, wie Kinder u. Stumme ohne Zeitverlust u. uuf nuturgemäße Weise zum Verstehen u. Sprechen, zum Lesen u. Schreib. zu bring. sind.* Leipz. 1804.

10) *Esperimento degli sordi e muti!* Geneva 1804.

11) *Beschr. d. Taubstummen-Instituts in Berlin.* 1804.

12) *Mém. sur l'institution des sourds muets.* Paris 1821.

13) v. Op meum *Reise nach Paris, Lond. u. e. groß. Theil d. ubr. Englands u. Schottlands, in Bezieh. auf Spitäler, Versorgungshäuser, übrige Armen-Institute, medicin. Lehranstalten.* Wien 1804. Th. I. p. 66. De institutore surdo-mutorum nomine FR. SUPP mentionem injicit *Hanauer Zeitung.* 1738 d. 9. Jan. De quodam ERNAULTIO legi in TOUSSAINT Obs. de Phys. 1757. Sept. De alio vero nomine IOACH. PASCH, contemporaneo Mart. Lutheri, loquitur PRINGSTEN in suo

rum munificentia instituta pro surdo-mutis stabilita sunt, debitum grati animi tributum recusandum est ¹⁴⁾. — Methodus surdo-mutos instruendi triplex, per *mimesin* scilicet, *graphen* et *glossam*. De illarum reciproca praestantia multum disceptatum est. *Mimesis* sane maxime naturae consona est. Stabilito enim determinatoque pro omni objecto peculiari gestu, surdo-mutus idioma veluti universale ¹⁵⁾ acquirit. Socii surdo-muti et alii, qui cum illis conversantur, levi opera illud addiscunt ¹⁶⁾. Quodsi praeterea *alphabetum digitorum* accedat illudque cum *graphie* jungatur, ad notiones etiam metaphysicas acquirendas via patet. Immo, surdo-mutorum attentio, utpote quae a sonis minime divertitur,

sensus

opere, cujus versio exstat in Журналъ ИМПЕРАТОРСКАГО ЧЕЛОВѢКОЛЮБИВАГО ОБЩЕСТВА 1821. N. IX. С. Петербургъ. Cfr. Корр Jahrbüch. d. Staatsarzneyk. I. Jahrg. p. 354. et COLLAND üb. d. Ursprung d. Universität Wien. p. 376.

14) Sic Rossia primum Institutum pro surdo-mutis *MARIAE FEDOROVNAE* Summi Rossiae Imperatoris genitrici debet. — Antiquissimus protector surdi et muti fuit imperator JULIANUS, v. AMMIAN. MARCELLIN, übersetzt v. WAGNER. 24. B. 4 Kap.

15) Putarem, quodsi idioma gesticulatum, idque eleganter, communi sensu stabiliretur, choreae theatrales (*Ballet*) emolumentum inde haberent.

16) Perbelle de hoc disserit auctor operis *Lettres sur les sourds et muets*. Amstelod. 1772. editi.

sensus reliqui saepe acutiores et methodus analytica, quâ edoceri debent, illorum instructionem adjuvant. Excellere imprimis solent in grammatica, et in arte, quae tradit exitus in versibus componendis similitudinem spectare *). Quae singula eo minori studio obtinentur si et *glossa* in auxilium ducetur. „Litterae enim et verba solum gestuose cum ideis juncta, saepe pro surdomutis vana sunt signa 17).“ Contra si surdomuti ad verba pronuncianda adigantur, excitato sic motu tracheae, linguae, palati, dentium etc., concussio, veluti per tactum internum orta, in formandis ideis, illos adjuvat. Modus surdomutos ad verba articulanda adigendi, sequens est. Componat institutor manu sua vocis instrumenta tyronis, ut requiritur ad litteram e. gr. *A* pronunciandam jubeatque, ut sonum edat, toties repetendum, quoties requiritur, ut pronunciatio litterae *A* sit distincta. Migret sic a vocalibus incipiendo sensim sensimque per totum alphabetum. Doctrina, quae modum, instrumenta vocis pro unaquaque littera componendi, indicat, in opere classico KEMPELE 18) nec non in operibus indicatis de surdomutorum institutione reperitur. Singulas litteras, quas tyro recte pronunciare didicit,

*) ESCHKE über den Hrang der Taubstummen zum Reimen, v. Eunomia. Berlin 1805.

17) ESCHKE l. c.

18) Vom Mechanism. d. menschl. Sprache. Wien.

dicit, delineet et delineare ab ipso jubeat institutor, ut ideam delineatae litterae, cum idea motus organorum ipsam comitantis, connectere discat; imo objectum delineatum coloribus expressum, vel praesens ipsi ostendatur, cum fieri potest. Porro attente, dum indicata profert verba, observet discipulus praeceptoris labia, dentes, linguam, palatum¹⁹⁾, non solum ut motus harum partium imitari discat, sed ut ex iis motibus ab aliis peractis, quae verba proferuntur, intelligat. Sic enim surdo-muto, cum quocunque homine, qui suum loquitur idioma, in loco saltem lucido, conversari licet. Quam longa autem et taediosa haec via sit, sponte elucet; nec facile quis expertus a singulari institutore ut cohortem surdo-mutorum in glossâ instruat, expectet. Neque expectet sermonem surdo-muti unquam fore melodum. Est enim ille constanter monotonus²⁰⁾ et plus minus gutturalis. Hoc autem non impedit, quo minus sermo tam ingratus auditui, loquenti sit admodum salutaris. Surdo-mutus enim *beneficia*

19) Praeter haec AMMANNUS (l. c. p. 81.) jubebat etiam digitis discipulum tremorem laryngis percipere, dum ipse loquebatur, et eum tremorem in proprio guttore imitari.

20) „Muti ex nativitate disserere non possunt, sed unam tantum vocem sonant, etsi quis spiritum efflans sermonem proferre conetur.“ HIPPOCRATES L. de carnibus.

ficia loquelaes cum audientibus communia agnoscit.

6. Sunt autem hujusmodi beneficia respectu ^{Loquelaes} sanitatis admodum conspicua ^{beneficia.} 21). Exercitio enim vocis, sermocinando, declamando, alte legendo, cantando, dummodo debitos inter limites 22), corroborantur pulmones 23), ventriculus 24), exhilaraturque animus 25).

§. VII.

21) ALBERTI diss. de loquelaes usu med. Hal. 1737.

22) „Acutae voces capitis distensiones, temporum palpitationes, cerebri pulsationes, aurium tinnitus efficiunt.“ ARETAEUS de cur. morb. diurn. L. I. c. 3.

23) Cum Celebr. GALL officio medici ordinarii instituti surdo-mutorum Vindobonens. fungeretur, videbatur illi, quod ab eo tempore, a quo tyrones in arte loquendi exercitabantur, morbi pulmonis rarius quam ante obvenerint. (CASTBERG *Bemerk. üb. die Krankh. d. Taubstumm. v. Leipz. Lit. Zeit.* 1816. N. 298. *Intelligenzbl.*).

24) Ait AETIUS: „VOX egregie convenit stomacho laborantibus et acidum eructantibus.“ Et BAGLIVIVS: „Podagrici si aliter exerceri non possint, exerceantur voce, vel libros alta voce legendo, vel cum amicis colloquendo, vel canendo. Assidua nempe lectio et cantus recensentur a PLUTARCHO inter genera exercitii.“ (L. I. C. 9. T. I. p. 160).

25) Quanta voluptas in sermone inveniatur, garritorum docent exempla. Ast serio, — dicant concionatores, causidici, professores, aliique sermoni publico adsueta, num diebus ab officio liberis, nisi id exercitio alterius generis suppleant, non languescant? Novi plurimos, qui dum officio oratoris valedicunt, aliter

§. VII.

D e M o g i l a l i a .

Definitio. 1. Difficultas aut impotentia quasdam litteras, aut syllabas, recte pronunciandi, *Mogilalia* ²⁶⁾ dicitur.

Literatura. 2. *Mogilalia* medicorum, institutorum, et oratorum attentionem ad se traxit, ut opera testantur: RIEDLINI ²⁷⁾, LAVAUSI ²⁸⁾, WEILERI ²⁹⁾, FRIEDLÄNDERI ³⁰⁾ aliorumque ³¹⁾.

Divisio. 3. *Tres* *mogilaliae* sufficiat ³²⁾ stabilire species, scilicet: *Mogilaliam ischnophoniam*, *M. traulismum* et *M. psellismum*.

4. *Mo-*

vivere nequeunt, nisi quotidie per unam alteramve horam alta voce legant.

26) §. III. N. 7. (36).

27) Diss. loquelae symptomata. Argent. 1652.

28) *Traité de la mauvaise articulat. de la parole.* 1697.

29) Diss. de eloquio ejusque vitiis. Erlang. 1792.

30) *De l'éducation phys. de l'homme.* Paris 1815.

31) I. N. SHERIDAN et R. I. LOEBEL *üb. d. Deklamation.* Leipz. 1743. *Chironomia or treatise on rhetorical delivery, comprehend. many precepts, both ancient and modern, for the propre regulat. of the voice.* Lond. 18.

32) Octo species *mogilaliae* stabilivit SAUVAGES (l. c.) totidemque retinuit SWEDIAUER (l. c.). Praetermissi illarum quinque propterea quod ad paraphoniam pertinent; e. c. psellismus gutturalis, nasalis etc. Si enim vox gutturalis aut nasalis sit, litterae, quae gutturales aut nasales dicuntur, peccare quoque debent.

4. *Mogilalia ischnophonia* ³³⁾ est loquelae ^{M.ischno-} vitium, quo verba aut syllabae initiales, veluti ^{phonia.} prius inhibitae, per repetita solum et celerrime sibi succedentia conamina tandem proferuntur. Doctrinam specialem istiusmodi loquelae vitii BERGEN ³⁴⁾ et VOISIN ³⁵⁾ tradiderunt. Maxime haesitatio in litteris gutturalibus ut *K. G.* pronunciandis urget, quas litteras et bambaliones proferre possint, singultiunt, faciem, caput columque, variis modis loquendi desiderium indicantibus, veluti suffocaturi, contorquent, donec tandem optati verbi partum, subsequente satisfactione, quod indicat suspirium, absolvant *). „Videtur aër in illis litteris proferendis explodi et ad os mitti, cum a velo palatino, uvula et basi

33) a GR. Ἰσχνω reprimo, et φωνή vox. LAT. haesitatio, linguae haesitantia, batarismus, balbuties. GALL. *Bégaiement*. GERM. *Stottern, Stammeln*. ITAL. *Tartagliare, balbettare*. ROSS. закивание, лепешание, гугнивосць. POL. *iakanie, iaqliwoś'c', zaiękliwoś'c'*.

34) Diss. de balbutientibus. Francf. 1756.

35) *Du bégaiement, ses causes, ses différens degrés, influence des passions, des sexes, des ages etc. sur ce vice de prononciation; moyens thérapeutiques etc.* Paris 1821.

*) Miseriis aliorum irridere sane malum, — at interdum risum coram balbis tenere vix possibile. Scena Italica meo adhuc tempore, peculiarem actorem partes bambalionum (*il tartaglia*) in comoediis cum larvis (*le maschere*) ludentem possidebat.

basi linguae paululum fuit cohibitus ³⁶⁾.“ Balbuties, majori in gradu post somnum, sub temperiei mutatione et coelo frigido ³⁷⁾, obvenire solet ³⁸⁾. Mares prae foeminis illi subijci ³⁹⁾ non observavimus. Ad causas balbutiei spectant: mala educatio, prava consuetudo, violentiae cerebro illatae ⁴⁰⁾, praegressae affectiones cerebri in infantia, ingruens apoplexia, ebrietas ⁴¹⁾, timor

36) SAUVAGESIUS l. c.

37) MERCURIALIS l. c. p. 254. „Sic regio frigida potest populos impedire quominus recte loquantur; qua etiam ratione fit ut in quibusdam locis veluti haereditaria quadam affectione in hominibus locutio vitietur.“ Idem ARISTOTELES II. problematum sect. et 2. de part. anim. 17.

38) VOISIN l. c.

39) VOISIN l. c.

40) Sic balbutiei ex lapsu in caput habetur exemplum in Eph. N. Cur. Dec. I. A. II. Obs. 120. Adam proprium. Monachus Vilmens. Ord. St. Francisci, vir mediae aetatis, secunda valetudine semper gavisus a. 1814. super mensam saltando, verticem contra clavem trabalem superiori cubiculi parieti (laqueari) affixum, summa vi allidit. Vulnus sic inflictum, relicta parva in ipsa sutura coronali fovea, ac pertinaci cephalaea, sanatum est. A. 1816. invalescente capitis dolore aeger saepius voce haesitare incipit. Fluente sermone aeger inopinata ad verbum aliquod pervenit, quod irritis quibuscunque conaminibus, nisi phrasin denuo inceptam inmutet, pronunciare nequit.

41) ARISTOTELES 3. sect. problematum. GALENUS 6. Aphor. 32. Et quotidiana experientia.

mor et ira 42), profundae cogitationes, nimiae vigiliae, desiderata venus 43) et menstruatio imminens 44). Sunt denique homines, quorum vox tunc solum haesitat, dum extraneo idiomate 45), aut coram testibus, aut oscitanter 46) loquuntur. *Causa proxima* balbutiei potissimum ex impedito imperio cerebri in nervos instrumentorum vocis, derivatur 47). Verum nec vitia mechanica istiusmodi instrumentorum, inprimis ossis hyoidei 48), plane excludenda sunt. Balbuties progrediente aetate imminui solet, ac interdum plane cessat.

42) MERCURIALIS l. c. „Multos videre licet, qui dum prae ira nimis excandescunt, interdum non solum balbutiunt, verum etiam mutire coguntur.“

43) MERCURIALIS l. c.

44) Matrona Viluensis Z—A, toties loquendo haesitat, quoties catamenia imminuent.

45) Professor aliquis Polonus suo idiomate fluenter loquitur, quo primum vero notissima quoque ei lingua gallica loqui initiatur, statim balbutit.

46) Foemina nobilitate aequae ac formositate inter nos celebris, at linguâ haesitans, mihi quondam desiderium primam partem in Tragoedia, quae a Societate cultorum artis theatrialis pro emolumento Societatis beneficentiae Vilnens. agebatur, ludendi manifestaverat. Vitii loquelae memor, ipse respondendo haesitavi. Intelligo, ait, times balbutiem meam, sed sine ratione, nam coram publico ea me neuiquam angit. Ac re quidem vera nec semel spectaculi tempore illi haesitare contigit.

47) VOISIN l. c.

48) HAHN l. c.

cessat. Generatim tamen, si illa inveterata fuerit, vitium sistit incurabile. Cura causis accommodanda. Opus est imprimis, ut institutor (in arte surdo-mutos instruendi versatus) difficultatem, quam balbus in litteris gutturalibus, aut determinatis syllabis pronunciandis experitur, repetitis conaminibus modo blandiendo, modo verberando *) vincere satagat 49). Multos juvat cantare 50), aut DEMOSTHENIS sequi exemplum 51).

M. traulis-
lismus.

5. *Allogalia traulismus* 52), de qua graphice FOURNIER 53), quem sequimur, disseruit, in depravata pronuntiatione litterae R, debito vigore destituta, haud satis sonora, nimisque in longum protracta, consistit. Littera enim R tunc solum rite pronuntiat, dum maxillae appropinquantur, dentes incisivi sese fere tangunt, lingua oblongata est lateribusque suis, intra oris cavi-

*) RIEDLIŃ *Lin. med. An. 1695. p. 344.*

49) Jam in *Eph. N. Cur. Dec. I. An. I. Obs. XXXV. p. 119.* exemplum adducitur per hunc modum curati pueri.

50) TISSOT *Gymnast. méd. p. 307. VOISIN l. c.*

51) Dedit decem millia drachmarum Neoptolemo Histriani, qui illum docuit, versus plures uno spiritu proferre; scilicet ut injectis in os calculis, ascendens et currens versus continuo proferret (PLUTARCHUS in lib. de decem orat.).

52) a GR. Τραυλισμός, Τραύλωσις. Psellismus Rottacismus SAUVAGESII. GALL. *Grassement; parler gras.*

53) *Dictionnaire des sc. méd. T. XIX. p. 310.*

cavitatem dentes molares, apicis vero elevati parte superiore, palatum, inferiore autem, dentes incisivos superiores attingit. Sic aëris columna vi e faucibus propulsa, linguae extremitatem, utpote sese exitui aëris ex oris cavo oppositam, vibrat. Quo fortior haec vibratio, eo clarior sonus litterae *R*. Quodsi vero apex linguae versus basin maxillae inferioris reprimatur, lingua immobilis fit, ac vibratio aëris illam inter et palati fornicem contingit, aërque per fossas nasales effugere tentat, littera *R*. per sonum multiplicem efformata, debito vigore destituitur, comitaturque murmure protracto, a quo et reliquarum litterarum perceptio quodammodo impeditur. En *primam* traulismi *speciem*, quae in minori gradu multis adeo placet ut consulto vitium imitentur. Si vero hoc vitium ita urgeat, ut nullus plane aër ex ore exeat, id valde ingratum evadit, cum littera *R* tunc sonum *gue* induat, e. c. *amogue* (amor), *guaguo* (raro), *Figaguo* (Figaro). *Secunda* traulismi *species* ea est, ubi nec lingua, nec oris cavum, nec dentes ad litterae *R* articulationem concurrunt, sed totum hocce opus a labiis absolvitur. Auditur tunc littera *R* instar *V*, quo fit, ut vocabulum murmur pronuncietur *muvmuv*, rubor, *vubo v*. *Tertia species* ex defectu energiae linguae pullulat, quae scilicet columnae aëris, ex faucibus protrusae, debitam resistantiam denegans, extra dentium confinia propulsa, labium superius at-

tingit. Hac sub rerum conditione litterae *R* littera una auxiliaris, vocabulo extranea, veluti fulcrum additur e. c. *zratio* (ratio), *tedres* (tres), *materze* (mater). Summa vero linguae inertia sonum litterae *R* omnino suppressit e. c. *hetorica* (rhetorica), *Bodeaux* (Bordeaux). Generatim littera *R* pronunciatu difficillima est, unde infantes illi libenter litteram *L* substituunt. Perstante hocce vitio (exemplo *Alcibiadis*) et provectori in aetate, illud jam non spectat ad traulismum, qui, ut monuimus, in pronunciatione depravata litterae *R* (quae hîc plane non pronunciat) consistit. Caussae, traulismo, variis nationibus plus minusve familiari *), ansam prae-

*) Nescio, quo pacto cl. FOURNIER (l. c. p. 316) asserere potuerit: „*Parmi les nations modernes il en est plusieurs, chez les quelles le grasseyement est sans exemple: telles sont en Europe celles d'Italie et d'Espagne;*“ — haud pauci enim Itali vitio, de quo agitur, detenti mihi obvenerunt. Nec mala instrumentorum vocis structura semper accusari potuerat, cum nonnulli cantando litteram *R* rite pronunciaverint. A veritate quoque alienum est, ubi ait: „*Si nous examinons maintenant quelles sont les langues où le grasseyement est habituel nous verrons que se sont celles qui ont des consonnes multipliées et redoublées;*“ — nam vix idioma invenitur ita consonantibus abundans ut Polonicum, et tamen Poloni rarissime traulismo laborant. Facile id intelligitur, nam qui idiomate Polonico loquitur, longe majores difficultates quam pronunciationem litterae *R*. vincere debet. Difficultas

praebentes, sunt *imitatio* ⁵⁴), *consuetudo* ⁵⁵) et *vitia instrumentorum loquellae interdum haereditaria* ⁵⁶). Spectant huc brevitās, crassitudo linguae, inprimis illius apicis ⁵⁷); lingua nimis adstricta frenulo arctiori ⁵⁸), flaccida ⁵⁹); debilitas

E 2 lin-

haec proprii idiomatis efficit, ut Poloni sine magna difficultate aliena idiomata loqui addiscant. Et si quis illorum hic peccet, id plerumque ob *niniam* energiam, quā *R.* pronunciat (e. c. *mon cherr*), contingit.

54) Marsiliae, Lutetiae Parisiorum, traulismi species prima, minori in gradu, popularis est. Item testante STORCH (*Kinderkrankh.* 3. B. p. 338.) in pagis Ruhl et Steinbach prope Eisenach (num ad nostrum usque aevum?).

55) Ex. gr. si parentes suos infantes litteram *R.* male pronunciantes, non corrigant; immo illis applaudant, vel vitium per jocos imitentur.

56) Postet quidem hic imitatio accusari, at vero STORCH (l. c. p. 337.) exempla refert, ubi infantes, qui, quamvis proprios parentes vitiis loquellae affectos nunquam loqui audiverant, tamen iisdem plane vitiis laborarunt.

57) Sane tanta iu linguarum structura varietas (a medico inprimis tot linguas quotidie inspiciente) animadvertitur ut varia inde loquendi ratio, facile repeti possit. Lingua e physiognomiae studio non excludenda foret.

58) AMMANN l. c. p. 113. BROUZET *éducat. des enfans.* T. II. p. 112.

59) AMMANN l. c. p. 112.

linguae et stiloglossi musculi ⁶⁰⁾, meatus in palato et juxta dentes ampliores ⁶¹⁾, uvula deficiens ⁶²⁾, palatum male formatum ⁶³⁾, velum pendulum fissum ⁶⁴⁾. Traulismus ex istis vitiis pullulans, difficulter si unquam corrigitur, secus autem, si imitationis et consuetudinis fuerit effectus, sique cura mature incipiatur, et pueri sint dociles. Tota cura in eo consistit, ut littera *R* cum studio pronuncietur, vocis instrumentis prius debito modo compositis, unde semper ad speciem traulismi respiciendum. Juvat ab initio studii litteram *R*, etiamsi simplex obveniat, ac si duplex esset pronunciare. Suadent alii ⁶⁵⁾ litterae *R*, *T*, *D*., utpote ad pronunciationem *R*. viam sternentes, substituere.

M. psellismus.

6. *Mogilalia Psellismus* ⁶⁶⁾ vitium nuncupatur, quo consonantes ex duris in molles vertuntur, ut *S*. pro *G*., *C*. pro *T*., *D*. pro *H*., *L*. pro

60) HALLER Elem. Phys. T. III. Lib. IX. Sect. IV. p. 472.

61) SANCTORIUS meth. vitandi error. p. 184.

62) Eph. N. Cur. Dec. I. An. 3. p. 490.

63) HOLDER l. c. p. 76.

64) *Journal der Chirurgie und Augenheilk.*, herausg. v. WALTHER et GRAEFE. 1. B. 1. St. 1820.

65) Celeberrimus tragoedus Gallicus TALMA (v. FOURNIER l. c. p. 348.).

66) A GR. Ψέλλισμός. LAT. Blacitas. GALL. *Parler blés*.

pro *R.* 67). Quae vitia nisi emendari queant, vocabula, litteras contaminatas continentia, evitanda sunt 68).

7. Descriptis loquelae vitis et alia addi Monitum.
possent: e. c. si littera *F* et *J.* male exprimitur; — si littera *S* sine sibilo, sed obtusa, linguâ inter dentes positâ, pronunciatur 69); — si ultima syllaba vocabuli, periodo finem imponentis, repetitur 70); si extranea vocabula sermoni intercalantur 71) etc. At vero jam ad res majoris momenti properandum est 72).

CAPUT

67) Pællismus Lambdacismus SAUVAGESII.

68) Narrat STORCH (l. c.) de Episcopo, lambdacismo laborante, qui, dum publice in aula Imperatoria Viadobonensi loqui debuisset, sermonem ita disposuit, ut nullum verbum littera *R.* insignitum in usum ducere debuerit. Oratio sic composita habetur in CHRISTIAN WEIS *polit. Redner.*

69) Stricte loquendo *blacsitas.*

70) Sic matrona Petropolitana ajebat „*mon mari gagte beaucoup à être connu nu.*“

71) Discipulum habui, qui vocabula *hedera, federa* intercalabat, e. c. dum in instituto clin. de acgris illi commissis rationem reddendo, ajebat: aegrotus noctu quievit, *hedera*, alvum bis posuit, *federa.*

72) De vitiis vocis loqui non desinam, quin verbum de *Ventriloquis* addam. *Ventriloqui* (ἐγγαστριμοῦσοι) homines dicuntur, peculiarem vocis modulandae artem (engastrimythismus) adepti, qui non solum varios sonos et singulares aliorum voces exacte imitentur, ita ut plures interlocutores sexus aetatisque variae inductos esse existimes; sed etiam circa locum soni generati

adeo decipiant, ut plerumque altera vox e conclave vicino; altera e vico, alia e culmine tecti aliaque e puteo profundo exire videatur. Cum singulares hae vocis varietates atque modi inter manifestum nitum et epigasirii quendam turgorem producantur; partem aëris e pulmonibus exspirati in ventriculum delatam, perque tubi alimentaris anfractus resonantem, sonos illos diversos efficere, antiquitus creditum erat. Qua opinione merito rejecta, vocem hoc in casu aëre per inspirationem retrogrado formari, statuerunt RHODIGINUS et ADRIANUS TOURNEBOENT (apud FOESIUM in *Oeconomia Hipp.*) F. U. V. HELMONT (Alphab. nat. p. 22.) SUIDAS (*Breslauer Samml.* 1724. p. 667.) M. MART. CAMELLO (*Phil. Trans.* N. 307). Cui quidem sententiae HALLERUS (*Elem. Physiol.* T. III. L. IX. Sect. III. §. I. p. 434.), C. SPRENGEL (*Instit. Phys.* Amst. 1809. T. I. L. I. C. V. p. 504.) et M. LENHOSSÉK (*Physiol. medicinal.* Pestini 1818. Vol. IV. p. 74.) adstipulantur. At vero, licet quivis homo sub inspiratione sonum quendam edere potest, vox tamen ita formata, rauca, inaequalis, debilis, aspera et moderatu difficillima, teste MAGENDIO (*Précis élément. de Physiol.* Paris 1816. T. I. p. 233. 234.), a ventriloquorum arte atque fallacia penitus differt. Explicatio hujus phaenomeni a RICHERANDO V. Cl. (*Nouv. élém. de Physiol.* Paris 1817. T. II. p. 386. 389.), qui multos ventriloquos inspexerat, proposita, proxime ad verum accedere videtur. Totum nempe artificium contineri expiratione lentissima, in longum protracta ac multimodis gradu et tempore modificata inflexaque, ob motum musculorum expiratoriorum valde retardatum et epiglottidem, linguae quidquam retractae basi, depressam. Partem quoque aëris exspirati faucibus validius constrictis aliquando reservari, atque hanc, lingua, dentibus buccaeque alteri depressa, jam

tardius jam celerius, flumineque mox ampliore, mox tenuiore, non sine manifesto conatu, pedetentim expelli. Singulas autem tali artificio moderatas expirationes praecedere validam profundamque aspirationem, qua ingeus aëris moles pulmonibus attrahatur, unde etiam descensu diaphragmatis per ventriculum cibus oppletum difficiliori facta, *engastrimythismum* sic dictum multum impediri. Quae quidem expositio et HALLERO (in *Bibl. anat.* T. II. p. 693.) ita expressa est. Robur in musculis faucium haec ars requirit, quo *engastrimythus* cas claudat et vocem edat aëre reservato in posteriore parte oris et propriis *ἐγγαστριμύθων* quorundam (*Le ventriloque ou l'Engastrimythe par L'ABBÉ DE LA CHAPELLE. Paris 1772. II. Vol.*) testimoniis confirmatur. Neque tamen contemnenda est acuta MAGENDII (l. c. p. 235. 36.) conjectura, artem hanc, sola exercitatione nisus imitativi in musculis organa vocis regentibus, acquiri posse; quam sonus consueta caeterum ratione formetur, nullaeque voces immotis labiis efferantur, nisi consonis labialibus caentes. Denique si opinio GEOFFROYI ST. HILAIRE (in OKEN'S *Isis* 1819. IV. Heft S. 548. 49.) fibras musculares in bifurcatione tracheae humanae magis congestas, glottidem quasi secundariam constituere, ulterioribus anatomicorum experimentis comprobaretur; fortasse validius harum fibrarum in ventriloquis exercitium ad producendos nonnullos profundiores saltem sonos vocisque varietates quidquam conferre possit.

CAPUT III.

D e C r o u p .

§. VIII.

Definitio. Nominis ratio. Historia et Literatura.

Definitio. 1. **N**omine *croup* morbum designamus, plerumque infantum, symptomatibus catarrhalibus ingruentem, dyspnoea, voce rauca, tussi clangosa, haud raro per intervalla redeuntibus, insignitum, ex statu inflammatorio laryngis vel tracheae, cum proclivitate ad exsudationem materiae coagulabilis, emergentem, praecipitique suffocationis periculo stipatum.

Nominis ratio. 2. Vox *croup* potius a voce plebeja Scotica *roup*⁷³⁾, quam a vocabulo Gallico *roupie*⁷⁴⁾, deri-

73) CHEYNE *Essays on the diseases of Children with cases and dissects. Vol. I. p. 14.* Asserente autem COOKE (*Malad. des enfans. Iverdun 1770.*) vocabulum *croup* Scotie usitatum est ad designandam pelliculam albam oriundam in apice linguae gallinarum, morbo *pips* laborantium.

74) Quamvis *croup* symptomatibus catarrhalibus stipetur, nihilominus stillicidium sanguinis e naribus (Gallice *roupie*) scenam adeo parvam hoc in laryngis morbo ludit, ut ille a nasali ejusmodi symptomate nomen

derivanda videtur. Rude illud vocabulum, utpote vulgatissimum nullique ideae erroneae alligatum, omni alii exculto atque hypotheses redolenti, praeennte viro claro⁷⁵⁾, praeferimus. Nomina enim *anginae* aut *tracheitidis infantum*, solum *aetatem*, cui morbus quidem praecipue infensus, at vero non exclusive proprius est⁷⁶⁾, designant; — illa *cynanches stridulae*, *anginae strepitosae*, tantum *conditionem vocis* et *tussis* quoad sonum indicant; — illa *asthmatis infantum*, *orthopnoeae membranaceae*, nil nisi *respirationis statum* patefaciunt; — illa *cynanches stridulae*, *anginae trachealis*, *laryngitidis* et *tracheitidis*, *loca* solum, quae pro re nata a statu inflammatorio adfici solent⁷⁷⁾, determinant; — illa-

depromere potuerit. Ait Cl. HAASE op. citando p. LXXIII. „*Le mot croup ou roup prononcé à pleine bouche rend ce son (de la toux) en quelque manière, et cela doit être la raison pour laquelle on a donné ce nom à la maladie.*“

75) ROYER-COLLARD in *Dictionnaire des sciences médicales*. T. VII. p. 413.

76) Cfr. §. XI. N. 1.

77) Ait quidem ALBERS, autoritate SÖMMERRINGII fretus, nomine *tracheae* totum canalem aëreum (*Luftröhre*) hinc et laryngem et bronchia, designari posse, verum tamen quid inde? nomine tubi alimentarii etiam canalem ab oesophago ortum et per intestinum rectum terminatum designare possum, quod vero nequaquam impedit, quominus oesophagitidem a gastritide hancque ab enteritide distinguere debeamus.

illaque *anginae suffocatoriae, suffocativae, strangulatoriae, morbi strangulatorii suffocativi, morbi truculenti infantum*, dumtaxat a *periculo* desumuntur. Nec vocabulis magis congruis linguae viventes gloriari possunt ⁷⁸).

Historia
et litera-
tura.

3. Notio *croup* inaniter apud veteres quaeritur ⁷⁹). Prima illius vestigia in BALLONII operibus occurrunt ⁸⁰). Alia vestigia libri FABRICII

HIL-

78) GERM. *Häutige Bräune. Pfeifende Bräune. Hühnerhusten. Hühnerwehe. Schaafhusten. Fell auf der Brust.* ANGL. *The rising of the lights. Chok. Stuffing. The bladder in the sore throat. The Hives.* SUEC. *Strypsinscka.* HUNG. *Hártyás Torokgyéz* vel *Levegőtsöpip* vel uno verbo *Píp*.

79) Ambigua saltem sunt loca, quae *croup* applicantur ex HIPPOCRATE (Progn. C. XV. vide HIPP. op. genuina: recens. et praefat. est ALBERTUS HALLER T. I. p. 188. — Coacae praenot. C. XIV. ib. T. II. p. 173. — Aph. 35. Sect. 4. Cfr. GORTER Med. Hippocratica p. 307.), ex GALENO (Method. med. L. V. C. 12. de loc. aff. L. I. Cfr. VAIDY in *Journ. gén. de méd.* 1814. Nov.), ex CAEL. AURELIANO (morb. chron. L. III. C. I.), ex ARETAEO (de caus. et sign. acut. morb. L. I. C. VII. de Angina), ex PAULO AEGINETTA (L. III. C. XXVII. de re medica), ex AËTIO (Tetrab. II. Sermo IV. de angina et ejus speciebus) l. c.

80) GUIL. BALLONII op. med. T. I. Epid. L. II. Const. hyem. 1576 (Ubi epidemiam tussis convulsivae, quae a. 1570 Parisiis grassata est, vir summus propriè BAILLOU describit). Cfr. *Mém. de la soc. R. de méd.* T. 7. p. 8. de *l'hist. et les essais de méd.* p. WATON et GUERIN. T. I. p. 218.

HILDANI⁸¹), MARCI AURELII SEVERINI⁸²), ETTMÜLLERI⁸³) et BOERHAAVII⁸⁴) continent. Absolutam vero croup descriptionem MARTINO GHISI⁸⁵) debemus. Accessere STARR⁸⁶), BERGEN⁸⁷), CLOSSY⁸⁸), WILCKE⁸⁹). Facta sparsa collegit ac propriis

81) In operibus, quae exstant, omnibus. Obs. Chir. Cent. III. Obs. 10. Francf. ad Moen. 1646.

82) Paedanphone de pestil. ac praefoc. puerorū abscessu (describit quidem epidemiam cynanches gangraenosae, quae a. 1618. Neapoli grassata est, sed simul historiam croup enarrat).

83) Operum medicorum theoretico-practicorum. T. II. Francf. 1697. p. 273.

84) Aphorismorum de cognoscendis et curandis morbis. §. 801. Venetiis 1723.

85) *Lettere mediche; la prima delle quali tratta di vari mali curati col mercur. crudo, e la seconda contiene l'istor. delle angine epidem. degli anni 1747. 1748. p. 9.* (Coram me exemplar hujus operis habeo, quod ipse autor patri meo donaverat, addita epistola die 23. Novembr. 1792. scripta. Ex utrisque magna auctoris modestia prodit. Cum nempe senex audivisset patrem meum illius opusculum, utpote primam croup descriptionem continens, magni facere; scribit: „e che posso io dire se non ringraziarla di tanta sua bontà propria degli uomini grandi che sanno compatire anche i deboli.)

86) *Philosoph. Transact. N. 495. Art. 6.* (Describitur epidemia anglicana a. 1748. 1749.)

87) De morbo truculento infantum hoc anno hic Francofurti grassante. Nova acta N. Cur. 1761. T. II. p. 157.

88) *Obs. on some diseases of the hum. body. Lond. 1765.*

priis observationibus locupletavit HOME ⁹⁰), primae de croup monographiae auctor. Secuti sunt WAHLBOM ⁹¹), HALENIUS ⁹²), MILLAR ⁹³), MURRAY ⁹⁴), SCHERWIN ⁹⁵), BLOOM ⁹⁶), ENGSTROEM ⁹⁷), RUSH ⁹⁸), CRAWFORD ⁹⁹), BAECK et SALOMON ¹⁰⁰)

MEAS.

- 89) Praeside AURIVILLIO Diss. de angina infantum in patria recentioribus annis observata. Upsal. 1764. v. SANDIFORT. Thesaur. dissert. T. II. p. 352.
- 90) *An inquiry into the nature, cause and cure of the croup.* Edinb. 1765. Uebersetzt von MOHR mit Vorrede u. Anmerk. von ALBERS. Brem. 1809.
- 91) in *Fortshaetting of Provincial Doctorerras Beraettelser.* Stockholm. 1765. p. 181.
- 92) in *Fortshaett. of Beraettelser.* Stockh. 1765. p. 141.
- 93) *On asthma and Hooping cough*, vers. Germ. Lipsiae edita 1769.
- 94) *Abhandlung von einer böartigen Bräune und einer widernatürlichen Haut in der Luftröhre.* Gött. 1769. v. Comm. Soc. Goett. T. IV. p. 55.
- 95) *Von einer gefährl. Verstopfung in d. Luftröhre v. Medic. Commentarien von Edinburg.* 9. B. I. Th. p. 69.
- 96) *Beraettelser till riks. Ständer* 1769.
- 97) *Beraettelser till riksens Ständ.* 1769.
- 98) *On the spasmodic asthma of children.* Lond. 1770. et *Medical inquiries and observations.* 1789. vers. Germ. Lips. edit. 1792. p. 188.
- 99) *Diss. de cynauche stridula.* Edinb. 1771. v. SMELLIE thes. sive disp. in Acad. Edinb. ad rem medicam pertinentium delectus. Edinb. 1783. p. 210.
- 100) *K. Vetensk. Acad. Handl.* 1772. p. 337. et *Abh. d. K. Schwed. Akad. d. Wissensch.* 34. B. p. 328.

MEASE ¹⁾, LENTIN ²⁾, MAHON ³⁾ et CALLISEN ⁴⁾.
 Jam vero croup doctrina iterum classicâ incla-
 ruit monographiâ auctore C. F. MICHAELIS ⁵⁾.
 Idem argumentum prosecuti sunt: BAYLEY ⁶⁾,
 CHAMBON ⁷⁾, VICQ-D'AZYR ⁸⁾, DIXON ⁹⁾, VIEUS-
 SEUX ¹⁰⁾, MONRO ¹¹⁾, LOTICHIUS ¹²⁾, ELSNER ¹³⁾,
 BOR-

- 1) Diss. de angina tracheali. Edinb. 1777. v. WEBSTER
System d. prakt. Arzneyk. I. B. p. 175.
- 2) Beob. d. epidem. u. einig. sporad. Krankh. am Ober-
 harze v. Jahre 1777 bis 1782. Dessau u. Leipz. 1803.
 p. 157.
- 3) Observations sur une maladie analogue à l'angine poly-
 peuse ou croup des enfans v. *Mém. de la Soc. R. de Méd.*
 1777—78. Paris 1780. 2 Vol. p. 206.
- 4) Obs. de concretion polyposa cava, tussi rejecta, in
 primo vol. Actor. Soc. Havn. p. 76. Havn. 1777.
- 5) Diss. de angina polyposa seu membranaca. Goett.
 1778.
- 6) Cases of the angina trachealis with the mode of cure in
 a letter to W. HUNTER. New-York 1781. v. *Samml.*
auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. 7. B. p. 223.
- 7) Observationes clin. curat. morb. peric. et rarior. Pa-
 ris. 1789. L. 4. Et. *Histoire de la Soc. R. de Méd.*
 1782. 83. v. *Abh. f. pr. Aerzte. 15. B. p. 542.*
- 8) *Dict. de méd. de l'Encycl. méthod. article Angine*
polypeuse.
- 9) in *Mem. of a Case of Angina polyposa*, in *Medical Com-*
mentaries for the Year 1783—84. Vol. IX. p. 251.
- 10) *Mém. manuscrit envoyé en 1784. à la Société R. de*
médecine, contenant vingt deux observations et le Journ.
de CORVISART etc. T. XII.
- 11) Diss. de suffocatione stridula. Edinb. 1786.

BORROW ¹⁴), FÜRSTENAU ¹⁵), NOEL ¹⁶), THILENIUS ¹⁷), DISNEY ALEXANDER ¹⁸), FIELD ¹⁹), YELLOLY ²⁰), CHALMERS ²¹), ARCHER ²²), WICKMANN ²³), ALDERSON ²⁴), LANG ²⁵), FISCHER ²⁶), CHAUSSIER ²⁷), LÖFFLER ²⁸), SCHWILGUE ²⁹), PETER

- TER
- 12) *Diss. de angina infantum polyposa.* Leid. 1792.
- 13) *Diss. sistens animadversiones ad anginam polypotam catarrhalem.* Regiom. 1792.
- 14) *Diss. on the cynanche trachealis.* New-York 1793.
v. ALBERS *Annalen.* 2. Heft p. 31.
- 15) *Programma de angina membranacea.* Rinteln 1794.
- 16) *Diss. de angina tracheali.* Edinb. 1794.
- 17) *Med. chir. Bemerkungen.* p. 52. N. Ausgabe. 1809.
- 18) *Treatise on the nature and cure of the cynanche trachealis commonly called the croup.* Lond. 1794.
- 19) *In Memoirs of the medical Society of London, instituted in the Year 1773.* Lond. 1795. T. II.
- 20) *Diss. de cynanche tracheali.* Edinb. 1796.
- 21) *Nachrichten üb. d. Witterung u. Krankh. in Süderrolina a. d. E.* N. Aufl. Stendal 1796. 2. B. p. 97.
- 22) *An inaug. dissert. on cynanche trachealis commonly called the croup.* London 1794.
- 23) *Ideen zur Diagnostik.* Hannover 1797. 2. B.
- 24) *In DUNCAN'S annals of med. for the year 1798.*
- 25) *Diss. de cynanche tracheali.* Edinb. 1799.
- 26) *Versuch einer Anleitung zur med. Armenpraxis.* Göttingen 1799. p. 357.
- 27) *Vide traduction française de la Pyrétiologie de SELLER par M. NAUCHE.* Paris 1800. p. 394. in notis.
- 28) *Aufsätze u. Beobachtungen herausgeg. v. S. G. VOGEL.* Stendal 1800. p. 103.
- 29) *Diss. sur le croup présentée à l'école de médecine de Paris* 1801.

TERMANN ³⁰), CHEYNE ³¹), AUGUSTIN ³²), PINEL ³³),
 MATON ³⁴), MACARTIN ³⁵), GUCK ³⁶), FLORMAN ³⁷),
 ARDOIN ³⁸), BERNARD ³⁹), BONHOMME ⁴⁰), FER-
 RIER ⁴¹), BARD ⁴²), BARKER ⁴³), JEFFREYS ⁴⁴), J.
 A. ALBERS ⁴⁵), DABNEY ⁴⁶), UNSLER ⁴⁷), PI-
 CKEL

- 30) *Reichs-Anzeiger* 1801. N. 116. p. 1591.
 31) Op. cit. et *Pathology of the membrane of the Larynx and bronchia.*
 32) *Journ. d. ausländ. med. Lit.* 1802. 1. St. p. 15.
 33) *La méd. clin. Paris an X.* vers. germ. Auct. KRAUSS. Bayreuth. 1803. p. 204. *Obs. sur une esquincie membran. v. Magazin encycl. an. 7. N. 10. p. 161. Journ. d. ausländ. med. Lit. 1802. 1. St. p. 1. Bulletin de la Soc. philomat. p. 144.*
 34) in *Allgemeinen med. Annalen. Jahrgang 1802. May.*
 35) *Diss. sur la coqueluche et le croup. Paris 1803.*
 36) *Diss. de angina membranacea. Würc. 1803.*
 37) *Samml. Abh. f. pr. Aerzte. 14. B. p. 471.*
 38) *Observations envoyées à la Soc. R. de méd. v. Recueil d'observ. infra cit.*
 39) *Observations envoyées à la Soc. R. de méd. ibid.*
 40) *Essais de méd. p. WATON et GUERIN. T. 2.*
 41) *Medical histories and reflexions. T. 3. p. 133. v. Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte. 19. B. p. 238.*
 42) in RICHTER's *chirurg. Bibl. 5. B. p. 745.*
 43) *Medical Repository. Vol. 6. Art. 3.*
 44) *Diss. de cynanche tracheali. Edinb. 1804.*
 45) *Ueb. e. d. schnellste Hülfe erford. Art v. Husten u. Beschwerden beim Athmen od. üb. d. Croup. Brem. 1804. Ein Wort an Mütter. Leipz. 1804. Ejusd. auctoris circa croup observationes inveniuntur in Amerikan. Annal. d. Arzneykunde etc. 2. II. 1802—10. Journ. du Depart. des bouches du Weser 1812. N. 23. in Salzsb.*

CKEL⁴⁸⁾, RUMSEY⁴⁹⁾, DELIUS⁵⁰⁾, ODWYER⁵¹⁾, NIEMANN⁵²⁾, LAFONTAINE⁵³⁾, MATUSEWICZ⁵⁴⁾, DREY SIG⁵⁵⁾, KOPP⁵⁶⁾, LE ROY⁵⁷⁾, DESESSART⁵⁸⁾, GÖLIS⁵⁹⁾, AUTENRIETH⁶⁰⁾ et KÜHN⁶¹⁾. Circa hoc tempus acciderat, filium LUDOVICI BONAPARTE Regis quondam Batavorum e croup inopinate per-

med. chir. Zeitung. 1812. 2. B. N. 35. in *Journ. de méd. chir. et pharm. p.* SEDILLOT. 1812. *Sept.*

46) *Disp. med. de cynanche tracheali.* Edinb. 1804.

47) *Diss. de angina membranacea* 1804.

48) *Diss. de angina membr.* Würc. 1804.

49) *Trans. of a Society for the improv. of med. and chir. Knowledge.* 1804.

50) *De angina polyposa.* Hal. 1805.

51) *Disp. de cynanche tracheali.* Edinb. 1805.

52) in *Anmerk. zu HEBERDEN'S Commentarien.* Leipzig 1805. p. 440.

53) *Dziennik zdrowia dla wszystkich stanów.* Warszawa 1802. N. 10. p. 228.

54) *Dziennik Wileński.* T. II. p. 196. T. III. p. 280.

55) *Handwörterbuch der med. Klinik.* Erfurt 1806. I. B. p. 183—229.

56) *Topographie von Hanau.* 1807. p. 156.

57) *Du mal de gorge des enfans v. Recueil philos. et litter.* Août 1807. p. 257. 321.

58) *Mém. à la prem. classe de l'inst. nat. dans les séances de 22. Juin et 6. Juil.* 1807. Paris 1807.

59) *Warnung vor der häutig. Bräune für Mütter.* Wien 1807. *Tract. de rite cognosc. et curanda angina membranacea.* Viennae 1813.

60) *Versuch für d. pr. Heilk.* 1. B. 1807. 1 u. 2. Hft.

61) in *MICHAELIS med. Bibl.* p. 105.

periisse, quâ calamitate vehementer percusso pueri defuncti avunculo NAPOLEONE, Franco-Gallorum tunc Imperatore, ipse, arma inter et strages ⁶²⁾, medicos ad conscribendos de croup tractatus, mille aureorum numorum praemio, invitare non est dedignatus. Parisiis simul tribunal expertorum constituit ⁶³⁾; iussti, praemium optimo scriptori de natura et cura croup decernendi. Facultas medica Parisiensis antea observationes, quae exstabant, de croup colligendo ⁶⁴⁾; iudicandis non minus, quam iudicibus, iter stravit. Inter tres et octoginta tractatus pro concursu admissos, duo aequo pacto excellere visi sunt, quamobrem praemium inter illorum auctores L. JURINE ⁶⁵⁾ et J. A. ALBERS ⁶⁶⁾ bipartitum est:

62) Ex tabernaculo militari FINKENSTEIN die quartâ Junii 1807.

63) En socios: DESESSART, PORTAL, HALLÉ, PINUL, THOURET, LEPREUX, CORVISART, CHAUSSIER, LEROUX, DUCHANAY, BELBOY et ROYER - COLLARD (*Journ. de l'Empire, samedi 14. Decemb. 1811*).

64) *Recueil des observations et des faits relatifs au croup; redigé par la Faculté de méd. de Paris, d'après les ordres de S. Exc. le Ministre de l'intérieur pour le concours au prix fondé par S. M. Paris 1808.*

65) *Abhandl. üb. d. Croup, welche den; am viert. Juni 1807 v. d. vormal. Kaiser Napoleon ausgesetzt. Preis getheilt hat. A. d. Franz. Manuscr. übersetzt v. D. PH. HEINEREN. Mit e. Vorrede u. Anmerk. herausgeg. v. D. I. A. ALBERS. Leipz. 1816.*

66) *Commentatio de tracheitide infant. vulgo croup voc.*

est. Honorifica mentio de opusculis G. VIEUSSEUX ⁶⁷⁾, J. M. CAILLOU ⁶⁸⁾ et F. I. DOUBLE ⁶⁹⁾ facta est. Acta tribunalis expertorum publici juris reddidit ROYER-COLLARD ⁷⁰⁾, aliunde de croup bene meritus ⁷¹⁾. Magni quoque opera SACHSE ⁷²⁾, VALENTIN ⁷³⁾ et HAASE ⁷⁴⁾ facimus. Nec silentio praetereundi sunt PORTAL ⁷⁵⁾, HOPFF ⁷⁶⁾,

LA-

cata, cui praemium a quondam Imperat. Napoleone proposit. ex dimid. parte delat. est. Lips. 1816.

67) *Mémoire sur le croup ou angine trachéale qui a obtenu la première mention honorable au concours ouvert par S. M. sur cette maladie. Genève 1812.*

68) *Mém. sur le croup, ouvr. qui a obt. la seconde ment. honorable dans le concours ouv. p. S. M. Bord. 1812.*

69) *Traité du croup, ouvrage qui a obt. une des trois mentions honorables dans le concours ouv. sur cette maladie p. les ordres de S. M. I. et R. Paris 1811.*

70) *Rapport adressé à S. Exc. le ministre de l'intérieur comte de l'Empire sur les ouvrages envoyés au concours sur les croup par la commission chargée de l'examen et du jugement de ces ouvrages. Paris 1812.*

71) v. *Article croup in Dict. des sc. méd. l. c.* Exstat quoque versio: *Abh. üb. d. Croup v. Dr. ROYER-COLLARD. Aus d. Fr. v. Dr. N. MAYER. Mit e. Vorr. u. Anmerk. v. Dr. J. A. ALBERS. Hannov. 1814.*

72) *Das Wissenswürdigste über die häutige Bräune. 1. B. Hannover 1812.*

73) *Recherches hist. et prat. sur le croup. Paris 1812.*

74) *Decouv. sur le croup ou l'asthma synanch. acut. infant. Moscou 1817. Beitr. zu den Zeichen d. Croups. Mosc. 1818.*

75) *De l'angine membraneuse, ou de Croup v. Mém. sur*

LATOUR 77), CARRON 78), WOLFF 79), SCHAEFFER 80), DURAT-LASSALLE 81), HORNE 82), RAWENAU 83), SUTTINGER 84), FRIEDLÄNDER 85), DUPRÉ 86), REMER 87), HECKER 88), MARKUS 89),

F 2

Ru-

la nat. et le trait. de pl. mal. Paris 1808. 3. T. p. 74. 139.

76) *Abhandl. über den Croup, dessen Natur und sicherste Heilmethode. Hanuu 1808.*

77) *Manuel de Croup. Paris 1808.*

78) *Traité du croup aigu. Paris 1808. Remarque et observations sur le croup. Paris 1810. Programme d'un prix relatif à la trachéotomie dans le traitement du croup.*

79) *Ueber die Luftröhren-Bräune der Kinder für Nicht-ärzte. Altona 1808.*

80) *Die Zeit- und Volkskrankheiten des Jahres 1807. 7. Aufl. Regensburg 1808. p. 64 sq.*

81) *Quelques considérations sur le croup. Paris 1808.*

82) *Untersuchungen über die Natur, Ursachen und Heilung des Croups. Bremen 1809.*

83) *De la phlegmasie trachéale aiguë. Ouvrage prés. au concours. Paris 1809.*

84) *Diss. de angina polyposa. Lips. 1809.*

85) *in Bulletin de l'école de méd. p. 150. App. ad Journal de méd. continué 1809. Janvier.*

86) *Diss. de angina tracheali polyposa. Ultraject. 1809.*

87) *Diss. resp. SAM. FRIEDLÄNDER de tracheitide sicca morbo infantibus proprio, periculosissimo, interdum epidemico, nondum satis cognito. Regiom. 1809.*

88) *Von der Entzündung im Hulse, besonders von der Angina polyposa und dem Asthma Millari. Berlin 1809.*

89) *Ueb. d. Natur u. Behandlungsart d. häutigen Bräune. Hamb. 1810. Cfr. Krit. Bemerk. üb. Herrn MARKUS*

RUETTE ⁹⁰), BARTON ⁹¹), BURD ⁹²), EESCHEN-
MAYER ⁹³), HERING ⁹⁴), GIRAUDY ⁹⁵), LOEBEL ⁹⁶),
KLETT ⁹⁷), WALLICH ⁹⁸), HOSACK ⁹⁹), BONNAPOX
DE MALLET ¹⁰⁰), VOISENET ¹), ABADIE ²), EC-
CARD ³),

*Schrift v. F. C. HEIM. Berl. 1810. Repons. v. MAR-
KUS Ephem. d. Heilk. I. B. 3. Heft.*

- 90) *Recueil des obs. sur le croup. Paris 1810. Et Traité
de l'asphyxie connue sous le nom de croup. Paris 1811.
Doute sur l'existence du Croup essentiel. Paris 1813.*
- 91) HARLES *Annalen. 1810. 1. B. 2. St. p. 199.*
- 92) *Recherches sur la nature, la cause et le traitement du
croup. Paris 1811.*
- 93) *Die Epidemie des Croups zu Kirchheim 1807 sq.
Stuttg. 1811.*
- 94) *Erfahrung älterer, neuerer und ältester Zeit über die
häutige Bräune. Leipz. 1811.*
- 95) *De l'angine trach. sous le nom de croup. Paris 1811.*
- 96) *Die Erkenntn. u. Heilung d. häutigen Bräune, d. Mil-
larschen Asthmas u. d. Keuchhustens. Leipz. 1811.*
- 97) *Ueber die häutige Bräune im Allgem. Anzeiger der
Deutsch. N. 34. Febr. 1811.*
- 98) *Dringendes Wort über die jetzige gefahrvolle Kinder-
Krankheit, die häutige Bräune, für Eltern und Wund-
ärzte. Wien 1811. 2. Aufl. 1818.*
- 99) *Observations on Croup or Hives. New-York 1811.*
- 100) *Mémoire sur le croup. Paris 1812.*
- 1) *Diss. sur le croup. Paris 1812.*
- 2) *Précis du croup, suivi d'une observation particul. d'an-
gine catarrhale gastrique, qui est compliquée de croup le
8. jour de la maladie. Monspel. 1812.*

(CARD³), NAHUMOWICZ⁴), DICK⁵), RUBINI⁶), SZTAROVESKY⁷), KRIEGER⁸), HILL⁹), BAILLIE¹⁰), CLINE¹¹), FRASER¹²), KINEL¹³), HEIDLER^{*}), HASKELL¹⁴), EGGERT^{**}), RYMKIEWICZ¹⁵),

DES-

- 3) *Beob. u. Heil. d. häutigen Bräune. Nürnberg. 1812.*
- 4) *Diss. cynanches laryngeae bina exempla addita epicrisi exhibens. Vilnae 1812.*
- 5) *Facts and observations relative to the disease of cynanche trachealis or croup.*
- 6) *Riflessioni sulla malattia comunem. denom. crup. Parma 1813.*
- 7) *Diss. complectens pathologiam tracheitidis infantum. Pestini 1816.*
- 8) *Diss. complect. therap. tracheitid. infant. Pest. 1816.*
- 9) *The Edinb. med. and surg. Journ. 1816. Oct.*
- 10) *Transact. of a Soc. for the improvement of med. and chir. Knowledge. Vol. 3. Lond. 1812. Anatomie des krankhaft. Baues etc. aus d. E. mit Zusätzen v. SÖMMERING. Berl. 1794.*
- 11) *Transact. of a Soc. for the improv. etc. Vol. III. Lond. 1812. Art. 22. Vol. VI. p. 141 — 150. 1815.*
- 12) *The London med. repository 1816. Vol. V. N. 30. p. 453 — 458.*
- 13) *Rozprawa o zapaleniu krtani i kanału powietrznego. Warszawa 1818.*
- *) *Ueber d. Croup od. d. häutige Bräune. Hannov. 1818.*
- 14) *In Medical papers communicated by the Massachusetts medical Society. Lond. Vol. 3. P. I. 1819.*
- **) *Ueber das Wesen und die Heilung des Croups. 1820.*
- 15) *Diss. exhibens observationum par in morbum, qui croup dicitur, cum epicrisi. Vilnae 1821.*

DES RUEILLES ***) , LACROIX ****) , aliique ¹⁶⁾ inter scriptores tum de praxi medica in genere ¹⁷⁾ , tum de morbis infantum ¹⁸⁾ , ne dicamus de opusculis reperiundis in diariis medicis KÜHNII ¹⁹⁾ , HUFELANDII ²⁰⁾ , HORNII ²¹⁾ plurimisque in Gallia ²²⁾ , Italia ²³⁾ et Anglia ²⁴⁾ editis.

§. IX.

**) *Traite théorique et pratique du croup, d'après les principes de la doctrine physiologique.* Paris 1822.

****) *D'une épidémie de Croup, qui a régné à Gueret, sur la fin de 1821 et au commencement de 1822.* Paris 1822.

16) *O poznawaniu i leczeniu choroby zapalenia krtani, Croup zwaney, przez Prof. JÓZEFA FRANKA w Wilnie 1808.* Jos. FRANK Acta Inst. Clin. Vilmens. A. 3. 4. 5 et 6. Lips. p. 35.

17) P. I. Vol. I. §. IX. 12.

18) P. I. Vol. I. Prol. §. IX.

19) 1800. p. 30. BUXTON. — 1801. p. 166. CUSTANCE, — p. 81. LEESON.

20) *Journ. d. pr. Heilk.* 1. B. p. 1. WICHMAN; — 2. B. p. 169. LENTIN; — 3. B. LÖFFLER; — 5. B. 2. St. PAULUS; — 6. B. HARLES; — 8. B. MOST; — 9. B. HECKER; — 13. B. HUFELAND; — 19. B. MAERKER; — 21. B. 3. St. JONAS; — 27. B. 1. St. SCHENK.

21) *Archiv für med. Erfahrung* 1. B. KRETSCHMAR, 2. B. GUTFELD; — 1811. NEUMANN, SCHÄFFER. 1812. FORMEY.

22) *Mém. de l'ac. des sc. à Paris* 1746. p. 157. NOBLEVILLE ib. 1747. p. 524. 1748. p. 526. LABONNARDIÈRE in *Recueil des act. de la Soc. du Lyon.* T. 5. p. 300. LE BOEUF *mém. de l'ac. de chir.* T. 5. p. 539. RICHERAND *mém. de la Soc. de méd. d'émul.* A. III. p. 326. FOUCHIER *Journ. de la Soc. de méd. de Montpellier*

§. IX.

Symptomata.

1. Morbum, nobis trigesies et nonies ^{Genera-}vi-^{tim.}sum *), describere adgredimur. Multifariis ille stipatur symptomatibus, tum *essentialibus* ²⁵⁾, tum *accidentalibus* ²⁶⁾. Utraque ab aegrorum aetate, constitutione, a genio morborum regnantium, a varia mali sede et duratione, atque a complicatione cum aliis aegritudinibus, gubernantur. Comitari solent alia symptomata *morbi initium,*

1805. BOURIAT *Précis de la Soc. de méd. de Tours. N.*

25. LE PÈRE LULLIER, LAPEREUSE, DAREY, LE

JEUNE, POUSSIN *T. 22. in Journ. de méd. de Mr. COR-*

VISART etc. 1808. BOLU *ib. T. 24. REGNAULT in*

Journ. de méd. T. 47. p. 527. ROGERY ib. T. 38.

NACQUERT *T. 43. MERCIER ib. an. 1812. LECHE-*

VEREL *Journ. général de méd. 1811. LESPINE ib. T.*

37. MARTIN *ib. T. 30. RECHOU ib. T. 20. COLINET*

ib. T. 31. GASTELLIER ib. T. 26. RAVENAU D'AN-

DON *ib. T. 37. SALMADE ib. T. 33. BEAUCHÈNE ib.*

T. 21. L'EVEQUE-LASSOURCE T. 20. LULLIER T. 16.

et *T. 32. SAISSY T. 39. SEDILLOT T. 25. DESGRAN-*

GES *T. 38. TERADE in Journ. de méd. continué 1811.*

POUSSIN *ib. MAILLY Journ. de bibliogr. méd. 1813.*

Juin. DESLOGES Gazette de Santé 1811.

23) locis citandis.

24) locis citandis.

*) Tria adhuc recentiora supervenerunt exempla.

25) In definitione indicatis, et in §. de diagnosi speciatim ad trutinam vocatis.

26) In curriculo morbi delineando, promiscue expositis.

tium, alia illius *augmentum*, alia *acmen* aliaque *finem*; ast non ita constanter, ut morbus in determinatas *periodos* seu *stadia* dividi posset 27).

lactium.

2. Aeger somnolentus, lassus 28) morosus 29),

vix

27) HOME croup in *duas periodos* divisit, inflammationis scilicet et suppurationis (l. c.). Item CHEYNE (l. c. p. 19.) *the incomplete or inflammatory stage*, — *the complete or purulent stage*. Alii tres *periodos* statuerunt, nempe WAHLBOM (l. c. p. 278.) *periodum catarrhalem*, *mitem* et *gravem*: — VIEUSSEUX (l. c. p. 2.) *période d'invasion, d'inflammation et de suppuration*, ROYER-COLLARD (l. c. p. 413.) *période d'irritation, celle de la formation de la fausse membrane et celle de l'adynamie*; DOUBLE quinque admittit *periodos* (l. c.) *période d'imminence, de crudité, de coction, de crise, de convalescence*. — Consuetudinem croup in varia *stadia* dividendi arbitriam esse, jure monuerunt SCHWILGUE (l. c. p. 50.), SACHSE (l. c. 2. Th. p. 105.) et ALBERS (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 4.). Ipse VIEUSSEUX (l. c. p. 5. 6.) fatetur: „*On sent qu'il est difficile de fixer de justes limites entre les différentes périodes. Dans les cas, qui cheminent rapidement, la période d'invasion est presque nulle et les deux dernières se confondent.*“ Dicam plus! Divisio morborum in varia *stadia* periculosa est, cum illa facile pro norma in praxi inseruiat. Sic ait ROYER-COLLARD (l. c. p. 470.) „*ici (dans la troisième période) la méthode du traitement doit changer, il ne s'agit plus de combattre l'inflammation, mais de ranimer la vie prête à s'éteindre.*“

28) HOME l. c. p. 13. BOECK et SALAMON l. c. p. 287.

29) Exceptiones apud DUREUIL (*Récueil* p. 18.) et RUMSEY (l. c. p. 149.) obveniunt. Unamque propria praxis suppeditat (*Acta mea clin.* l. c. p. 58).

vix tamen lusibus aetatis suae valedicens³⁰), de capitis gravedine conqueri incipit. Accedunt sternutatio, stillicidium seri e naribus³¹), oculorum rubor, lacrymatio³²), aurium dolor³³), copiosa salivae rejectio³⁴), tussis et raucedo. Horis vespertinis calor³⁵), praevio³⁶) aut intercurrente³⁷) aliquando horrore, pulsuumque frequentia³⁸), augentur. Papulae rubrae interdum ad linguam³⁹), faciemque⁴⁰) efflorescunt. Fauces, imprimis tonsillae et uvula⁴¹), aliquando dolent

30) Exemplum memorabile refert HOME l. c. p. 22.

Aegra 8.

31) STARR l. c. p. 477. THILENIUS p. 57.

32) FERRIAR p. 239.

33) STARR p. 477.

34) HAASE l. c. obs. 9. 11.

35) HALENIUS p. 271. SACHSE l. c. 1. Th. p. 27. Ait

GHISI (p. 9.) „febbre con sommo interno calore, ma esterno pochissimo.“

36) BLOOM l. c. p. 264. JONAS l. c. (cum cute anserina), HOPFF p. 18.

37) KRETSCHMAR l. c. p. 345.

38) Nullam febrem animadverterunt MAHON et ARCHER (*Recueil* p. 118.). Cfr. *Acta mea clin.* p. 58. Fortem febrem vidit inter alios MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 6. B. p. 164.

39) *Acta mea clinica* p. 58.

40) MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 5. B. p. 740. BARD ib. p. 740. (Ulcusculum nasi saniem acrem largiens) HAASE l. c. Obs. 78. *Act. mea clin.* p. 70. (hydroa circa labia).

41) BERGEN l. c. p. 295.

lent ⁴²⁾, rubent, siccescunt ⁴³⁾, tument ⁴⁴⁾, pseudomembranis obducuntur ⁴⁵⁾ glandulae submaxillares turgent ⁴⁶⁾ ac deglutitio plerumque ⁴⁷⁾ tunc impeditur ⁴⁸⁾; halitus male olet ⁴⁹⁾, ciborum desiderium languet ⁵⁰⁾ et lingua albo muco obducitur ⁵¹⁾. Nonnulli aegrotulorum vomunt ⁵²⁾. Alii sub somno inconsuetos rhonchos nasales ducunt ⁵³⁾. Symptomata enarrata per unum, duo, tria nychthemera, aliquando per duas et ultra hebdo-

42) ENGSTROEM l. c. p. 268.

43) HAASE N. I. Obs. I.

44) HALENIUS l. c. p. 271. HOME Obs. 5. p. 17.

45) STARR p. 478. 79. MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 5. B. p. 740. RUMSEY p. 151. (rarum symptoma).

46) Acta mea clinica p. 62.

47) Non semper deglutitionem impediri, quamvis fauces affectae sint, observavit HAASE l. c. Obs. 122. 125.

48) ENGSTROEM p. 267. HOME p. 606. AUTENRIETH p. 20. Acta mea clin. p. 70.

49) HAASE l. c. Obs. 6.

50) Contrarium aliquando accidere docent observationes HOME p. 17. Obs. 5. RUMSEY p. 164. Aegr. 2. RYMKIEWICZ l. c. Obs. I. p. 1.

51) Lingua saepe plus a pharmacis porrectis, quam ab ipso morbo affici videtur. ALBERS *Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 47 (*).

52) HALENIUS p. 614. MICHAELIS p. 271. Act. mea clin. p. 70. Vomitum cruentum fuisse, SCHULTZE p. 623. refert.

53) HAASE l. c. Obs. 4.

hebdomadas, protrahuntur ⁵⁴), donec scilicet graviora ingruant mala.

3. Praevia enim sub ipso somno respirationis difficultate cum strepitu, aeger repente a tussi, quasi latrante, expergefactus, suffocationis periculum incurrit. Videtur illi ac si pars anterior colli perstringeretur ⁵⁴). Mala haec haud raro transitoria sunt, ita ut paullo post pax plerumque componatur. Tunc mane sequente ex malis nocturnis solum respirationis major difficultas et febris aliquantum aucta relinqui solet. Pulsus vero plerumque manet frequens ⁵⁵), plenus, durusque ⁵⁶). Horis pomeridianis vel vespertinis

54) Plerumque enarrata symptomata triduum producuntur; vidit ea ad decem dies producta ROYER-COLLARD (edit. ALBERS p. 8.), apud HAASE praecedebant symptomata catarrhalia evolutionem perfecti croup in 7. aegrotis dies duos, — in 9. dies tres, — in 7. dies quatuor, — in 2. dies quinque, — in 2. dies sex, — in 5. dies octo, — in 3. dies decem, — inque 4. dies quindecim.

54) BREWER et LAROCHE (*Recueil* p. 20).

55) Micabat in primo minuto a 135 — 140 HOME (l. c. p. 22.), — a 130 — 140 BLOOME, — ad 139 VIEUSSEUX, — a 108 ad 160 me observante (*Acta mea clin.* p. 65. NAHUMOWICZ l. c. p. 5.).

56) Excepto PINEL et HAASE (l. c. p. XXIV.) fero omnes pulsum plenum durum in augmento morbi invenere. Rite vero monet DESESBART pulsum sub paroxysmis et liberis intervallis valde inter se differre.

pertinis (nisi morbus debita medendi ratione juguletur), en noctis praeteritae scenam, atqui longe graviolem. Sub magna enim dyspnoea, *inspiratio* cum sibilo et *expiratio* ⁵⁷⁾ cum sonitu obscuro modo per os, modo per nares ⁵⁸⁾ absolvuntur, aut vice versa ⁵⁹⁾. Loquela difficilis est et dolorifica ⁶⁰⁾. Vox magis ac magis rauca ⁶¹⁾, cava ⁶²⁾, duplex ⁶³⁾ evadit atque tandem extinguitur ⁶⁴⁾. Urget praeterea tussis ⁶⁵⁾ aspera, clan-

57) Sonum *inspirationis* ac *expirationis* in Croup jam GHISI distinxit (p. 10.), neque ipsemet hanc essentialem distinctionem neglexi (Act. mea clin. p. 63.); ita etiam JURINE l. c. p. 4.

58) HAASE Obs. 67. „*L'aspiration se faisait par la bouche et l'expiration par le nez.*

59) Ait ALBERS: „*nicht stets sind die Inspirationen pfeifend, sondern in einzeln Fallen klingt das Einathmen tief, und das Ausathmen hingegen mehr pfeifend.*“ Nor. ad JURINE l. c. p. 4. (2.) quod sequentibus verbis designavi (Acta clin. p. 68.): „*respiratio . . . ita constituta, ut inspiratio quasi rhonchos, expiratio autem sibilum exhibeat.*“ HAASE Obs. 22. 33. 36.

60) BREWER, LA ROCHE (*Recueil* p. 29.), FLORRMANN p. 467. HAASE obs. 139.

61) In summo morbi gradu vocem non raucam observavi (Act. clin. p. 70.). Caeterum nullum datur croup signum magis constans quam raucedo.

62) GALL. *La voix creuse.*

63) HAASE l. c. p. LXXI. „*Elle (la voix) est pour ainsi dire double.*“

64) PINEL, DOUBLE (*Recueil* p. 29.), HECKER p. 11. MICHAELIS. Cfr. PORTAL *sur l'aphonie et particulie-*

clangosa cum sono specifico, verbis neutiquam designando ⁶⁶). Sputa rejiciuntur pauca mucosa, aliquando cum striis sanguineis. Facies tumida (la ⁶⁷), rubet ⁶⁸), oculi circulis lividis cincti ⁶⁹), cum

rement sur la membraneuse espèce de croup chronique l. c. p. 159. HAASE l. c. obs. 11. „aucune voix ni pour parler, ni pour pleurer.“ GOELIS Tractat. p. 7. „vox . . . intercipitur, nec syllabam clare exprimendo pares sunt.“ Item ALBERS (Commentationis p. 12).

65) Tussim in croup peculiarem esse DESBESSART (l. c.) contendit, hisque verbis ad eam designandam utitur: „*Dans cette toux le thorax n'est point soulevé et élargi sur les côtes l'enfant n'a point la tête penchée en avant sur la poitrine, . . . il l'a au contraire renversée en arrière . . . en examinant l'enfant lorsqu'il tousse, on voit ordinairement que tout le travail se passe dans les anneaux de la trachée artère.*“

66) Sonus iste comparatus est cum illo gallinae (ENGSTROEM p. 281.), galli (HOME p. 9.), galli perterriti (WAHLBOM p. 270.), gallinae junioris morbo germanice pips vocato laborantis (LOEBEL, MICHAELIS p. 225.), cum latratu canis (CHEYNE l. c. p. 359.), ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD p. 23. Cum sonus tussis plane specificus sit, croupalis dicendus.*

67) HOME Obs. I. 5. HOPFF p. 407. THILENIUS p. 54. RUBINI p. 21. BLOOM, BERNARD, DUBONAIX.

68) FERRIAR, AUTENRIETH p. 21. HARLES in HUFFLAND's *Journ. 6. B. p. 570. RUBINI p. 21. GOELIS tractat. de angina p. 28. RUMSEY, LAUDUN, BREWER, LA ROCHE, HOPFF p. 407. WORD in the Edinb. med. and surg. Journ. N. LXI. 8br. 1819.*

69) BOECK et SALAMON p. 288.

cum albuginea rubella 70), splendent, protruduntur 71), ac febris, siti inexplebili stipata 72), magis magisque invalescit. Urina ignea 73), tincta, raro limpida 74); alvus obstructa 75), interdum cruciatus abdominis 76), ventriculi 77). Sciscitato aegrotulo, quid praeterea doleat, manum laryngi aut tracheae admovet 78), vel digitum oris cavo introducit. Pueri et adolescentes perceptionem corporis extranei 79) seu globi in gutture 80),

70) MAERKER p. 102.

71) HARLES p. 570.

72) GHISI p. 9. „siti insolita.“ HOME l. c. ZOBEL p. 257. RUBINI l. c. p. 24. KRETSCHMAR p. 344. GOELIS in tractatu suo p. 33. „paene insatiabilis (sitis) saepe evadit.“ SACHSE p. 94. Parum sitiabant aegri HARLES p. 570. AUGUSTIN p. 14. aliorumque.

73) BLOOM p. 266. HOPFF p. 19. AUGUSTIN p. 14. SACHSE p. 83. de urina cruenta testatur LAUDUN (*Recueil* p. 36).

74) Videunt HOME p. 4. SALAMON, ZOBEL p. 259. HARLES p. 571. ALBERS (*Anmerk. zu HOME* p. 51.), JURINE l. c. p. 66.

75) HARLES p. 22. HECKER, SACHSE p. 85.

76) GHISI p. 43. WAHLBOM p. 269. 276. BOECK et SALAMON p. 285. Saepe observavi.

77) SACHSE l. c. p. 95.

78) Aegros quoque sponte manum laryngi admovere, ac si quid revellere conarentur, inter alios HOPFF (p. 24. 25. 109.) asserit. — Nec SACHSE p. 35. nec ego hoc symptoma observavimus.

79) Die 2. Xbris 1814. puellam judaecam sex annorum croup laborantem visitavi. Exclamare solebat: aufer,

ture ⁸⁰⁾, vel dolorem ⁸¹⁾ laryngis ⁸²⁾, fornicis palati ⁸³⁾, tracheae, nunc illico sub larynge ⁸⁴⁾, nunc super bifurcationem ⁸⁵⁾ accusant, pro re nata ardentem ⁸⁶⁾, rudentem ⁸⁷⁾, obtusum ⁸⁸⁾, pungentem ⁸⁹⁾ auctum a compressione ⁹⁰⁾, tussis ⁹¹⁾, sermone ⁹²⁾, motu capitis ⁹³⁾, aut ex ira ⁹⁴⁾.

quod mihi in jugulo est. Serius rejecit pseudomembranam tubulatam longitudinis duorum pollicum.

80) Sic aeger 13. annorum mense Maji in Clinico meo decumbens. SCHENK l. c. p. 81.

81) Dolor laryngis aut tracheae morbi initium comitatur, ut testantur AUGUSTIN p. 13. MAERKER p. 97. GUTFELD p. 79. JONAS p. 144. BLOOM p. 264. HOPFF. Alias versus finem comparet, asserente DUREUIL p. 19. Generatim augmenti morbi socius est sat constans.

82) HOME p. 29. Obs. 12. STARR p. 473. AUTENRIETH p. 20. HOPFF p. 78. 79.

83) AUTENRIETH p. 20. BLOOM p. 264.

84) MAERKER p. 98. LENTIN p. 193. SACHSE p. 31. Pluries observavi.

85) GUTFELD p. 79. Bis mihi obvenit.

86) GHISI p. 9. „bruciore e dolor quasi sempre indicato circa la larynge.“

87) Ac si excoriatio lateret. HOME Obs. 10. VIEUSSEUX in aegro 13. STARR p. 481. JONAS p. 45 et ego postquam pseudomembranae rejectae fuerant.

88) Communissimum genus doloris.

89) Veluti ab aciculis deglutitis. GHISI et ENGSTROEM ll. cc.

90) HOPFF p. 107. THILENIUS p. 34. nunquam observare contigit.

91) HOME Obs. 12. AUGUSTIN p. 13. MAERKER p. 98.

ira ⁹⁴). Alii linguam rapide porrectam et retractam ⁹⁵) arripere tentant, aut nares perfricant ⁹⁶). Interea et iste paroxysmus saepe compescitur, nova vi, ipsius noctis curriculo, pluries rediturus, imprimis si aeger lachrymetur, ejulet, irascatur, incongrue moveatur. Tussis et in liberis intervallis perseverat ⁹⁷). Paroxysmi respiratione sublimi, gemebunda, sibilosa adeo insigniuntur, ut ea ex longinquo audiri possit. Summa praeterea conspicitur anxietas et jactatio. Miseri sese in lecto suffocationem timentes praecipitanter erigunt ⁹⁸), e lecto prosiliunt ⁹⁹), parentes, auxilium implorando desperabundi amplectuntur, aut vim sibi ipsis ¹⁰⁰), vel aliis ¹), inferunt. Nonnulli

92) HOME p. 14. FLOHRMANN p. 467.

93) HOME p. 10. Obs. 2.

94) HOME p. 29. Obs. 12.

95) MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 6. B. p. 122.

96) NAHUMOWICZ l. c. p. 6. Obs. 2.

97) Tussim in toto morbi curriculo defuisse testantur HOME l. c. p. 33. HAASE l. c. Obs. 11.

98) FLOHRMAN p. 467. MAERKER, RECHOW (*Recueil* p. 23.), HUFELAND *Journ.* 9. B. p. 182. Aeger vero HOPEII decumbendo facilius respirabat. Idem observavit BLOOM et SALAMON. Re vera optime dixerat GHISI (l. c. p. 9.) „a non poter in verun modo decumbere e soffrire positura.“

99) MAERKER, BLOOM, SALAMON, SACHSE p. 50.

100) SACHSE l. c. p. 50. (cines evellendo, digitos mordendo). ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 12 (contra murum aeger se praecipitabat). HAASE l. c.

nulli dormiendi desiderium invincibile²⁾ incusant, alii sub somno expavescunt³⁾, alii tremoribus⁴⁾; imprimis maxillae inferioris⁵⁾, stridore dentium⁶⁾, risu sardonico⁷⁾, convulsionibus⁸⁾, delirio⁹⁾, opisthotono¹⁰⁾, tentantur. Facies livida¹¹⁾ sudore cooperitur^{*}, venae jugulares turgent, carotides¹²⁾ et cor¹³⁾ vibrant, sanguis interdum e naribus¹⁴⁾ manat; pulsus ex duro et magno contractus

Obs. 51. „il court (le malade) par la chambre, se heurt le front et tombe mort.“

1) An. 1812. Vilnae judaeam septem annorum croup detentam in agone vidi, quae desperabunda adstantes feriebat.

2) In ipso morbi limine somnolentiam observavit YEL-LOLY (l. c. p. 6.) et HEIM (l. c. p. 12.); secundo die HOPFF (p. 107.); ego vero in morbo provecto (Acta clin. p. 71.); ita et PINEL l. c. p. 367. GUTFELD p. 87 et SACHSE p. 94.

3) BERNARD (*Recueil* p. 42), RECHOU *ib.* p. 42.

4) FERRIAR p. 239.

5) SMITHS vide SACHSE p. 95.

6) HAASE l. c. Obs. 4.

7) Idem *ib.* Obs. 6.

8) ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 12.

9) HAASE l. c. Obs. 4.

10) BONNOMME (*Recueil* p. 42.); FERRIAR p. 240.

11) BERGEN, ZOBEL, FIELITZ p. 531.

*) KRETSCHMAR, ZOBEL, HOPFF p. 19.

12) KRETSCHMAR p. 345.

13) FERRIAR p. 240. FIELITZ p. 531. SACHSE p. 62.

14) Epistaxin symptoma accidentale, haud tamen rarum esse, ROYER-COLLARD asserit (*Dict.* p. 426). Nec

tractus et parvus ¹⁵⁾ evadit. Urina ¹⁶⁾ sedimentum puriforme exhibet. Alvus saepe liquida ¹⁷⁾, interdum cum membranis ¹⁸⁾. Ope tussis vel vomitus mucus filiformis, frustulis membranaceis variae formae et coloris intermixtus nonnunquam foetidus ¹⁹⁾, cum suffocationis saepe periculo rejicitur ²⁰⁾, aucto inde ut plurimum excoriationis sensu

ALBERS (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 49.), nec ego illud vidimus.

15) HOME p. 19. STARR l. c. p. 481. verbo omnes.

16) „*Rien n'est moins constant que l'état des urines dans le croup.*“ ROYER-COLLARD *Dict.* p. 426. Intelligitur hiuc, cur BERGEN, HALENIUS, WAHLBOM, ENGSTROEM, VIEUSSEUX, DUBOUEIX, DUREUIL alique de urinae in croup conditione nec verbum profecerunt. Interea pluries sedimentum puriforme in proventiori croup observavi. Sedimentum vero hujusmodi nil cum sputis et pseudomembranis, quae ex larynge aut trachea hoc in morbo rejiciuntur, commune habere, ut HOME et MICHAELIS crediderunt, experimenta SCHWILGUÉ docent (l. c.).

17) AUTENRIETH p. 20. SACHSE p. 85.

18) SACHSE p. 85. (ex sputis deglutitis). Nunquam vidi.

19) BARD v. RICHTER's *chir. Bibl.* 5. B. p. 742. STARR halitum foetentem observavit l. c. p. 478.

20) GHISI l. c. p. 10. „*E se mediante la tosse dalle offese vie dell'aria staccavasi, e sortivano materia, questa era spesso qual membrana similissima appunto a quelle gelatinose concrezioni, le quali sovra il sangue tratto dalle vene, agli infermi, scorza pleuritica, e galleganti ne' precordi, e vasi grandi*

sensu in gutture. Aliquando sputa nulla²¹), alias copiosa mucii secretio in ore²²), ipsaque salivatio²³). Aegrotus qui libere hucusque bibere

G 2 po-

sanguigni de' cadaveri pseudo-poliposi corpi appellansi." HOME obs. 12. p. 29. MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 6. B. p. 124. FERRIAR p. 144. VIEUSSEUX l. c. Obs. 36 p. 267. HOPFF l. c. p. 10. CHEYNE l. c. p. 43. VALENTIN l. c. p. 109. RUMSEY l. c. p. 170. DOUBLE l. c. p. 45. Ego (Act. clin. p. 57.) aliique permulti de membranis rejectis testantur, ita ut revera mirum sit, LARREY (*Bulletin de la Soc. philomat.* 1842. Mars) tale factum negare potuisse. Membranae rejectae aliquando tubulatae sunt, testantibus STARR (l. c. p. 480), GHISI (l. c.), CALLISEN (l. c. p. 78. 80.), VIEUSSEUX (*Recueil* p. 31.), HUFELAND (*Journ.* 9. B. 2. St. p. 183.), JONAS (p. 145.), HOPFF (p. 10), SACHSE (p. 76). Membranae rejectae alias *sanguine tinctae* ceinuntur sub forma nunc *striarum* (BERGEN p. 296. PORTAL l. c. p. 13. et HOPFF l. c. p. 11.) nunc *punctulorum* (VIEUSSEUX l. c. FICKE, SACHSE p. 77.). Alias cruor cum membranis (CALLISEN l. c.) et muco (JONAS p. 145.) evacuantur, aut membranis adhaerent (WAHLBOM p. 270.). Nec desunt exempla membranarum rejectarum *coloris nigri* (HOME Obs. 12. p. 30. MICHAELIS l. c. p. 165.), *albidii* (SALAMON l. c.) et *subflavi* (AUTENRIETH p. 42.).

21) SALAMON p. 281. HOME obs. 2. ENGSTROEM, ZOBEL p. 281. DUBOUEIX (*Recueil* p. 31).

22) KRETSCHMAR l. c. p. 345. HARLES p. 570. HOME l. c. p. 65.

23) STARR l. c. p. 477. WAHLBOM l. c. p. 277. FLOHRMANN l. c. p. 467. Cfr. §. XII:

potuerat ²⁴⁾, licet fauces affectae fuerint ²⁵⁾, nunc ob suffocationis metum, potum non nisi exiguis haustibus ²⁶⁾, ac magno cum labore ²⁷⁾ et interdum cum dolore ²⁸⁾, ingerere valet. Terribilis iste status duos, tres, quatuor dies perdurare potest, quin malum amplius conspicuas remissiones concedat.

Acmen. 4. Eo ad acmen perducto, aeger modo soporosus, modo mente compos ³⁰⁾, capite reclinato ³¹⁾,

24) HOME p. 10. 14. 16. 23. FIELITZ p. 531. HOPFF p. 19. ZOBEL l. c. p. 295. BLOOM p. 265. KRETSCHMAR p. 345. RECHOU (*Recueil* p. 41).

25) BARD apud JOHNSTON p. 366. MAERKERS l. c. p. 98. HALENIUS l. c. p. 271. HOPFF p. 79.

26) ALBERS *Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 11. „Bei einem hohen Grade der Beschwerden des Athmens trinken die Kinder mit einer grossen Heftigkeit in grossen Zügen.“

27) RUMSEY p. 166 (deglutire haud potuerat aeger). MAERKERS l. c. p. 99. PORTAL l. c. p. 20. FISCHER p. 358. FLOHRMANN p. 467.

28) HOME l. c. p. 21. I. P. FRANK *Epitome de cur. hom. morbis* §. 173. in adulto.

30) STARR l. c. p. 428. HOME p. 14. Obs. 10. p. 16. Obs. 5. ZOBEL l. c. p. 264. KRETSCHMAR l. c. p. 345. THILENIUS p. 54. SACHSE l. c. p. 92. et ego (*Act. clin.* p. 63). Immo animi et sensuum exaltationem adesse asserunt MICHAELIS, CAILLOU (l. c. p. 26. 27.) et HEIM (l. c. p. 44). Nunquam vidimus ROYER-COLLARD (*Dict.* p. 427.), ALBERS (*Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 52.) et ego. Nec cum HAASIO (l. c. p. LXXXIV.) dicerem: „il n'est plus de maladie qui de-

nato ³¹⁾, manibus elevatis suffulto ³²⁾, facie pallida ³³⁾, jam sudore frigido viscidoque irrorata ³⁴⁾, oculis languidis, defixis ³⁵⁾, collapsis ³⁶⁾, semiclausis ³⁷⁾, protrusis et convulsis ³⁸⁾, cornea omni splendore destituta, palpebris sanguine turgidis ³⁹⁾, superciliis arcuatis, decumbit. Nares veluti in equo sub cursu hiantes, et labia sicuti in lucio extra elementum suum versante acuminata, ad aëris affluxum invitant. Tussis jam vix aut ne vix quidem percipitur ⁴⁰⁾. Larynx prominat ac sub quavis inspiratione, haud raro cum len-

vienne aussi rapidement mortelle et dans laquelle les malades meurent en general avec autant de présence d'esprit, que dans le croup."

31) Symptoma hoc haud constans esse rite ROYER-COLLARD animadvertit (*Dict.* p. 420). Nec illud tam mature ingruere solet, ut HEIM (l. c. p. 13.) autumat. In aegro, de quo alibi (*Act. clin.* p. 71.), caput solum ultimis vitae momentis reclinabatur.

32) HAASE l. c. p. LXIX.

33) GHISI, SALAMON, CALLISEN, ZOBEL, MICHAELIS in RICHT. *Bibl.* 6. B. p. 124. KRETSCHMAR l. c. p. 345. FLOHRMANN p. 467.

34) VIEUSSEUX, SACHSE p. 80. 81.

35) THILENIUS p. 54. CALLISEN l. c.

36) HARLES l. c. p. 576.

37) HAASE l. c. Obs. 19. 22.

38) HAASE l. c. Obs. 31.

39) LENTIN Obs. 8. p. 343.

40) HALENIUS p. 14. FERRIAR, AUGUSTIN.

lentore ⁴¹⁾, peracta, mirum in modum fere ad maxillam inferiorem usque attollitur. Interdum variae colli regiones tument ⁴²⁾, aut et aliarum partium obveniunt oedemata ⁴³⁾. Musculi quot quot exstant faciei, colli, thoracis, abdominis et diaphragma ita agitantur, ut inspirando fovea fiat super sternum et expirando regio epigastrica retrahatur et medium abdominis attollatur ⁴⁴⁾. Pulsu minimo intermittente ⁴⁵⁾ et extremitatibus frigidis factis, accedente involuntaria faecum dejectione-

41) „Ordinairement les inspirations sont longues.“ ROYER-COLLARD Dict. p. 421. Idem affirmat CALLISEN, KRETSCHMAR, VIEUSSEUX (*Recueil* p. 755). Interea brevi ante interitum respirationem frequentem fieri, rite monet GHISI, HOME, DUBOUEIX, SALAMON, HARTLES, ALBERS; illa vero lenta raro quidem, nonnunquam tamen observabatur (RYMKIEWICZ l. c. Obs. I. p. 4. solum quindecies in sexagesima horae parte repetita erat). Et in recentiori morbo respirationem frequentiore normalis observari e. gr. 50 vices in minuto (*Act. clin.* p. 68.).

42) Tumorem observarunt partis superioris tracheae HOME, — sub larynge LENTIN, — ad latera laryngis MOST (p. — 100), — ad ipsam laryngem SACHSE (l. c. p. 34). Tumores, de quibus agitur, nunquam viderunt ROYER-COLLARD, ALBERS (*Anmerk.* p. 45), HORSCH (l. c. p. 74.) et ego.

43) e. gr. pedum in aegris, ubi morbus in longum trahitur. SACHSE p. 88. 89.

44) HASKELL l. c.

45) Sic uno ore auctores affirmant.

jectione⁴⁶), sub anhelitu et stertore prius intenso, dein languido, mors, praecedente haud raro lucido intervallo, tot tantisque aerumnis finem imponit.

§. X.

Autopsia cadaverum. Analysis chemica.

1. Cadavera ex croup peremptorum exhibuerunt *superficiem externam* illis apoplecticorum⁴⁷ et suffocatorum⁴⁸) similem; faciem pallidam, flavam, lividam, tumidulam⁴⁹); oculos prominentes⁵⁰), venas colli turgidas⁵¹); pectus circa tertiam et quartam costam striis sanguineis notatum⁵²), aliquando extremitates tumidulas⁵³); inflammationem membranae pituitariae, veli penduli, palati⁵⁴) et corporis thyreoidei⁵⁵); fauces

Autopsia
cadaverum.

a

46) HARLES l. c. p. 577.

47) ROYER-COLLARD *Dict.* p. 428. (Dum morbi curriculum breve fuerat.)

48) Acta mea clin. l. c. p. 65. NAHUMOWICZ l. c. p. 5.

49) MICHAELIS l. c. p. 15.

50) LENTIN *Beitr.* 1. B. p. 343. HAASE l. c. Obs. 79.

51) LENTIN l. c. BAER p. 285. HARLES l. c. p. 578.

52) HAASE l. c. Obs. 72.

53) ROYER-COLLARD l. c. (Dum morbi curriculum longum erat). SEDILLOT l. c. p. 163. ALBERS *Ann.* zu ROYER-COLLARD p. 53.

54) PINEL l. c. p. 265.

55) CHEYNE l. c. p. 128. JURINE l. c. p. 43. GOELIS tract. p. 153.

a pseudomembranis obductas ⁵⁶); oesophagum nunc sanum ⁵⁷), nunc phlogosi correptum ⁵⁸); — *glottidem* angustam ⁵⁹), dilatatam ⁶⁰), materia glutinosa puriformi obturatam ⁶¹); — *epiglottidem* normalem *) , inflammata ⁶²), tumidam ⁶³), oedematosam ⁶⁴), muco coopertam ⁶⁵), pseudomembranâ

56) HAASE l. c. Obs. 76. GOELIS tract. p. 141.

57) BARD apud JOHNSTON l. c. p. 367. HOME p. 15.

58) NAHUMOWICZ l. c. p. 5. Obs. I.

59) DICK l. c. p. 247. DABNEY (l. c. p. 202.) ait: „La glotte avait si peu de diamètre, qu'on eu dit qu'il y avait occlusion de cette cavité.“ LEVEQUE-LASSOURCE (l. c. p. 202.): *L'ouverture du larynx, au niveau du cartilage cricoïde, se trouvait réduit à un quart de ligne de diamètre.*“ GOELIS l. c. p. 153.

60) KÜHN *Allgemeine medicinische Annalen* 1812. p. 544.
HAASE l. c. Obs. 98.

61) HOME l. c. p. 21. 22. obs. NAHUMOWICZ l. c. p. 5. Obs. I. HAASE l. c. Obs. 76.

*) HAASE l. c. obs. 99.

62) ALBERS *Ann.* zu ROYER-COLLARD p. 67. LEVEQUE-LASSOURCE l. c. p. 202. CHEYNE l. c. p. 97. et CAILLOU l. c. Obs. 15. 18. p. 13. 14. et BLISS in RUST's *Magaz. f. d. gesamt. Heilk.* 1819. 7. B. 1. Hf. p. 141. RYMKIEWICZ l. c. p. 4.

63) MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 6. B. p. 119. (Volumen triplex). HAASE l. c. Obs. 79. BLISS l. c.

64) HOME Obs. 9. SALAMON et BAER p. 282. THUILLIER *Ess. sur l'angine laryngée oedémateuse, thèse soutenue à la faculté de méd. de Paris.* 1805. BAYLE *mém. sur l'oedème de la glotte:* in *Journ. gén. de médecine, chir. et pharm.* 1819. Avril p. 76. „Les bords

branâ tenui (illius superficiei inferiori adhaerente ⁶⁶), cumque membrana interna laryngis ⁶⁷) ac illa glottidem vestiente ⁶⁸), arcte concretâ) obductam, *laryngem* normalem *), cum glandulis prominentibus **), cum humore viscoso ⁷⁰),
cum

de la glotte sont gonflés, épaissis, blancs et comme tremblotans; ils forment un bourrelet plus ou moins saillant et très infiltré d'une sérosité, qu'il est très difficile de faire écouler, même en comprimant entre les doigts et une portion de la membrane à laquelle on fait plusieurs incisions. Un tissu extrêmement dense retient le liquide dans un réseau très serré dont il semble que les aréoles ne communiquent point ensemble."

65) JURINE l. c. p. 43.

66) ROYER-COLLARD l. c. p. 428. „... des fragmens de membrane irrégulièrement disposés et attachés de préférence à la face inférieure de l'épiglotte.“

67) KRETSCHMAR l. c. p. 347. RYMKIEWICZ l. c. p. 5. 30.

68) KOPP, *System. Darstell. d. durch d. neu. Chemie in d. Heilk. bewirkten Veränd. Hof* 1805. p. 228 — 9.

*) ROYER-COLLARD *Dict.* p. 341. „il n'est pas même rare de trouver cette membrane à peu près dans son état naturel.“

***) BAEK et SALAMON l. c. p. 282. „Vias circa aëreas induratae undique erant glandulae.“ PORTAL l. c. p. 118. „Les glandes muqueuses du conduit aérien sont presque toujours plus saillans qu'à l'ordinaire, mais sans être inflammées.“

70) ROYER-COLLARD *Dict.* p. 429. „Le larynx ne contient plus souvent rien qui ait l'apparence de membrane,

cum rubore et tumore ***) membranæ mucosæ 71), cum pseudomembranâ formam parietis posterioris referente ****); — *tracheam* inflammatam 76), plerumque pseudomembrana tenaci 77),

mais seulement une quantité plus ou moins grande de matière visceuse, liquide.“

***) SMITH l. c. p. 207. SALMADE l. c. p. 378. RAVENAU l. c. p. 24. LECHEVRET l. c. p. 135. PORTAL l. c. p. 84. 138. 140. DESGRANGES l. c. p. 123. HORSCH l. c. p. 79. — Nec ALBERS (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 76.), nec ego membranæ mucosæ laryngis tantum, ut illi viri; conspeximus tumorem.

71) FERRIAR l. c. p. 140. FIELD l. c. T. IV. p. 147. FÜRSTENAU l. c. p. 7. RUSCH l. c. *second. édition.* Vol. I. p. 170. YELLOLY l. c. p. 14. BAYLEY l. c. p. 8. CHEYNE l. c. p. 108. RAVENAU l. c. p. 28. AUTENRIETH l. c. p. 348. SALMADE l. c. p. 380. SÉDILLOT l. c. p. 163. CAILLOU l. c. *Obs.* 15. 18. p. 14. 15. HORSCH l. c. p. 79. RUMSEY l. c. p. 43. 45. 51. LATOUR l. c. p. 26. POUSSIN l. c. p. 342. VALENTIN l. c. p. 29. CARRON in *Journ. de SÉDILLOT* T. 28. p. 243. JURINE l. c.

****) J. HARDER in *vermischt. Abhandlungen aus d. Gebiete der Heilkunde v. e. Gesellschaft prakt. Aerzte zu St. Petersburg* 1821. 1. *Sammlung.* p. 58.

76) FERRIAR l. c. p. 140. FIELD l. c. T. IV. p. 147. FÜRSTENAU l. c. p. 7. RUSCH l. c. 2. *édit.* Vol. I. p. 170. YELLOLY l. c. p. 14. BAYLEY l. c. p. 8. CHEYNE l. c. p. 108. RAVENAU l. c. p. 28. AUTENRIETH l. c. p. 348. SALMADE l. c. p. 380. SÉDILLOT l. c. p. 163. CAILLOU l. c. *Obs.* 15. 18. HORSCH l. c. p. 79. RUMSEY l. c. p. 43. 45. 51. LATOUR l. c. p. 26. POUSSIN l. c. p. 342. VALENTIN l. c. p. 29.

si 77), compacta 78) obductam 79), (quae pseudomembrana crassitiem linearum duarum 80), rium 81) et ultra 82) habens, nunc tracheae formam refert 83), nunc eam bipartit 84), nunc instar

CARRON in *Journ. de SÉDILLOT*. T. 28. p. 243. JURINE l. c. GOELIS l. c. p. 144. GHISI l. c. p. 13. *L'aspera arteria poi di sotto appena della larynge osservossi internamente tutta infiammata sino all' estremità de' suoi bronchi, e tali comperivano eziandio le di lei fibre longitudinali egrègiamente distinte e tuttavia tumide sopra l'interna tendinosa membrana.* HAASE l. c. Obs. 6. 21. 61.

77) „ut fortius se trahi pateretur.“ SALAMON p. 286. BAYLEY p. 225. BARD p. 743. MICHAELIS in RICHT. *Bibl.* 6. B. p. 121. RUMSEY p. 170. HAASE l. c. Obs. 76. 85. 62.

78) ut pergamenum (HOME Obs. 12. NOBLEVILLE l. c. p. 524.), ut corium vitulinum tenue (BARD l. c. p. 743.), ut subst. tracheae ipsius (HARLES l. c.), ut cartilago (KRETSCHMAR l. c. p. 347.), ut cornu (PORTAL 2. T. p. 143.).

79) GHISI l. c. HAASE l. c. Obs. 6. 62. GOELIS p. 144. RYMKIBWICZ l. c. p. 5. fere omnes.

80) MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 6. B. p. 120. THILENTUS p. 58.

81) BARD apud JOHNSTON p. 368. PORTAL op. c. 2. *Th.* p. 143.

82) KRETSCHMAR l. c. p. 347 (crassitudo calami anserini).

83) GHISI l. c. CALLISEN l. c. STARR, MARTIN v. SANDIFORT *Thes. diss.* T. 2. NOBLEVILLE l. c. p. 524. HOPFF p. 12. JONAS p. 145. ROYER-COLLARD l. c. p. 428. *Superficies externa tubi lacvigata et in-*

instar valvulae ⁸⁵⁾ parietibus adhaeret, nunc lacunas, indicia scilicet frustulorum sub morbo rejectorum, relinquit ⁸⁶⁾, nunc denique firmiter tracheae adnectitur ⁸⁷⁾, aut ab ea intermedia materia fluida glutinosa separatur ⁸⁸⁾) tracheam, inquam, sine inflammatione ⁸⁹⁾, sine pseudo-membrana ⁹⁰⁾, sine lympa coagulabili ⁹¹⁾, cum excrescentiis polyposis parieti illius posteriori adhaeren-

terna inaequalis esse solet, testantibus BAECK p. 342. MARTIN l. c. p. 121. 122. ALBERS l. c. p. 61. JURINE l. c. p. 26. HAASE l. c. Obs. 54.

84) BARD apud JOHNSTON l. c. p. 368. GOELIS l. c. p. 143.

85) F. G. VOGEL *Handbuch*. 4. B. p. 120.

86) PORTAL l. c. 2. Th. p. 144. Nullum ante biduum membranae rejectae vestigium JURINE (l. c. p. 40.) de tegere potuerat.

87) PORTAL l. c. p. 84. VIEUSSEUX l. c. p. 97 (inprimis parieti posteriori tracheae).

88) ROYER-COLLARD *Dict.* p. 429. RYMKIEWICZ l. c. p. 5.

89) HAASE l. c. Obs. 59. 72. 88. ALBERS l. c. p. 61. Interim valet de trachea, quod ROYER-COLLARD de laryngis membrana dixit (*Dict.* p. 431.) „il n'est pas même rare de trouver cette membrane à peu près dans son état naturel.“

90) CRAWFORD l. c. p. 214. „Dr. AUSTIN mihi praebuit casum, in quo, cadavere lustrato, nusquam deprehendebatur membrana: trachea tamen inflammationis signa prae se tulit.“ Idem in duobus cadaveribus vidi.

91) RAVENAU l. c. p. 12. 13.

haerentibus ⁹²⁾, cumque massis minoribus in muco suspensis ⁹³⁾; — *bronchia* inflammata ⁹⁴⁾, materia pultacea ⁹⁵⁾, lymphæ coagulabili ⁹⁶⁾, muco cum flocculis ⁹⁷⁾, concretionibus polyposis ⁹⁸⁾, et trachea pendulis ⁹⁸⁾, mollioribus ¹⁰⁰⁾ repleta. — Massæ seu concretiones ex croup, quæcumque demum in canalis aërei parte efformatae, pro re nata albae, flaviusculæ et bruneæ ¹⁾, griseæ ²⁾ virides ³⁾, nigrae ⁴⁾, splendidaeque ⁵⁾ cernuntur. Pseudomembranae, quæ cum membrana mucosa tracheæ cohaerent, sæpe strias sanguineas vel

pun-

92) ROYER-COLLARD l. c. p. 428.

93) Idem ib.

94) GHISI l. c. p. 13. LECHEVRET l. c. p. 144. VALENTIN l. c. p. 74. In multis observavi.

95) ROYER-COLLARD Dict. p. 431. HAASE l. c. Obs. 31. I. P. FRANK Interpr. clin. P. I. p. 188.

96) VIEUSSEUX l. c. Obs. 36. p. 269. Acta mea clinica l. c. p. 65. ALBERS l. c. p. 61.

97) ROYER-COLLARD l. c. p. 428. CHEYNE l. c. p. 25.

98) ROYER-COLLARD l. c. p. 429.

100) Firmitas pseudomembranarum, quo profundius decurrunt, decrescit. HOPFF p. 11. 12. Interea exempla contraria apud HOME l. c. et RUMSEY l. c. p. 170. exstant.

1) BAYLEY l. c. p. 230.

2) MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 6. B. p. 119.

3) ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* l. c. p. 58. CHEYNE l. c. Plat. 1. 2. 3. 5. JURINE l. c. p. 43.

4) HOME l. c. Obs. 12. JURINE l. c. p. 67. ALBERS *ibid.*

5) BAECK et SALAMON l. c. p. 286.

puncta cruenta exhibent⁶⁾, quin vasa sanguinea^{*)}, vel fibrae^{**)}, in iis hucusque demonstrari potuerint⁷⁾. *Pulmones* vel sani⁸⁾ sunt vel aëre expansi, crepitantes⁹⁾, coloris rosei¹⁰⁾, inflammati¹¹⁾, variegati¹²⁾. Interdum lobus unus alterve pulmonum sanguine turgidus¹³⁾, ecchymosi notatus¹⁴⁾ reperitur. *Pleura* et pars thoracica *diaphragmatis* leviter inflammata¹⁵⁾, visa sunt. Detecti porro fuere liquor extravasatus in

6) ROYER-COLLARD *Dict.* l. c. p. 429.

*) MICHAELIS l. c. KOHLRAUSCH apud SACHSE l. c. p. 77. BOEHMER (*MICH. med. Bibl.* 1. B.).

***) SALAMON et BAECK, CAILLOU l. c. p. 105. 106.

7) ROYER-COLLARD et ALBERS.

8) HAASE l. c. Obs. 21. 54. 58. 59. 72.

9) Idem l. c. Obs. 1. 31. 77.

10) ALBERS *Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 68. HAASE l. c. Obs. 65.

11) GHISI l. c. p. 13. „*I polmoni anco esteriormente ci si diedero a conoscere infiammati . . . L'infiammazione loro si potè dire risipolare, giacchè conservavano ancora un color assai rubicondo.*“ MARCUS p. 10. 94. 105. JONAS p. 147. HEIM p. 52. 54. LECHEVRET l. c. p. 14. PORTAL l. c. p. 142.

12) JURINE l. c. p. 21.

13) SÉDILLOT l. c. p. 165. 166 (ita ut fundum aquae peteret). CHEYNE l. c. p. 107.

14) JURINE l. c. p. 43. HAASE l. c. Obs. 21.

15) GHISI l. c. „*La pleura e il diafragma, nella parte massime destra del petto, erano leggermente infiammati.*“ JURINE l. c. p. 90.

in saccis pleurae ¹⁶⁾ et pericardii ¹⁷⁾; — sanguis conglumatus in cordis ventriculis ¹⁸⁾, praecipue in auricula dextra ¹⁹⁾; — aorta ²⁰⁾, arteriae pulmonales ²¹⁾ vacuae, venae cordis repletae ²²⁾, glandula thymus magna ²³⁾, viscera abdominalia in statu normali ²⁴⁾, volvuli intestinorum ²⁵⁾, ventriculus mollis pituita repletus ²⁶⁾, glandulae mesenterii induratae ²⁷⁾; — cerebri sinus ²⁸⁾ et vasa ²⁹⁾,

16) MATTHEY in *Annales de la Société de médecine de Montpellier*. N. 60.

17) SALAMON et BAECK p. 333. AUTENRIETH l. c. p. 348. CHEYNE l. c. p. 110. 116. 25.

18) ALBERS l. c. p. 69. CHEYNE l. c. p. 25. HAASE l. c. Obs. 31.

19) GHISI l. c. p. 13. „... la vena cava e i destri seni del cuore erano soverchiamente ripieni d'atro grumoso sangue. ALBERS l. c. p. 70. FÜRSTENAU l. c. p. 7. HASKELL l. c. Cor sinistrum potius sanguine redundabat apud HAASE l. c. Obs. I.

20) GHISI l. c.

21) HARLES in HUFELAND's *Journ.* 6. B. p. 579.

22) SACHSE l. c. p. 298.

23) HARLES l. c. p. 21.

24) GHISI l. c. („il solo intestino ileon era in qualche luogo rosseggiante e leggermente infiammato“). MAHON l. c. p. 208. VALENTIN l. c. p. 134. DABNEY l. c. p. 97. Acta mea clinica l. c.

25) HEIM l. c. p. 51. 56.

26) HOME l. c. p. 608.

27) PORTAL op. c. 1. T. p. 21. HARLES l. c. p. 585.

28) HAASE l. c. Obs. 98.

vasa ²⁹⁾, inprimis venae ³⁰⁾, sanguine atro turgidae ³¹⁾, interdum serum extravasatum in cerebri ventriculis ³¹⁾, vel ad basin cranii ³²⁾, praecipue in fossa occipitali inferiori ³³⁾, item inter meninges ³⁴⁾; — cerebrum normale ³⁵⁾, punctis rubris insignitum ³⁶⁾, ita etiam medulla spinalis ³⁷⁾; — in nervis tum illo vago, recurrente laryngis, tumque intercostali nihil abnorme ³⁸⁾.

Analysis
chemica.

2, *Analysis chemica* hucusque docuit concretiones ex croup formatas albuminis coagulati naturam habere. Enimvero illae nec aqua frigida, nec fervente, sed in alcali, diluto aqua, praecipue in majori caloris gradu solvuntur. In combustis vero pseudomembranis continetur carbonas sodae et phosphas calcis ⁴⁰⁾. Qui experi-

mentis

29) ROYER-COLLARD l. c.

30) BEAUCHÈNE l. c. p. 20. RECHOU l. c. p. 5.

31) JURINE l. c. p. 93. RECHOU l. c.

32) ROYER-COLLARD l. c.

33) BEAUCHÈNE l. c. RECHOU l. c.

34) PORTAL *mémoires sur plus. malad.* T. 3. p. 85.

35) ROYER-COLLARD l. c.

36) HAASE l. c.

37) PORTAL l. c.

38) In quibus cadaveribus hos nervos lustraveram, semper eos inveni in statu integro. Similem conditionem illorum describit RYMKIEWICZ l. c. Obs. I. p. 5. Falsa hinc est conjectura REIMERI (*Untersuch. üb. die nächste Ursache d. Hustens.* Leipz. 1819 p. 58—77).

40) SCHWILGUÉ l. c. p. 25. Cfr. JURINE op. c. p. 237.

Tribunal expertorum sic de hoc opere judicat: „qua

mentis ulterioribus istam doctrinam excolere satagunt, observationes BERZELII ⁴¹⁾ de varia mucii conditione secundum varias membranas eum secermentes, pro fundamento habeant.

§. XI.

C a u s s a e.

1. *Disponunt* ad croup: 1° *aetas* infantilis ^{C. prae-} ^{disponen-} ^{tes.} ^{lis} ⁴²⁾ et ita quidem, ut primis vitae mensibus ^{haud}

les analyses exposés dans ce mémoire, quoique entreprises dans des bonnes vues exécutées avec zèle, manquent essentiellement de cette exactitude qui peut seule en garantir les resultats et en rendre les conséquences certaines."

41) *A view of the progress of animal chemistry.* Lond. 1813. p. 58.

42) Auctores in rebus stabiliendis non contenti, quoque in rationem, cur aetas infantilis praecipue croup subjiciatur? inquirere sategerunt. Sequentes hoc sub respectu editae sunt in lucem *hypotheses*: infantes praeadultis croup experiuntur, 1° quia praedominatur in iis lymphatici laticis excedens copia (HOME l. c. Cfr. Experimenta GEOFFROY in *mém. de l'acad. des sc. à Paris a. 1730.* et ASSALINI *Essai méd. sur les vaisseaux lymphat. Turin 1787.*); 2° quia sensibilitate majori organorum respirationis praediti sunt (STOLL *rat. medendi* T. III. p. 42.); 3° quia evolutio illorum organorum nondum absoluta est (MARCUS l. c. p. 19.); 4° quia affluxus sanguinis major superiora versus urget (SACHSE l. c. p. 180—85.); 5° quia minus idonei sunt mucum in affectionibus catarrhalibus rejiciendi (SACHSE l. c. p. 182.); 6° quia vasa lymphatica facil-

haud communis sit ⁴³⁾, frequentissimus inter primum et septimum annum ⁴⁴⁾, rarior inter septi-

lime in illis laeduntur (THILENIUS l. c. p. 55.); 7° quia ad inflammationes praesertim tunicae mucosae inclinant (ALBERS Comment. de tracheitide p. 61.) et 8° quia tracheitis exanthematibus juncta esse solet, tenerae aetati maxime infensis (ALBERS Commentat. l. c.).

43) *Unius mensis infantem croup affectum vidit MOLLOY (in a chronolog. history of the weather and seasons and of the prevailing diseases in Dublin. Lond. 1770. p. 110.), et trimestrem DESESSART (l. c. p. V. praef.).*

44) Inter 189. infantes croup laborantes, quarum observationes SACHSE (l. c. p. 177.) tum ex propria, tum ex aliorum experientia collegit, sequens invenitur ratio: a nativitate usque ad annum primum absolutum 16; — ab anno primo usque ad secundum 45; — a secundo ad tertium 35; — a tertio ad quartum 31; — a quarto ad quintum 27; — a quinto ad sext. 17; — a sexto ad septimum 18. — Inter 91. a croup peremptos aegrotulos, de quibus JURINE (l. c. p. 172.) rationem reddit, unus tantum decimum superabat annum. Inter 92. aegros sequens fuit ratio apud HAASE (l. c. p. LXXX). Infantes 3 *necdum annum* attingentes, — 8 puellae et 9 pueri *ab anno primo ad secundum*; 5 puellae et 3 pueri *annorum duorum*; — 2 puellae et 4 pueri *a. trium*; — 10 puellae et 6 pueri *a. quatuor*; — 6 puellae et 7 pueri *a. quinque*; — 3 puellae et 5 pueri *a. sex*; — 3 puellae et 3 pueri *a. septem*; — 2 puellae et 1 puer *a. octo*; — 1 puella *a. novem*; — 1 puella et 2 pueri *a. decem*; — 2 pueri *a. undecim*; — 1 puer *a. tredecim*; — 2 pueri *a. quatuordecim*; — 1 juvenis *a. octodecim*; — 1 ancilla *a.*

septimum et decimum quartum⁴⁵⁾, ac inter decimum quartum et vigesimum primum⁴⁶⁾; rarissimus

H 2

simus

unodeviginti; — 1 vir anni *vigesimi primi*, — ancilla ann. *viginti quinque*; — 1 vir an. *sexaginta*; — 1 vir an. *sexaginta et octo*. Inter 39 proprios aegros sequens exstat calculus: a nativitate ad ann. primum 2: (inter hos infans octo mensium, jam tertio mense dentes duos incisivos maxillae inferioris sine molestia acquisiverat); a primo ad secundum 8; — a secundo ad tertium 4; — a tertio ad quartum 7; — a quarto ad quintum 2; — a quinto ad sextum 4: — a sexto ad septimum 5. (De septem residuis mox infra). Ex quibus singulis colligitur 1° falsum esse, quod WIRGAND (*Guter Rath u. Unterricht, wie sorgsame Mütter ihre Kinder gesund erhalten. Hamb. 1807.*) contendit, infantes ubera sugentes croup non acquirere; et 2° hunc morbum inter aetatis ann. primum et secundum maxime obvenire.

45) Testantur de croup incidente in annum 8. SCHULTZ, ALBERS, LENTIN, FIELD, PORTAL, ZOBEL etc. in 9. MAERKER, HOME, HECKER etc. in 10. SACHSE, VIEUSSEUX etc. in 11. SACHSE, STARR, NOBLEVILLE; in 12. STRUVE (*Act. nat. cur. Vol. I.*), CRAWFORD, ALBERS etc. in 13. RUMSEY, SACHSE et ego (in clin. Vilnensi a. 1820. mense Maji) ac in 14. BAXLEY, MICHAELIS, MAERKER, SACHSE etc.

46) Observarunt Croup incidere in annum 15. Ipsemet (1816 mense Januar. in praxi privata duo exempla in virginibus vidi) — in a. 16. THILENIUS et ego (in Clinico a. 1816. mense Febr.) — in a. 18. STOLL (*rat. medendi P. 7. p. 93.*), GOELIS (*tract. p. 144.*), SACHSE et ego (*Acta clin. l. c. p. 55.*) — in 19. PORTAL, THILENIUS in 21. KEIR (*diss. de cynanche tracheali l. c. p. 57.*):

simus ⁴⁷⁾ in aetate media ⁴⁸⁾ et senili ⁴⁹⁾; 2^o opus dentitionis et evolutio organorum vocis; 3^o peculiaris quarundam familiarum conditio ⁵⁰⁾ et infan-

47) Falso autem de BONNAFOY MALLET (l. c. p. 116.) et FORMEY (l. c. p. 480. 81.) contendunt croup in adultis non obvenire. Altera vero ex parte cum ALBERS (*Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 79.) libenter concedo neminem pro veritate exemplorum omnium croup adutorum, quae ab auctoribus enarrantur, spondere posse.

48) A. 24. TH. WILSON (in *Med. chir. Transact.* Vol. VI. 1816. p. 340—57.); a. 25. v. *Med. Comment.* 7. B. ARDOIN, THILENIUS, BRERA (*Annot. med. prat. sulle diverse malattie trattate nella Clinica di Pavia*); a. 30. ARDOIN, FLORMANN et ego (auriga in clin. 1814. mense Maji), a. 34. JONAS, HOFFE et ego (*Acta clin. l. c. p. 56.*), a. 36. HILL, — a. 40. KEIR (l. c. p. 5.), WATON, HILL; — a. 42. JACKSON; a. 44. LEMAIRE; a. 45. v. *Edinb. Comment.* 9. B.; a. 47. (BOECKER in *Ars-Berättelse om Svenska Läkare-Sällskapets arbeten. Stockholm 1818.*); a. 49. J. P. FRANK (*Interpr. clin. l. c. p. 194.*); a. 52. BRERA (*Prospetto dei risultati ottenuti nella Clin. di Padova 1811—12.*); a. 56. BERNARD; a. 57. JURINE; a. 58. WÄCHTER v. SACHSE.

49) A. 60. HUFELAND; a. 65. WATSON ROBERTS (in *Trans. for the improvement med. and chir. etc. VI. Tom. p. 136.*); a. 67. v. CRAIK et DICK in *the med. repos. of Newyork. Vol. 3. p. 311.* (car. III. WASHINGTON die 14. Xbris 1799. culpa croup demortui v. VALENTIN op. c. p. 376.); a. 70. CHAMBON DE MONTEAUX.

50) Quamvis BUCHANIO (*medecine domestique, übersetzt v. SPRENGEL* p. 573.) et HAASIO (l. c. p. LXXXII.) croup pro haereditario declarantibus neutiquam assen-

infantum ad affectiones catarrhales contrahendas dispositio⁵¹); 4^o sexus masculinus⁵²); 5^o temperamen-

tiri possimus; nihilominus exempla croup plurimos infantes ejusdem familiae nunc simul, nunc successive adgredientis ita numerosa sunt, ut *dispositio* in illis ad croup plane negari non possit. Observationes opinionem istam confirmantes inveniuntur apud CHEYNE l. c. p. 123. LENTIN l. c. p. 347. ARCHER l. c. p. 35. MAERKER l. c. p. 81. LATOUR l. c. p. 19. MATON l. c. p. 371. ESCHENMAYER l. c. p. 53. VIEUSSEUX l. c. p. 81. LEVÈQUE-LASSOURCE l. c. p. 206. STIEGLITZ v. ALBERS *Anm. zu ROYER-COLLARD* p. 95. HAASE op. cit. p. LXVII. (*quatre enfans d'une mère en six semaines morts de croup*), KEIR l. c. p. 5. („Dominam cognosco, quae aggressionibus repetitis cynanches trachealis ab anno aetatis vigesimo laboravit, cujus mater etiam anno quadragesimo morbo nostro laboraverat; prioris liberi huic morbo praecipue obnoxii sunt, et jam ab illo unus mortuus est“) et in *Actis meis clin.* l. c. p. 57. Quid demum miri? Nonne et *encephalitis hydrocephalica* nonnullis familiis propria est (Cfr. hujus op. P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. 6. (92)).

51) „*Il parait que les enfans sujets à s'enrhumer sont plus susceptibles, d'être atteints du croup*“ VALENTIN l. c. p. 388. Item „Sunt etiam tracheitidi subjecti infantes . . . praesertim vero ii, qui . . . saepius catarrho aliisque morbis membranae pituitosae adficiuntur.“ ALBERS *Comment.* p. 62.

52) Ait quidem ROYER-COLLARD *Dict.* p. 434. „*Le sexe n'a aucune influence bien constatée sur le croup*“; verum tamen observationes LENTINI (*Beitr.* 1. B. p. 304.), GREGORYI (YELLOLY l. c. p. 11.), JURINEI

ramentum sanguineo-nerveum⁵³), et educatio, quâ temperamentum vitium magis magisque evolvitur⁵⁴); 6° tempus autumnale, hyemale et ver-

(*Rapport sur le croup*), HAASII (l. c. p. LXXIX. inter 133 aegros, 47 puellas, 54 pueri et 32, ubi de sexu mentio non injicitur), ALBERSI (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* l. c. p. 81.) et meae (inter 39 aegros, 23 mares et 16 puellae) contrarium docent. AUTUMAT DICK (l. c. p. 245.) inter infantes magis puellas, inter adultos vero magis mares a croup adfici, quod meae observationes neque confirmant neque refutant. Inter sex enim, quos curavi, aegrotos ab anno aetatis 15 ad 34, tres numerabantur mares totidemque feminae. LA-CROIX (l. c.) croup magis puellis quam pueris infensum vidit.

53) ROYER-COLLARD (*Dict.* p. 435.) addit *temperamentum lymphaticum*, quod nullo pacto confirmatum habeo, observationes enim meae docent infantes plethoricos et valde irritabiles (ni fallor, et illos, qui collo praeter modum brevi instructi sunt) croup obnoxios esse. Nec JURINEO (l. c. p. 184.) contendenti, *vitium serophulosum* ad croup disponere assentiri possum. Istiusmodi opinionis quoque est ALBERS (*Anmerk. zu JURINEO* l. c.).

54) ROYER-COLLARD l. c. sic *plethora* per victum et motum nimium; — *irritabilitas* per vitam sedentariam, educationem effeminatam. Nullam tamen classem civium croup plus aut minus obnoxiam, hucusque reperi, est enim morbus nec divitibus, nec pauperibus parcens. Miratus sum (Act. mea clin. p. 72.) croup ab an. 1805 ad 1811. nulli medico Vilenensi inter gentem Judaicam obvenisse; at serius ab a. 1812 ad praesens usque tempus pluries contrarium contingit

vernale ⁵⁵); — 7^o regiones, quae maii ⁵⁶), paludum ⁵⁷), lacui ⁵⁸) aut flumini majori ⁵⁹) (inprimis
si

ita ut inter proprios aegros quater croup in Judaeis observaverim.

55) Testantibus HOME, MAERKER, ALBERS, JURINE, HOPFF, THILENIUS, SCHAEFFER, MICHAELIS etc. Vilnae croup maxime mensibus Decembris, Martii et Aprilis, rarius hyeme, rarissime aestate occurrit. Croup hyemalis multa exempla JURINE collegit (l. c. p. 186).

56) HOME l. c. p. 7. ALBERS *Annal.* p. 32. VALENTIN l. c. p. 35. „*Les nombreux documens que j'ai reçu de presque toutes les villes maritimes des Etats Unis . . . ne laissent aucun doute, que le croup est plus commun dans ce pays que dans l'Empire françois.*“ Verum non omnes urbes maritimae croup frequenter exhibent. „PALLONIUS, Liburnensis, ALBERSIO retulit rariorem esse in urbe tracheitidem quam in agris vicinis“ Comment. p. 65.

57) CRAWFORD l. c. p. 13. ARCHER (l. c. p. 13.) „*And I know the disease takes place in a far greater number of instances in the low marshy lands, called the Neck.*“

58) Ex copiosis observationibus VIEUSSEUX, JURINE, ODIER, croup prope lacum Lemanum frequentissime obvenire, constat. Cfr. SACHSE l. c. p. 185. VALENTIN l. c. p. 65. JURINE l. c. p. 183. ait: „*Auch weiß ich, dafs der Croup sich zu St. Gallen, Constanz, Zürich, Bern, Neufchatel, Yverdun, Lausanne, Genf, Annecy, alles gebirgigte Gegenden mit Seen, sehr häufig zeigt.*“

59) Prope Vistulam DE LA FONTAINE (VALENTIN l. c. p. 51.), prope Visurgim ALBERS (Comment. l. c. p.

si a montibus circumdentur) adjacent, quandoque et aliae⁶⁰), ut nemorales⁶¹); — et 8^o annua sive epidemica constitutio⁶²), vix aut ne vix quidem contagium⁶³).

2. *Ex-*

45.) „apud nos (Bremæ) solent quotannis quadraginta aut quinquaginta eo morbo corripri.“ Prope Albim „REIMARUS etiam, qui Hamburgicis per seculum dimidium sua arte profuit, tracheitidem ibi frequenter regnare affirmat. Idem de Lubeca statuendum est.“ ALBERS (Com. p. 66).

60) Et in *locis siccis* croup obvenire docent observationes RUMSEYI, LENTINI, BORROWII (l. c. p. 32.), FORMEY etc. — Nec Urbs *Vilna*, utpote clivosa, quamvis prope duo flumina sita, humida dici potest (Act. mea clin. Vol. I. continens topographiae specimen).

61) PETRI apud ALBERS, *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 88 nota.

62) Pulchre ait ROYER-COLLARD (*Dict. l. c. p. 437.*): „*Il est des circonstances où le croup se multiplie tout à coup d'une manière effrayante, sans que les causes qui le provoquent ordinairement paroissent sensiblement plus nombreuses ou plus actives: il devient alors manifestement épidémique.*“ Re vera epidemiae croup observatae fuerunt A. 1576 Parisiis a BAILLOU; A. 1747 et 48 Cremonae a GHISI l. c.; A. 1750 Cornwale a STARR; A. 1752 Newyorkii a MIDLETON v. BAYLEY l. c.; A. 1760 Lancastri a COORSON; A. 1761 — 62 Fahlunii a SCHULTZ et Upsalae a HALEMIO; A. 1764 Francofurti a BERGEN; A. 1765 Goettingae a MICHAELIS; A. 1769 Colmari a WAHLBOM; A. 1770 St. Mauritii a GASTELLIER; A. 1772 Stockholmiæ a BAEK et SALAMON; A. 1774 Forgesii a LEPECQ DE LA CLO-

2. *Excitant* croup in praedispositis: '1^o frigus humidum, inprimis atmosphaerae vicissitudines⁶⁴), C. excitantes.

TURE (*méd. Topogr. d. ganzen Normandie. Stendal* 1794. p. 78.); A. 1775 Wertheimii a ZOBEL; A. 1778 Leopoli a HIRSCHFELD (VALENTIN l. c. p. 404.); A. 1779 New-yorkii a BARDIO; A. 1781 New-yorkii a MICHAELIS; A. 1785 Clausthalii a BOEHMERO; A. 1793—94 Cheshamii a RUMSEY et MACARTAN et Halifaxii ab ALEXANDER; A. 1799 Nordhausii a MOSTIO; A. 1800 Ravensburgii a QUENTIN et Varsoviae a HIRSCHFELDIO (VALENTIN l. c.); A. 1801 Schlutzii a THILEMIO; A. 1801 prope Aquisgranum a JONAS; A. 1802 Edinburghii ab ANDERSONIO; A. 1804 Altonae a GUTFELD, Neustadtii ab ECCARDO; A. 1805 Würceburgi a HORSTIO; A. 1806 Orleansii a LATOUR, et in Virginia (VALENTIN l. c. p. 407.); A. 1807 Tubingae ab AUTENRIETHIO, Meiningae a JAHNIO, Bambergae a MARCO; A. 1808 Ratzeburgi a MÜNCHIO (v. SACHSE l. c. p. 233.), Viennae a GOELIS; Genevae a JURINEO; A. 1813 Bremae ab ALLERS (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 94) etc. Mirum hinc est, cl. FORMEY (l. c. p. 507.) negasse croup unquam fieri epidemicum! Verum idea morbi epidemici quodammodo relativa est; atque cum croup plerumque tantum ad infantes circumscriptus sit, neutiquam expectandum, eum instar pestis nulli aetati parcentis late grassari posse. Caeterum quamvis a. 1808 croup et Vilnae crebrius obvenerit, attamen exempla illius circiter 12, quae spatio nonnullorum mensium in urbe 45,000 incolarum, visa sunt, ut morbus pro epidemico declarari possit, mihi haud suffecisse videbantur.

63) Croup pro contagioso declararunt ROSENSTEIN (*Kinderkrankh. 6. Aufl. Götting. 1798. p. 707*). FIELD

nes ⁶⁴), inundationes ⁶⁵), humectatio pedum ⁶⁶),
eva-

(l. c. p. 561). BARTON (apud ARCHER l. c. p. 16). GOELIS (l. c. p. 4). Quaestionem, num contagiosus sit nec ne, dirimere non audent WAHLBOM (MICHAELIS diss. p. 276.), ALEXANDER (l. c. p. 13.), RUMSEY (l. c. p. 156.), JONAS (l. c. p. 148.), HAASE (l. c.), BECKER (l. c. p. 334.), KOPP (*Beobacht. in d. Gebiete d. ausüb. Heilk. Frankft. 1821.*). Contagiosam vero naturam negant doctrinae coryphaei HOME (l. c. p. 16.), MICHAELIS (*Bibl. I. B. p. 104.*), JURINE (l. c. p. 334.), ALBERS (Comment. p. 73.), ROYER-COLLARD (*Dict. p. 438.*), SACHSE (l. c. p. 233.), VALENTIN (l. c. p. 411.) etc. Quamvis pluries aegrotos croup laborantes ab aliis infantibus circumdatos vidi, quin morbus illos attigisset, quamvis et duae virgines decimum et quintum annum agentes, quas a. 1816 croup detentas curaveram, in domo educationis degerent, in qua perfecta separatio vix locum habere potuerit, morbusque nihilominus ad alias puellas non propagaretur; attamen malo in re tam ardua iudicium potius suspendere, quam praecipitare. Interea certum est, quod croup, qui morbillorum scarlatinaeque est comes, a contagio excitatur; quodque etiam a nemine negatur.

64) Observarunt HIPPOCRATES (de anginis in genere 3. aph. 16.): „ubi fiunt imbres, frequenter grassari anginas.“ Croup epidemicum vidit NOBLEVILLE (l. c. p. 523.) „post tempestatem vehementer inconstantem atque potissimum humidam, ea dein admodum frigida facta.“ WAHLBOM (l. c. p. 277.) asserit: „cum verus mensis Novembr. finem et Decembr. initium coelum serenum aërique intense frigidus fieret, morbus iste cessavit; redibat tamen cum tempestatibus pluviosae ac

evaporatio linteorum madidorum ⁶⁷), habitatio in cubiculis calce recenter inductis ⁶⁸), aër nocturnus ⁶⁹): 2^o ventus septentrionalis ac eurus ⁷⁰);
3^o cor-

humidae inclementia.“ Idem testantur ALBERS (*Annal.* p. 35.), HARLES (l. c. p. 566.), HOPFF (l. c. p. 101.), MICHAELIS (l. c.), SACHSE (l. c. p. 189). Vilnae croup vigente magno gelu non obvenerat, secus autem sub temperie humida, derepente post gelu ingruente, dum scilicet glacies solvebatur. Ait HAASE (p. LXXXII.): „*plusieurs enfans sont tombés malades à Moscou par un tems sombre, humide, par des brouillards et un dégel extraordinaire.*“

65) AUTENRIETH l. c. p. 11 — 13.

66) HOME l. c. Obs. 12. Observavi in puero 7 annorum post deambulationem in prato prope Rybiszki.

67) Confirmatam habeo observationem DE LA FONTAINE (VALENTIN l. c. p. 51.), quippe qui croup saepius inter *infantes lotricum* vidit.

68) „Sic experientia teste, fumesta saepe fauoiium inflammatio accedit iis, qui conclavia calce recenter inducta inhabitant inque iis dormiunt; quo quidem aliquando plures infantes enecatos novi ego, ac idem notabili exemplo confirmat TULPIUS L. III. C. 41.“ FRIED. HOFFMANN *Med. rat. Syst.* T. IV. P. I. p. 125. Cfr. RUSH (VALENTIN l. c. p. 276.) et *Acta mea clin.* l. c. p. 62. 66.

69) Dies natalitia Divi IMPERATORIS ALEXANDRI in $\frac{XII}{XXIV}$ Decembrem incidens per urbis quoque nostrae illuminationem celebrari solet. Jam nonnullos inde pueros spectaculi gratia ab incautis matribus in vias publicas portatos a croup correptos vidi. Idem

3° corporis aestuantis refrigeratio ⁷¹⁾, maxime a perversa hodierna vestiendi ratione, brachiis, pectore et collo denudatis ⁷²⁾, a potu gelido ⁷³⁾, imprimis post cursum ⁷⁴⁾ et cantum ⁷⁵⁾, a rescissione

JURINE (l. c. p. 196.) post ignes artificiales observavit.

70) Croup procul dubio morbum praecipue regionibus septentrionalibus maxime addictum sistit. Sic uno ore fatentur ALBERS Comm. l. c. p. 44. VALENTIN l. c. p. 44.

71) HOME l. c. p. 57. SACHSE l. c. p. 196. BAECK et SALAMON l. c. p. 287. CHEYNE l. c. p. 122. HOPFF p. 17. 78.

72) „Enfin la funeste coutume, qui s'est introduite presque partout, de vêtir trop légèrement les enfans et surtout de leurs laisser les bras et le cou presque entièrement nus, les livre, pour ainsi dire, sans défense aux impressions du froid et de l'humidité et leur en fait ressentir plus vivement les effets.“ ROYER-COLLARD Dict. l. c. p. 435. „J. ERNEST. HEBENSTREIT, professeur à Leipsic, pense que la coutume, que l'on a adoptée de laisser sortir les enfans très jeunes, ayant la poitrine et les bras nus, est une des causes les plus propres à déterminer le croup.“ VALENTIN l. c. p. 387. Causa haec maxime rationem reddere videtur, cur croup frequentius nunc obveniat quam olim. Cfr. LENTIN in HUFELAND'S Journ. 2. B. p. 169. JONAS.

73) CARRON l. c. p. 406.

74) BOERHAAVE Aphorism. 799.

75) Adolescens 16 annor. in Clinico Vilmensi mense Novembr. 1816. decumbens, in croup incidit, postquam in ecclesia multum cantaverat ac dein post cursum aquam gelidam epotaverat. Puer 13 annor. Maji 1820

sione capillorum ⁷⁶); et 4^o morbi potissimum exanthematici ⁷⁷), ut morbilli ⁷⁸), scarlatina ⁷⁹), vario-

in clinicum susceptus, morbum ex potu cerevisiae frigidae, aestuante corpore laustae, contraxit.

76) SOEMMERRING in *Göttingischen gelehrten Anzeigen*. 1804. St. 63. p. 624. WOLFF l. c. p. 34. 36. ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 88.

77) Morbos exanthematicos inter causas excitantes croup locamus, quod vero non impedit, quominus haud raro etiam pro causis praedisponentibus habendi sint. Observationes enim tum aliorum, tum meae testantur, infantes superatis vix morbis exanthematicis, imprimis morbillis, ad croup valde dispositos esse. Omni hinc jure ait ROYER-COLLARD (*Dict.* l. c. p. 436.) „On peut demander si leur influence (des phlegmasies cutanées) ne se borne pas plutôt à faire naître dans l'économie, un état ou une disposition qui la rende plus susceptible d'être affectée par les causes externes du croup? —

78) Croup sub stadio invasionis morbillorum evoluti jam mentionem injeci (P. I. Vol. II. C. XII. §. LVII. 3. p. 243 (*)). Casus similes et postea plurics vidi: et apud FIELD (l. c. p. 166. et *Mem. of the med. Soc. of Lond.* Vol. 5.), SACHSE (l. c. p. 210.), JURINE (l. c. p. 192. Obs. 51. 53. 54. 55. 56.), COLLINET (*Journal de méd.* T. 31.) et ALBERS (*Comment.* p. 78.) leguntur. Aegri, de quibus sermo hic est, omnes generis masculini erant (JURINE l. c. p. 206), et facta eruptione morbillorum sub debita medela croup evanuit, morbo dein curriculum suum absolvente. ALBERS refert, se et croup post morbillorum eruptionem quamvis raro observasse (l. c. p. 79). Item JURINE (l. c. p. 206. Obs. 59). De croup post morbillos praeterea

variolae⁸⁰), urticaria⁸¹), erysipelas⁸²), herpes⁸³), coqueluche⁸⁴) et aphthae⁸⁵).

§. XII.

loquuntur AUGUSTIN (*Journal d. ausl. med. Literatur v. HUFELAND, SCHREGER u. PARLES. 1. B. p. 13.*), RUMSEY (l. c. p. 166.), SCHAEFFER (*Kinderkrankh. p. 322.*), JURINE l. c. Obs. 52. 57. 58., HOME (post sex hebdomadas), HAASE (l. c. Obs. 29. 58. 90. 117. 118. 120. 121.). In convalescentia croup, morbillos (si matri aegrotulae fides adhibenda sit) pro secunda vice ingruentes, raucedinem ex illo morbo superstitem, debellasse vidit NAHUMOWICZ (l. c. p. 13. 14).

79) Et croup a scarlatina excitati ex aliorum observationibus memini (l. c. C. XI. §. LI. p. 199 (94), ego enim nunquam vidi, quod et JURINE de se ipso fateatur (l. c. p. 209). Casus imprimis scarlatinae typhoides exstant apud MORTON (*Opp. med. Gen. 1696. C. 3. p. 13.*), AURIVILLIUS (l. c.), STARR (l. c.), JOHNSTON (*Philos. Transact. N. 49. a. 1749.*), WITHERING (*an account of the scarlatfever and sore throat. Lond. 1779.*), UEBERLACHER (*Abh. v. Scharlachfieber. Wien 1780.*), HEBERDEN (*Comment. edit. SOEMMERINGII 1804. p. 22.*), SACHSE (l. c. p. 209.), HARRIS (*The philadelph. med. and phys. Journ. by BARDON. Philad. 1805. P. I. Vol. 2. p. 28.*), STOLL (*Rat. medendi. Vien. 1790. Par. VII. p. 92. Hist. 12.*), ALBERS (*Comment. p. 80. p. 82.*) ait: „et quidem nunc maturius, nunc serius accedit tracheitis, saepius vitae infensa.“ Periculum connubii croup cum scarlatina confirmat NAVIER (*Diss. sur plusieurs maladies populair. Paris 1753. p. 212.*) et PINEL (*med. clinique. p. 220.*) Nec mirum, si gangraena ad tracheam extendatur, quod negat quidem ALBERS (l. c.), sed sectiones cadaverum confirmant (TAFIUS *Obs. med. p. 42.*) In-

§. XII.

D i a g n o s i s.

1. Croup cum symptomatibus catarrhalibus Sympto-
mata ca-
in-tarrhalia.

mo exempla, ubi cynanche gangraenosa croup excitavit, de quibus narrant BAYLEY (l. c. p. 228.), FERRIAR (l. c. p. 243.), RUMSEY (l. c. p. 170.) et MAERKER (l. c. p. 78.) ad scarlatinam malignam pertinere persuasus sum. Ejusdem opinionis est Cl. ALBERS (*Anm. zu JURINE* op. c. p. 149). Caeterum et alias cynanches benignas, croup ansam porrigere aut cum illo complicari posse libenter concedo.

80) Inflammationis tracheae variolarum sociae mentionem faciunt COTUNNI (de sedibus variolar. syntagma Vien. 1771. p. 38.), WRISBERG (de variolis internis, §. 16. 18. vide Comm. Soc. Reg. Goetting. T. V. p. 66 sq.), C. L. HOFFMANN (*von den Pocken. Mainz* 1789. 2. B. §. 75 et 649.), REIL (mem. clin. med. pr. fasc. 3. p. 55.), SACHSE (l. c. p. 24.), VALENTIN (l. c. p. 398. 99.), PINEL (op. c. p. 115 et 221.) et ALBERS (Comment. p. 76). Plerumque croup variolis suppurantibus vel stadio exsiccationis supervenit (JURINE l. c. p. 208.) ac concretionibus polyposis destitui solet (ALBERS l. c.). Die, qua haec scribo,

30. Novem.
12. Decembr. 1820 ad puerum judaeum, secund. ann.

necdum plane attingentem, in consilium vocor, qui ante tres hebdomadas variolas benignas debito pacto superavit, relicta inde raucedine, cui ante quatuor dies febris et reliqua croup laryngis symptomata superacesserunt.

1) ALBERS Comment. p. 84. „quod in puero febre urticaria correpto tracheitidem oriri observabam, id fortuito casui tribuendum videtur.“

ingruere monuimus: in ea enim et nos ⁸⁶⁾ ver-
samur

- 82) Doctor BALBIANI, haud pridem meus discipulus, retulit mihi an. 1821 se vidisse in milite quodam croup ortum, postquam oculis, inflammatione fortiori erysipelacea detentis, solutio sulphatis zinci applicata esset. JURINE (l. c. p. 191. Obs. 49.) fatetur se non posse nexum inter erysipelas et croup demonstrare. Miror illum nexum inter vaccinam et croup invenisse (p. 192. Obs. 50.): quod et CARRONO (*Journ. de med. SÉDILLOT T. 28. p. 248.*) asserere placet. Meliercle praetenditur jam, vaccinam et contra croup tueri debere!
- 83) SACHSE l. c. p. 21.
- 84) Coqueluche cum croup simul exstitisse PORTAL contendit (*mém. sur plus. maladies. T. 3. p. 87. 99. 152.*). Assertio magni viri cum observationibus BALLONII (l. c.) cohaeret. Interea dubitant de connubio illo (mihi quoque nunquam viso) JURINE (l. c. p. 187.), SACHSE (l. c. p. 128.) et ALBERS (ib.). De croup autem *post* coqueluchie ingruente (ALBERS l. c.), aut vice versa (JURINE l. c. p. 211. Obs. 61.) nemo dubitat.
- 85) JURINE l. c. p. 141. DOUBLE l. c. PINEL l. c. p. 226. PORTAL l. c. p. 141. SCHERWIN med. Comment. Vol. VII. 1780. p. 423. HOME l. c. Hoc ipso, quo scribo, momento pusionem decem mensium praevia, ut narrant, ante mensem scarlatina, aphthis labiorum et cavitatis oris et magna raucedine atque tussicula affectum, coram oculis habeo. Talem aegrotulum minima accedente causa in realem croup incidere posse, timeo. Verisimiliter enim aphthae usque ad laryngem hinc descendunt.
- 86) ALBERS ait: „*Ich bin fest überzeugt, daß die Heiserkeit, mit welcher die Entzündung des Körpers der Luftröhre anfängt, sehr oft für den angeblichen*

samur opinione, catarrhum, quem croup *praecedere* dicunt, nil aliud quam ipsius morbi *initium* esse. Interea potest catarrhus croup, fortuito praecedere ⁸⁷⁾. VIEUSSEUX monuit, symptomata catarrhalia croup ingruentis *quid peculiare* habere ⁸⁹⁾. Est enim hinc *raucedo* solito *major* et *asperior*, imprimis si aegrotulus altiori voce loqui conetur (ad quod peragendum quousque possibile impelli debet). Porro habet *tussis* sonum *vacuum* vix verbis definiendum. Quae signa dum obveniunt; eo major esto medici in aegrotulum, horis nocturnis imprimis visitandum ⁹⁰⁾, attentio.

2. Quod-

Catarrh gehalten wird, welcher dem Croup vorhergehen soll.“ (Anm. zu ROYER - COLLARD p. 17). Et SACHSE „Ihre Frequenz (der catarrhalischen Erscheinungen) zeigt nicht blos, dass sie mit dem Wesen der Krankheit in genauer Verbindung stehen, sondern ...“

87) Croup post epidemias catarrhales HOME, BLOOM, SALAMON, CALLISEN, MAHON, VIEUSSEUX, DUBOUEIX, JURINE (p. 131. 140.), RUBINI (l. c. p. 41.) observarunt.

89) „La maladie commence comme une affection catarrhale singulière“ l. c. p. 2.

90) SACHSE l. c. narrat socerum suum LENTINUM, libenter hac sub rerum positione aegros noctu visitasse. Vir imitatione dignus! Adde HAASII egregia verba l. c. p. LXX. „Pendant le sommeil on remarque le plus aisement les altérations légères de la respiration, et c'est alors qu'il faut s'assurer de cette fonction lorsqu'on a

Dyspnoea,
vox et tus-
sis.

2. Quodsi symptomatibus catarrhalibus de repente *dyspnoea* superveniat, *raucedo* crescat et *tussis* fiat clangosa, de praesentia *croup* amplius non dubita. Contra vero, si respiratio, potissimum sub somno, libera maneat, sique aucta febre⁹¹⁾ *raucedo* et *tussis* non invalescant, verbo si morbus magis ac magis formam seu *febris catarrhalis*⁹²⁾, seu *coqueluche*⁹³⁾, seu *morbillo-rum*⁹⁴⁾ induat, securior eris. Iterum timebis, si indicata *croup* symptomata forte ante adventum tuum locum habuerint, etiamsi nunc illorum neque vestigium animadverteres.

Libera in-
tervalla.

3. Est enim *croup* ita constitutus, ut haud raro *intervalla* plus minusve *libera*, inprimis respectu ad insultus *tussis* et ad *dyspnoeam* exhibeat. Reliqua enim symptomata, ut febris, *raucedo* et quaedam *tussis*⁹⁵⁾, aegrum, quem pre-

hen-

conçu des craintes sur l'existence ou le degré de la maladie.“

91) Perniciosam sententiam JURINE (l. c. p. 132. not.) statuit, dicendo: *croup* ab initio imperceptibili febre, catarrhum pulmonalem vero ea magna, comitari. Rite enim monente ALBERS (l. c. not. 105) ipsae JURINE morborum historiae contrarium docent.

92) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. de febre catarrhali.

93) Cap. XV.

94) P. I. Vol. II. Cap. XII. §. LVII.

95) „*Quelquefois cette toux croupale a lieu alternativement avec une toux catarrhale et il faut alors beaucoup d'attention pour reconnaître la première.*“ HAASE op. c. p. LXXVI. et Obs. 27. 35. 37.

henderunt, raro plane derelinquunt⁹⁶). Nec exempla desiderantur dyspnoeae et tussis suffocativae aegrum ab initio usque ad finem morbi continuo angentium⁹⁷). Intervalla libera, dum occurrunt, ad horam unam⁹⁸), ad horas tres⁹⁹), sex¹⁰⁰), novem¹), immo ad integros dies²) protrahi

I 2 trahi

96) Consentiant hic meae observationes, concessa una tantum exceptione (Vid. acta clin. l. c. p. 58.), cum iis BAYLEY, FIELITZ (l. c. p. 531.), VIEUSSEUX (*Recueil* p. 44.), SACHSE (l. c. p. 101.) qui ait: „*obgleich man einzle Beobachtungen von vollkommener Intermission antrifft, so wird man doch bei den meisten Remissionen einige der wesentlichen Zufälle, wenn auch nur leise, fort-dauern finden.*“ Monet ALBERS (*Ann. zu JURINE* l. c. p. 69). „*Rechnen wir das Fieber, wie ich es thue, zu einem im ganzen Verlauf der Krankheit wesentlichen Symptome: so kann ich aus diesem Grunde schon die Krankheit nicht intermittend nennen.*“ W. HAASE febriem neutiquam pro symptomate essentiali croup habet (l. c. p. LXXIII.) et ad obs. 1. 26. 32. 35. 72. provocat. Liceat hic interrogare, num medicis ampla praxi, in urbe adeo magna, ut *Mosqua*, instructis concessum sit, aegros tam sedulo et stricte observare, ut de statu febrili sub morbi curriculo obviente aut deficiente exacte rationem reddere possint?

97) Exempla croup nulla concessa remissione decurrentis, cum GHISI, BERGEN, HALENIO, HOME l. c. p. 38. SACHSE l. c. p. 97. DUBONEIX, MAERKER l. c. p. 9. observavi.

98) GÜTFELD l. c. et ego.

99) CALLISEN l. c. et ego.

100) ZOBEL l. c. et ego.

1) BRAEWER l. c. acta mea clinica l. c. p. 62.

trahi possunt. Obveniunt illa plerumque horis matutinis 3), aliquando brevi ante interitum 4); insultus autem ut plurimum noctu 5), ac protrahuntur a horae dimidio 6) ad horam integram 7) et ultra 8). Quandoque *typus* in paroxysmis et intervallis liberis animadvertitur 9); unde latentis febris intermittens hucusque neuti- quam confirmata suspicio 10), vel illa *asthma- tis*

2) BLOOM l. c. p. 266. 67. DURAND l. c. nunquam vidi.

3) HOPEFF p. 23. ALBERS *an Mütter.* p. 20.

4) Cfr. §. IX. N. 4.

5) RUMSEY l. c. p. 150. Insultus diurni et remissiones nocturnae obvenerunt JURINE (l. c. Obs. 28.) et mihi (NAHUMOWICZ l. c.).

6) Sic aliquoties vidi.

7) GUTFELD l. c.

8) In multis insultus per noctis partem protrahebatur.

9) JURINE l. c. p. 61. Obs. 27. 28. 29. — Acta mea clin. l. c. p. 72. 73. NAHUMOWICZ l. c. p. 14.

10) Fertur (SACHSE l. c. p. 101.) jam GHISI (l. c. p. 7.) *typum intermittens* in croup observasse, quod vero a veritate alienum est. Casus enim proprii filii, aliam speciem anginae (suspicio scarlatinosa) respicit. Ni fallor, suspicio, de qua agitur, primum simulque JURINEO (l. c. p. 60. 71.) et mihi obvenit. Monui enim probabile esse, quod angina laryngea aliarum inflammationum instar, *hinc inde* indolem induat periodicam, constituatque ita morbum nomine *febris intermittens perniciosa trachealis* haud indignum; cuius tamen morbi praesentiam *prius haud admittendam esse* censui, quam ea ab *ulterioribus observationibus con-*

tis (quod falso dicunt *acutum infantum MILLARI* ¹¹⁾) orta est.

4. Nec suspicio *indolis croup spasmodicae*, Status inflammatorius. cui potissimum decursus illius periodicus occasionem praebuit ¹³⁾, confirmata est. Curriculum enim morbi, autopsia cadaverum (nisi semper ipsam inflammationem, saltem constanter illius reliquias exhibens ¹⁴⁾), et methodus antiphlogisticae

firmata fuerit. Miror ALBERS haec ita intelligi potuisse (*Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 3.) ac si *omni croup* nomen *febris intermittens perniciosae trachealis imponere* voluissem! Ulteriores observationes suspicionem, croup aliquando ad febres intermittentes pertinere posse, neutiquam confirmarunt. Saltem cum JURINE (l. c. Obs. 29.), tum ego (NAHUMOWICZ l. c. sine omni successu corticem cinchonae adhibuimus. Caeterum et hoc criterium non omnino securum esse rite sequentibus verbis monet ALBERS (*Ann. zu JURINE* p. 60). „*Der intermittirende Charakter einer Krankheit erfordert nicht immer China und wird gewiss nicht stets dadurch gehoben, sondern oft verschlimmert, wie selbst die Wechselfieber mit dem Charakter der Synocha hinreichend beweisen.*“

11) Cap. XIII. §. LXII. N. 4.

13) Ait JURINE l. c. p. 60. „*Die Remissionen und Intermisionen, welche zuweilen beim Croup eintreten, sind so eigenthümlich, daß sie sehr für die Meinung sprechen, als trete zuweilen ein Krampf hinzu, und schwerlich würde man eine genügende Erklärung über dieses Periodische geben können, wenn man nicht Krampf als Ursache desselben annähme.*“

14) Sicuti rudera fumantia de praegresso incendio, sic

sticæ salutaris effectus, croup ex *statu inflammatorio* laryngis et tracheæ vel utriusque proficisci, probant. Quod vero minime, *spasmus*, ut *effectum*, tum irritationis inflammatoriae ipsius¹⁵⁾, tum irritationis, a pseudomembrana nervis laryngis illatae¹⁶⁾, excludit.

5. Mo-

lympha coagulabilis, adhaesiones morbosae et pseudomembranae de praegressa inflammatione testantur. Immo inflammationem membranarum serosarum et mucosarum, absoluta jam exsudatione perstare, rarum est (BICHAT *Abhandl. üb. d. Häute* et PINEL *Nosographie philos. T. 2. p. 202. 3. edit.*). Lege de hoc argumento respectu croup ALBERSII *Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 66. Jam *Celsus* edixerat: „neque quicquam stultius, quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo jam mortuo.“ (L. I. Praef.).

15) De vi inflammationum in spasms gignendis. P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. III. 27. §. IV. 14. Sect. II. C. XIV. locutus sum. Absit hinc, ut *spasmus* et *inflammationem* pro conditionibus, sibi e diametro oppositis, habeam. Pulchre de hoc argumento respectu croup disseruit ALBERS (*Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 34.) et Dr. KELLIE sequentia verba in medium ferens: „I am very inclined to refer some of the more remarkable symptoms of the croupy paroxysms to a consequent spasm of the muscles of the glottis and larynx; a spasm consequent to, and depending upon the inflamed state of those parts.“ (CHEYNE l. c. p. 127). Quo posito, palam fit, cur rationi adverteatur opinio RUBINI (l. c. p. 130.), ubi ait: „due distinte malattie (flogosi ed ortopnea soffocativa) concor-

5. Monuimus, cadavera ex croup defuncto-^{Varia so-}
rum notas inflammatorias modo in larynge modo^{des.}
in trachea exhibere¹⁸⁾. Placuit hinc JURINEO¹⁹⁾
croup in laryngeum et trachealem dividere. Di-
visio ejuscemodi, ab ALBERSIO calide excepta²⁰⁾,
qua-

*rono e si uniscono per costituir quel tutto morbooso, cui
diamo il nome di crup.*"

16) Instar corporis extranei laryngem irritantis. Exi-
stimant JURINE (l. c. p. 60.) et ROYER-COLLARD
(Dict. l. c. p. 422.), concretiones purulentas in larynge,
utpote constantes, ad reditum periodicum, dyspnoeae
non admittendas esse. Fateor, quod res difficulter ex-
plicatur; verum tamen, quam pluries viderim vomica-
m pulmonis, suffocationis periculum per intervalla
minuisse aliaque vitia localia morbis periodicis an-
sam porrexisse (P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. IV. 24.);
factum, de quo agitur, non obstante explicationis
difficultate, ut verum admitto. Nervorum laryngis
sensibilitas modo exhausta modo rediens (e. c. in pri-
mis post somnum) efficere posset, ut stimulus localis
vicissim effectum modo parvum, modo magnum ede-
ret. Possent et pseudomembranae aëri viam nunc oc-
cludentes, nunc concedentes aut momentaneae conge-
stiones sanguinis circa laryngem et tracheam accusari.

18) N. 4.

19) l. c. p. 19.

20) *Ann. zu JURINE l. c. p. 8. Quo tempore enim ipse
JURINE fatetur: „wenn ich diese Unterabtheilung an-
nehme, so bin ich doch weit davon entfernt, sie
für genau geometrisch anzugeben, — ait nobi-
lis aemulus: „es gehört unstreitig dem Verfasser das
grofse Verdienst gezeigt zu haben, dafs die Ent-*

quatenus focum mali propius designat, non spernenda est. Verum tamen cum exempla *croup laryngis*, a JURINEO allata, sanitate terminata sint, hincque sedes morbi certe *demonstrari* haud potuerit; cumque exempla *croup trachealis* ejusdem auctoris, morte terminata, plerumque simultaneam tracheae et laryngis affectionem exhibuerint: consilium ROYERI-COLLARDI ²¹⁾, receptionem divisionis croup in laryngeum et trachealem, donec major affulgeat lux, procrastinandi, sequimur; idque libenter, cum signa diagnostica, a JURINEO stabilita ²²⁾, aliunde valde ambigua sint. Excipi quodammodo merentur *sedes doloris* (si dolor adfuerit ²³⁾), ab aegro potius ad laryngem, quam

zündung bald den Kehlkopf, bald den Körper der Luftröhre zuerst allein, oder einen dieser Theile vorzugsweise ergreift.“ l. c.

21) *Dict. l. c. p. 451.*

22) JURINE sequentia *croup laryngei* signa stabilivit: 1° morbus derepente ingruit, quin praevideri potuerit; 2° curriculum praëceps est, symptomata vehementia; 3° mox signa spasmodica in conspectum veniunt; 4° remissiones sunt breves; 5° dolor est in larynge, qui a compressione augetur; 6° tandem matura mors, nisi pharmaca symptomata illico leniant et progressus rapidos impediunt. ALBERS haec signa solum valere asserit, dum malum conspicuum est, et duo alia stabilivit: 1° Sonum tussis magis clangosum et stridulum, 2° vocem minus universaliter raucam.

23) Ait ROYER-COLLARD: „*C'est à tort que plusieurs auteurs ont designé cette douleur (du larynx et de la*

quam ad tracheam indicati, et *qualitas tussis*, in croup laryngis magis stridulae, in croup tracheali magis sonorae ²⁴⁾ (unde difficultas maxima istius morbi initium a simplici catarrho distinguendi).

6. Simulant croup *morbi corporis thyreoï-Facilis er-*
dei ²⁵⁾, *tumores tracheam comprimentcs* ²⁶⁾, *vi-*
tia arcus aortae ²⁷⁾, forte *venarum jugularium* ²⁸⁾,
 ab-

trachée) comme un symptôme essentiel du croup, elle n'est qu'un symptome accidentel.“ Dict. l. c. p. 425.

24) „*Der Ton des Hustens ist bei Tracheitis heiser, gedämpft, nicht klingend, mehr hoch als tief. Es ist zuweilen äußerst schwer, ihn von einem catarrhulischen Husten zu unterscheiden. Die gewöhnlich damit verbundene Heiserkeit der ganzen Stimme, welche ich als ein zweites charakteristisches Symptom der Tracheitis ansehe, muß hier oft den Arzt vorzüglich mit bei der Diagnostik der Tracheitis vom Catarrhus leiten.*“ ALBERS *Ann. zu ROYER-COLLARD* l. c. p. 21.

25) JURINE l. c. Obs. 47. (Abscessus cartilagine tracheae dividens.) Obs. 48. (Volumen auctum, durities, degeneratio).

26) RUSH in *medical Commentaries. Vol. 4.* Cfr. LIEUTAUD *hist. anat. med. T. IV.* Obs. 67. 68. 70. MORGAGNI *de sed. et caus. morb. Lib. III. §. 13 et 15.*

27) Cfr. Cap. IV. §. XVIII. N. 4.

28) Forte, inquam, cum opinio ista solum experimento in cane capto nitatur. Ait nempe LOWERUS (tract. de corde C. II. p. 124.): „*Haud pridem venas jugulares subducto iis filo in cane arcte ligaveram; et post aliquot horas, partes omnes supra ligaturam mire*

abscessus ad superficiem inferiorem musculorum laryngem cooperientium 29) *et ad partem posteriorem pharyngis* 30), *corpora extranea in laryngem*

intumescebant et intra dies duos canis quasi angina suffocatus interiit. Toto hoc tempore non solum lacrymae copiosius fluebant, sed et plurima saliva ex ore profluxit, non aliter, quam si mercurio assumpto, fluxus ille concitaretur.“

29) I. ANDERS in *Edinburgh med. and surg. Journal* LXX. 5. N. 1820. p. 156.

30) ALBERCOMBIE in *Edinb. med. and surg. Journal*. April 1819. p. 250. DETMOLD von croupähnlichen Leiden ohne Croup in HUFELAND'S Journ. 1820. Die sexta Mart. 1820. puella viginti annorum in Clinicum meum suscepta est, narrans se in infantia saepe tumoribus glandularum submaxillarium obnoxiam fuisse; ante annum, quo primum menstruari coeperat, praevia febre, et refrigeratione in tumorem magnitudinis nucis avellanae partis dextrae corporis thyreoidei incidisse, ad sex abhinc diebus postquam iterum refrixerat, a febre correptam esse. Praeter istam febrem, symptomatibus rheumaticis stipatam, observavimus tumorem partis dextrae corporis thyreoidei jam magnitudinem ovi gallinacei attingentem, duriusculum, ab attactu non solum sed et a profunda inspiratione valde dolentem, vocem raucam demissam, respirationem non plane liberam, deglutitionem maxime impeditam et dolorificam. Exploratis faucibus non nisi ad partem posticam parvus rubor conspiciebatur. Asserente aegra obstaculum deglutitionis profundius circa tertiam vertebrae colli experiebatur. Morbo pro thyreoide et pharyngitide declarato, resolutionem venaesectionis, hirudinum et reliqui regiminis anti-

gem et tracheam illapsa ³¹⁾ *nec non polypi* ³²⁾.
 Ex quibus colligitur, diagnosin croup non esse
 celebrandam, priusquam collum, fauces et rerum
 positiones morbo praegressae, stricto examini
 non fuerint subjectae. Corpora extranea in tra-
 cheam illabi solita ³³⁾, symptomata a croup in
 eo

phlogistici ope incassum tentavimus. Aegra enim sub
 summis angustis illis *croup haud absimilibus* consti-
 tuta, tunc solum convaluit, dum, praemissa inspi-
 ratione vaporum, rupturam abscessus pharyngis per-
 sentit ac ultra unciam puris cruenti rejecit. Tumor
 laryngis ad pristinum statum rediit. Cfr. KOPP
 l. c.

31) ENGSTROEM (l. c.) casum puellae annorum quatuor
 narrat, quae dolorem faucium, ab acu, ut credebatur,
 deglutita, accusabat. Altera die febris, dyspnoea, vox
 stidula et mors supervenerat. Secto cadavere loco
 acus, croup indicia reperiuntur. Contra, BALFOUR
 exemplum narrat morbi pro croup habiti, ubi vero
 secto cadavere, loco pseudomembranae, frustulum
 testae vitreae, pollicis latitudinis, infra laryngem si-
 tum reperiatur. (HOME l. c. p. 49).

32) Cap. IV. §. XVIII. 2. 3.

33) Ut diagnosis facilius institui possit, illorum corpo-
 rum notitiam exactam habere refert. Visa sunt illabi
 et pervenisse in laryngem: *cibi* (in puero tricennali,
 cui epiglottis minor, quam ut opplendo asperae arte-
 riae osculo sufficeret, apud KERCHRINGIUM. Obs. 47.);
pilula (MARCELLI DONATI hist. morb. Lib. III. Cap.
 VII. SCHENKII Obs. med. L. II. Obs. XV. p. 20.
 BONETI Sepulchr. anat. L. II. Sect. II. Obs. 15.),
amygdala (MARTINIÈRE in *mém. de l'ac. de chir. T.*

eo diversa gignunt³⁴), quod suffocationis periculum

V. DESGRANGES in *Journ. de méd.* T. XXXVII. p. 37.), *fabæ* (ALLARD in *Journ. de physique.* T. VI. BOUSSIER de la BOUCHARDIÈRE in *Journ. de méd.* T. XLV. p. 267. GUINCOURT ib. Vol. XII. p. 44. VICQ D'AZYR in *mém. de la Soc. R. de méd.* Vol. 4. *Chir.* N. 3. CARRON op. c. TROWBRIDGE in the *London med. and phys. Journ.* Lond. 1819. Vol. 42. GIRET-DUPRÉ in *Journ. de méd. chir. et pharm.* T. XXXIII. 1815. Mai. p. 339. Miscel. N. Cur. Dec. II. An. II, Obs. 153. Dec. III. An. I. App. p. 129. *Acta Helvet.* Vol. I. p. 43. KLEIN *chir. Bemerk.* p. 168.), *granum coffeæ tostæ* (HUFELAND *Journ.* 3. B. I. St. p. 101. HORN *Archiv f. med. Erfahr.* Jahrg. 1815.), *nux* (BONET L. I. Obs. 10. HASKELL in *med. papers communicat. by the Massachusset med. Soc.* Vol. 3. P. I. 1819.), *custanea* (SCHENK Lib. I. Obs. XIV. p. 29.), *spica graminis tomentosæ* (*Hist. et mém. de l'ac. R. des sc. de Toulouse* 1788. T. I. HUFELAND's *neueste Annal. d. Französ. Arzneyk.* 1. B. p. 337.), *nucleus pruni* (DESCAMPS in *Journ. de méd. contin.* Vol. 2. p. 555.), *semen anguriae* (PANAROLUS *Pentecost.* II. Obs. 7.), *ossiculum* (BONET *sepulchr. anat.* L. I. Obs. 16. ORTESCHI *Giornale.* T. 6. BANG in *Act. Reg. Soc. med. Havn.* Vol. I. p. 90. KLEIN l. c. p. 190.), *Conchialumacæ* (WAINWRIGHT in KÜHN's *phys. med. Journ.* 1800. April. p. 275.), *acus* (ib. p. 273. MOSQUE *chirurg. Novellen.* N. 4.), *frustulum casei* (ib. p. 276.), *panis* (MARTIN in *phil. Transact.* Vol. LV.), *carnis* (BLANCARDI *anat. pract. rar.* Cent. II. Obs. 40. p. 257.), *putaminis avellanæ* (LANGENBECK *Bibl. f. d. Chirurgie.* 3. B. p. 258.), *hirudo* (DEDEBART op. mox citando), *globulus plumbi* (FABR. HILDANUS *obs. chir.*

am sine prodromis ingruit, quod doloris indoles
illi

Cent. I. Obs. 35. BIRCH *Hist. of the R. Soc. of sciences. T. III. v. HALLERI Bibl. chir. Vol. I. p. 435. HOOKE ib. p. 563*), *lamina plumbea duplicata magnitudinis duorum pollicum* (Judaeus viginti annorum, die 30. Septembris 1819. nuptiis in urbe Kowno semiebruius assistens, musicam choreis inservientem sibilu locupletare statuit. Immisit hinc ori instrumentum indicatae longitudinis ex duplici lamina plumbea cum foramine in medio scopo sibilandi constructum, illudque sub magna inspiratione deglutiit. En illico tussim vehementem, vocem humilem sibilosam, respirationem difficillimam, cum illaesa deglutitione. Plurimis incassum tentatis auxiliis tum domesticis, tum medicis, aeger die 7. Octobr. Vilnam venit. Adspectus grave, in quo versabatur, periculum minime annuntiabat, si respirationis difficultatem excipias. Voce, stricte loquendo, sibilosa, quod illi contigerit, narravit. Digito locum, quem sibi corpus extraneum elegerat, sub larynge indicabat. Tussis fere omnino cessaverat ac nulla adfuerant symptomata febrilia. Omnibus rite exploratis tracheotomia a chirurgiae Professore Cl. PELIKAN dexterrime instituta atque corpus extraneum extractum est. Aeger sanatus, praeter foramen capillare ad locum prius sauciatum die 20. Novembr. ejusdem anni clinicum chirurgicum dereliquit), *moneta aurea* (DE LA MARTINIÈRE in *mém. de chir. T. V.*), ne dicatur de *aqua et terra* in submersis et de *vermibus* („Duo vero omnino de tereti genere vermes in aspera arteria ad cordis sedem inque principio pulmonis reperti sunt, manifesti suffocationis auctores.“ HALLER *Op. pathol. T. III. p. 289*).

34) ECKHOLD *über die Ausziehung fremder Körper aus*

illi corporis extranei respondet, quod sedes doloris non est tam fixa, quod tussis vehemens, sputa spumosa et saepe cruenta sunt, quod demum haud raro emphysema colli supervenit.

Indoles inflammationis.

7. Caeterum a conventis penderet, num irritatio a corporibus extraneis ad laryngem perductis, quatenus procul dubio harum partium statum inflammatorium producit, pro specie *croup traumatici* habenda sit, nec ne? Constat enim aliunde, ope experimentorum in variis animalibus peractorum, *croup artificialem* per irritamenta laryngi et tracheae illata excitari posse *). *Croup*, pro varia aegrorum et annua constitutione, *variā indolem* agnoscit. Generatim consistit in *inflammatione catarrhali* ³⁵⁾. Haec

pro

dem Speisekanal und der Luftröhre. Leipz. 1799. Cir. DEDEBART Essai sur les corps étrangers introduits dans le pharynx et l'oesophage. Paris 1814.

*) VALENTIN op. c. p. 464 — 488. JURINE l. c. p. 259 — 265.

35) Quid per inflammationem catarrhalem intelligo alibi (P. I. Vol. I. Append. §. LXXVII. N. 7.) indicavi. Stabilita affectione inflammatoria catarrhali ut causa *croup*, opinio illorum, qui istum morbum pro catarrho habent (HAASE l. c. p. LII.), cum illa, qui cum ex inflammatione derivant plane conciliatur, quod Cl. ROYER-COLLARD pulcherrime demonstrat, ubi ait: „Il est des médecins qui croient combattre cette opinion (que le *croup* est une inflammation de la membrane muqueuse du larynx et de la trachée), en soutenant que le *croup* n'est point une inflammation proprement dite, mais

pro re nata *characterem phlegmones* ³⁶⁾, vel *complica-*

seulement une affection catarrhale, ou un catarrhe du conduit aérien. J'avoue qu'au lieu de voir une objection dans cette assertion, j'y trouve bien plutôt une confirmation de la doctrine que je viens d'établir. A mes yeux et aux yeux des médecins qui mettent quelque sévérité dans leur langage, tout catarrhe est une inflammation d'une membrane muqueuse particulière, inflammation dont l'effet est d'exciter de la rougeur, de la chaleur, de la douleur, et une augmentation plus ou moins grande de la sécrétion propre à cette membrane. C'est là, si je ne me trompe, le caractère essentiel du catarrhe nasal, du catarrhe pulmonaire, du catarrhe de l'urèthre, du catarrhe intestinal etc. Or, ce caractère est aussi celui du croup; et par conséquent dire, que le croup est un catarrhe du larynx ou de la trachée, c'est dire, en d'autres termes, que c'est une inflammation de la membrane muqueuse de ces organes." Dict. l. c. p. 448.

36) Ib. N. 6. ALBERS (*Ann. zu JURINE* p. 133.) *catarrhum pro inflammatione glandularum membranae mucosae asperam arteriam inducentis, ac croup pro inflammatione vasorum sanguiferorum ejusdem membranae, declarat. Distinctio haec plane hypothetica est. Dicitur potest de ALBERSIO, quod HAASIVS de REILIO dixit: „Que cela soit son affaire de prouver que l'affection catarrhale doit consister dans une affection des glandes."* Praeterea opinio, quam refutamur, vel rationi adversatur, nam glandulae sine vasis sanguineis cogitari nequeunt. Pulchre et egregius SACHSE (*Op. c. 2. Th. p. 291 — 92.*), ALBERSII opinionem impugnat.

plicationem gastricam ³⁷⁾, aut *typhoidem* ³⁸⁾ induere potest. Praeterea, arthritis et syphilis in *croup chronico* excitando non excludendae sunt ³⁹⁾.

Concretio-
nes mem-
branaceae.

§. Sicuti inflammationes aliarum partium non constanter exsudationem lymphae coagulabilis et illius transitum in *concrementa membranacea* exhibent; ita et illae laryngis atque tracheae ⁴⁰⁾. Quamobrem haec concrementa, circa quae tot hypotheses celebrantur ⁴¹⁾, eo minus pro gentilitiis croup effectibus haberi possunt, cum et in aliis morbis obveniant, ut e. g. in
cynan-

37) JURINE l. c. p. 95. AUTENRIETH l. c. RYMKIEWICZ l. c. p. 25.

38) JURINE l. c. ALBERS Comm. p. 23. ROYER-COLLARD p. 449 (Croup adynamique).

39) Cap. IV. §. XVIII. N. 2.

40) *Tracheitis sicca* REMERI l. c. *Angina inflammatoria* BOERHAVII l. c. Idcirco falsum omnino discrimen statuerunt inter croup illum, qui sine pseudomembrana incedit, atque eum eum pseudomembrana RUBINI l. c. p. 169 sq. DREYSIG l. c. SZTAROVESKY l. c. p. 31 etc.

41) Habita fuere 1° pro tunica villosa laryngis et tracheae (NOBLEVILLE, STARR, WILKE l. c.) 2° pro mucu glandularum tracheae inspissato (MURRAY Nov. Comm. Soc. Goett. T. IV. p. 55. BAECK et SALAMON, ROSENSTEIN, HOPFF ll. cc.) 3° pro lymphâ in mucum mutata (HOME l. c.). Vera origo pseudomembranarum ex lymphâ coagulabili, vi inflammationis secreta, a MICHAELIS detecta est.

cynanche faucium; carditide, enteritide, dysenteria. Verum tamen *celeritas* 42), qua hujusmet concretiones membranaceae formari solent, semper admiranda erit. Cavendum vero, ne omnia, quae ab aegris croup laborantibus ex oris cavo rejiciuntur, illico ex larynge et trachea repetantur 43).

9. Croup a *morbillis, scarlatina, variolis*, Complicatio-
tiones. *urticaria, erysipelate, herpete, coqueluche* et *aphthosis* excitari posse monuimus 44). Complicari ille quo-

42) „..... dass die abgesonderte plastische Lymphe in wenigen Tagen selbst eine feste cylinderförmige Gestalt bei der eigentlichen Tracheitis bekommen könne, lehrten unleugbare Erfahrungen.“ ALBERS (*Ann. zu JURINE* op. c. p. 10), HOPFF jam secunda morbi die pseudomembranam tabulatam rejicere vidit (l. c. p. 10.), apud HAASE (l. c. Obs. 78.) morbus non nisi triginta sex horas duraverat.

43) Jure monetur in *Allgemeine Literatur-Zeitung* (April 1808. p. 821.): „Man ist beim Croup geneigt, allen Auswurf vom Schleime als losgerissene Stücke der falschen Haut oder als Eiterstoff aus der Luftröhre anzunehmen. Die Praktiker müssen hier genauer untersuchen, ob er aus dem Magen kömmt, oder ob es der gewöhnliche Lungenschleim ist.“ Cl. SACHSE l. c. p. 73. differentias inter materiam e pulmonibus, larynge, trachea et ventriculo rejectam statuit. Paucis verbis rem designavere BAECK et SALAMON, ubi ajunt, sputa in croup a muco ordinario ob majorem tenacitatem differre (l. c. p. 293).

44) §. XI. N. 2.

Frank Prax. II. 2.

K

quoque potest cum *cyananche faucium* ⁴⁵⁾; *bronchitide* ⁴⁶⁾, *peripneumonia* ⁴⁷⁾, *pleuritide* ⁴⁸⁾, *inflammatione arcus aortae* ⁴⁹⁾ et *hydrocephalo accessorio* ⁵⁰⁾.

§. XIII.

45) Cfr. §. XI. N. 2. (79).

46) JURINE l. c. p. 143. in nota (119) ALBERSII. SACHSE l. c. p. 207. Casus LENTINI junioris. Pluries observavi. Respiratio hoc in casu continuo difficilis est, ac tussis, sono clangoso destituta, ad ipsum finem morbi (ad quem illa ex croup raro pervenit) perseverat.

47) HALENIUS l. c. REIL *Fieberlehre*. 2. B. §. 165. DUBOUEIX, VOGLER l. c. p. 752. HUFELAND (*Hist. viri 60 annorum croup laborantis*), FERRIAR l. c. p. 191. p. 83. 85.

48) ROYER-COLLARD *Dict.* l. c. p. 441. JURINE l. c. p. 83. 85. Non vidi.

49) Filius Dris. WRÓBLEWSKI, octavum annum agens, die 14. Febr. 1821. media nocte inopinate tussi clangosa, dolore laryngis, raucitate et febre correptus est. Venae sectio et hirudines morbo frenum injecerunt. At tertia illius die morbus iterum recrudit, sed jam cum magna cordis palpitatione, dolore in inferiori tracheae parte, sensu instantis animi deliquii, oculorum caligine, pulsu frequentissimo, chordae metallicae instar tenso, atque anxietate conspicua. Sanguinis e brachio unciae sex iterum detrahuntur, postridie denuo hirudines tum sterno, tum collo applicantur, atque simul infusum foliorum digitalis purpureae porrigitur. Qua adhibitâ cura, crisi per sudorem copiosum universalem accedente, puer convaluit et adhuc incolumis vivit.

50) JURINE l. c. p. 93. VIEUSSEUX in *Journ. de Cor-*

§. XIII.

P r o g n o s i s.

1. Morbus acutus, croup periculosior vix existit. Natura in eo sanando parum vel nil valet ⁵¹⁾. Nisi in primo limine arte vincatur, de vita ut plurimum actum est. Cum vero diagnosis in primo morbi limine admodum difficilis sit, dubium in sanatis, num verus croup adfuerit nec ne, saepe relinquitur ⁵²⁾. Patet inde certam proportionem ex croup peremptorum et sanatorum neque inter se ⁵³⁾; neque relate ad

K 2 mor-

VISART. T. XII. originem hydrocephali supervientis croup, a nexu laryngis cum cerebro per nervum accessorium WILLISII, et a congestionibus encephali, toties contingere solitis, quoties respiratio intercipitur, repeto.

51) JURINE l. c. p. 93. exemplum croup sponte sanati narrat: „Ich glaubte diese ohne Kunst bewirkte Heilung erzählen zu müssen, weil sie die einzige ist, die mir vorgekommen.“ MIRROR ALBERS (Ann. zu JURINE p. 76.) asserere, sanationem spontaneam in croup laryngeo saepius accidere; miraturque mecum SACHSE l. c. p. 250.

52) Plus vice simplici medicos de sanato croup gloriari audivi, ubi, num ille morbus re ipsa adfuerit, vehementer adhuc dubitare licuerat.

53) Amiserunt HOME inter tresdecim aegros, 3; — BAYLEY inter septem, 3; — BARD inter quatuor, 3; — FIELD inter quatuor, nullum; — WAHLBOM inter tres, 2; — PINEL inter quatuor, 3; — VIZUSSEUX inter viginti duo, 11; — MICHAELIS, GUFFELD,

morbos in genere ⁵⁴⁾ {stabiliri posse. Non aude-
mus

CHAMBON dimidium; — BERNARD inter quatuor, 1; BARD et DUBOUEIX, 3; BAECK et SALAMON, 2; — RECHOU inter novem, 7; et CHEYNE, 5; — LENTIN inter quindecim, 8; — ANDERSON inter septem, nullum; — QUENTIN inter decem et unum, 7; — RUMSEY inter unum et viginti, 12; — JONAS ultra dimidium; — SACHSE inter triginta et octo, 22; — CAILLOU duas tertias partes; — DOUBLE unam tertiam partem; — JURINE inter octo et viginti, 3; — THOMAS et SMITH inter octodecim, 5; — STEARS inter quinquaginta, 2; — HAASE inter centum quadraginta tres, 60; — GOELIS inter ducentos quinquaginta duo, 56; — TREBER inter octoginta septem, 17; — Felicissimus ALBERS, qui ex triginta infantibus (recenti croup laborantibus) ne unum quidem amisisse, et nonnullos, quorum morbus fastigium ascenderat, salvasse gloriari potest (Comm. p. 86—87). Inter aegros a me *visos* ratio sanatorum ad demortuos foret 39:27. At observandum, hos ultimos magna ex parte fuisse aegros, pro quibus, morbo jam ad acmen producto, ab aliis medicis in consilium vocatus fui. Generatim observationes meae cum illis cl. SACHSE maxime conveniunt, quippe qui, postquam seriem historiarum croup morte terminatarum candide exposuerat, ait: „so sehr man sich gedemüthigt fühlt, von den Fällen reden zu müssen, wo unsere Bemühungen scheiterten, so scheinen mir doch treue Darstellungen derselben mehr Werth zu haben, als noch so brillante summarische Berichte, worin man nach Belegen vergebens sucht.“ Op: c. 2. Th. p. 239.

54) Philadelphiae a. 1807. ad 1808. inter 1808. funera 55. croup adscribenda erant; inter haec unus aeger secun-

mus respondere quaestionibus; num croup sit periculosior in regionibus septentrionalibus ⁵⁵⁾ quam in meridionalibus? num saeviat magis uno anni tempore quam alio ⁵⁶⁾? num infensior fiat pueris quam puellis ⁵⁷⁾? num pejor dum laryngem

dum nativitatís annum necdum attingebat; novem erant annorum 2—5; — quatuor an. 5—10; — et unus an. 20—30. Ab an. 1808 ad 1809. numerus demortuorum 227 ex croup 53, ex quibus 38 necdum secundum aetatis annum attingentes; 10 ab anno secundo ad quintum; 3 a sexto ad decimum; — et 2 aetatis ignotae. Numerus generalis incolarum 100,000 (*The Philadelph. med. and phys. Journ. by BARTON Vol. 3. P. III. et suppl.*). *New-Yorkii* spatio 13 mensium 46 ex croup demortui erant a. 1804; — 65. a. 1805; — 70. a. 1806; — 100. Numerus incolarum hoc ultimo tempore 70,000 (*MITCHIL med. Repos. and Review of New-York. Vol. 2. N. 4. p. 37.*) *Londini* spatio quatuor annorum (ab an. 1795 usque ad an. 1799) 61 ex croup demortui sunt (*R. WILLIAMS Reports of the diseases. in Lond. 1801.*) Fatente JURINE (l. c. p. 228), *Genevae* inter 100 funera 7 croup tribuenda.

55) „..... majorem copiam aegrotorum in aquilonaribus terris mori arbitror quam in calidioribus“ (*ALBERS Comm. p. 88.*)

56) „Non dubito quin tracheitis autumno, hyeme et vere magis mortifera sit quam aestate.“ *ALBERS l. c. p. 89.*

57) „Tum etiam inflammatio tracheae in pueris periculosior, in puellis levior esse solet, quoad ego expertus sum.“ *ALBERS l. c. De sexaginta a croup necatis HAASE l. c. p. LXXXVII. sic ait: Le nombre*

gem aut tracheam detineat ⁵⁸)? — Certissime magis letifer est croup aliis morbis (exceptis morbillis ⁵⁹) junctus ⁶⁰), quam simplex; et longe minus ille hominum adulatorum ⁶¹) quam infantum.

des filles qui ont succombé à cette maladie est de 18; celui des garçons est de 23. Dans 18. cas le sexe n'est point marqué.“ Observante JURINE (l. c. p. 231.) ratio puerorum ad puellas ut $\frac{2}{3} : \frac{1}{3}$.

58) Ex observationibus JURINE (l. c. p. 11. 19.) et verbis ALBERS (*Anm. zu ROYER-COLLARD l. c. p. 137: „ich glaube, das die Fälle, wo die Kinder an Laryngitis sterben, sehr selten sind . . .“*) croup laryngeum longe minus letalem esse quam trachealem, concludi deberet. Ego vero potius ROYER-COLLARD adhaereo, ubi ait: *„Le croup suffocant (laryngé) s'il n'est pas attaqué de la manière la plus prompte et énergique, amène infailliblement la mort“* (Dict. l. c. p. 452).

59) Croup morbillorum *symptoma* plerumque fugavi. Exitialis fuit croup cum morbillis nexum habens apud HAASE Obs. 58. 117. 118. 120. 121.

60) *„Quod multum etiam ad augendum victimarum numerum confert, in tracheitide cum aliis morbis composita quaerendum.“* ALBERS Comm. p. 87. — *„toutes choses égales d'ailleurs, le croup simple est moins grave, que le croup compliqué (ROYER-COLLARD Dict. p. 451).*

61) *„Denique in adultis hominibus tracheitis minus letalis est, quam in infantibus“* (ALBERS comm. p. 89). Unum tantum inter adultos croup peremptum vidi (Acta mea clin. l. c. p. 55). Causa minoris periculi croup in adultis tum a majori, qua pollent, facultate sputa rejiciendi, tum a minori vi spasmorum gutturis repetenda videtur.

tum, Necat⁶²) spatio horarum duodecim et quindecim⁶³), nychthemeri secundi⁶⁴), tertii⁶⁵), quarti⁶⁶), quinti⁶⁷), sexti⁶⁸), septimi⁶⁹), octavi⁷⁰), rarius-

62) Inter 41 croup defunctos Cl. HAASE (l. c. p. LXXXIV.) numerat funera 5 die 2 morbi, — quatuor, 3; — octo, 4; — septem, 5; — septem, 6; — duo, 7; — quatuor, 8; — duo, 9; — duo, 10.

63) LEESON (HUFELAND'S *Journ.* 1301.), MICHAELIS (RICHT. *chir. Bibl.* 6. B. p. 122.), QUENTIN (l. c. 9. B. 3. St. p. 191.), ENGSTROEM, NOBLEVILLE, BARD, SALAMON l. c. p. 280.

64) BAYLEY l. c. p. 225. CARD l. c. p. 744. HARLES l. c. p. 577. SACHSE l. c. p. 112. SCHULTZ l. c. p. 623. GUTFELD l. c. p. 78. WAHLBOM, MICHAELIS, VIEUSSEUX, v. RICHTER'S *chirurg. Bibl.* l. c. p. 742. Ego bis.

65) BARD l. c. p. 743. ENGSTROEM l. c. p. 267. HOME Obs. 5. 10. 12. SCHÄFFER l. c. p. 65. SACHSE l. c. WAHLBOM, SCHULTZ, SCHENK l. c. p. 82.

66) HOME Obs. 9. VIEUSSEUX, BREWER, NOBLEVILLE, PINEL, LENTIN, MICHAELIS, RUMSEY, WAHLBOM, STARR, SCHENK, SACHSE l. c. p. 112. Ego octies. Hinc quartus dies maxime fatalis.

67) HOME Obs. 8. LENTIN, RUMSEY p. 167. 168. 178. WAHLBOM, VIEUSSEUX, DUREUIL, SACHSE l. c.

68) WAHLBOM, DUREUIL, HOME, SCHULTZ, HALENIUS, BUCH, HEKER.

69) BERNARD, WOOD, AUTENRIETH, BLOOM, BAECK, ego ter.

70) HALENIUS, MICHAELIS, STARR, BAYLEY, SACHSE, J. P. FRANK (*Epitome de cur. hom. morbis.* Vol. II. p. 115).

rariusque tardius ⁷¹⁾, quamvis aliquando morbus ad hebdomadas tres ⁷²⁾, quatuor ⁷³⁾, quinque ⁷⁴⁾ protrahatur; ne de croup chronico aut de phthisi inde evoluta dicamus. Enim vero et croup suos habet exitus per *resolutionem* (*perfectam*, ac *imperfectam*), per *suppurationem*, per *suffocationem*, per *virium extinctionem* et per *accessum aliorum morborum*.

Resolutio
perfecta.

2. Medelâ votis mature respondente, primum *affectio laryngis et tracheae* (plerumque nulla praevia evacuatione) evanescere, ac dein *febris curriculum* (catarrhalis simplicis, vel complicatae instar) absolvere solet. Vidimus tamen febrem et ante laryngis affectionem disparuisse *). *Crisis febris per urinam* ⁷⁵⁾, sedimento furfuraceo instructam ⁷⁶⁾, per sudorem modicum aequalem

71) Die 9 SCHULTZ, LENTIN; 16 RUMSEY; 11 MAHONI; 12 HOME, SACHSE; 16 CALLISEN; 23 FLORMANN; 25 PORTAL.

72) ALBERS *Magaz.* p. 293. Ego *acta clin. l. c.* p. 69 (sanati).

73) MICHAELIS junior v. SACHSE *l. c.* p. 107.

74) STRUVE in *Act. Nat. Cur.* a. 1735.

*) A. 1822. mense Martii in puero quatuor annorum. Post largam venae sectionem et copiosam hirudinum applicationem, secundo mali die factas, febris illico, praevio sudore, evanuit, relictâ raucedine adhuc per quinque dies.

75) GHISI *l. c.* p. 11. HOME *l. c.* p. 11.

76) MAERKER *l. c.* p. 101. et ego.

lem et universalem ⁷⁷⁾, per eruptionem cutaneam in collo ⁷⁸⁾, per salivationem ⁷⁹⁾, per effluxum e naribus ⁸⁰⁾, contingit. Bonis quoque signis sternutatio ⁸¹⁾, tussis clangosae in catarrhalem mutatio *) adnumerantur. Morbo proveciori, resolutione terminaturo, saepe mucus ⁸²⁾, quandoque sanguis ⁸³⁾ et rarissime pseudomembranae **) rejiciuntur. Quamvis enim rejectio pseudomembranae levamen pro tempore asserre solet, non facile tamen morbus inde solvitur ⁸⁴⁾. Nec ad solu-

77) FIELITZ l. c. p. 532. HECKER l. c. MAERKER, HAASE l. c. p. LXXXV. (*transpiration générale avec dépôt dans les urines — bonne*) et ego.

78) HOPFF l. c. p. 49.

79) BARD l. c. p. 742. RUMSEY l. c. p. 174. MAERKER l. c. p. 113. HAASE l. c. Obs. 75. (*Deux autres (enfants) Obs. 9. 11. qui avoient aussi ce symptôme (la salivation) moururent*). Caveas ne salivationem, ab hydragryo productam, pro critica habeas.

80) HOME l. c.

81) HAASE l. c. p. LXXV.

*) HAASE l. c. p. LXXII.

82) GHISI l. c. ZOBEL l. c. p. 262. MICHAELIS v. SACHSE l. c. p. 121. et ego.

83) SALAMON l. c. p. 290. HECKER l. c.

**) FIELITZ l. c. p. 532. HOPFF l. c. p. 20. 79. HOME p. 58. Acta clin. mca l. c. p. 57. VALENTIN l. c. p. 200.

84) Exempla exitus fatalis croup quamvis frustula membranacea rejecta fuerint, inveniuntur apud GHISI,

solutionem morbi rejectio pseudomembranae praesentis absolute requiri videtur⁸⁵). Unicum fugati croup certum signum in respiratione, *constanter libera reddita, habetur*⁸⁶).

Resolutio
imperfe-
cta.

3. Potest (absoluta ceterum morbi crisi) pseudomembrana relinqui, et cum parietibus laryngis aut tracheae concreescere, inde ex tubo aëreo

BAECK, SALAMON, RUMSEY, HOPFF l. c. p. 49. HOME Obs. 5. p. 17. Obs. 12. p. 30. MICHAELIS, THILENIUS p. 54. 57. STARR p. 473. RUSH l. c. p. 9. SACHSE l. c. p. 79. aliaque mea suppeditat experientia. Monet immo STOLL (Aph. de cogn. et curand. febr. p. 104.) illam rejectionem raro salutarem esse. Plus adhuc VIEUSSEUX, dicit asserendo: „*Je commence par reconnaître que dans ma pratique je n'ai jamais vu de malade guéri du croup par l'expulsion de la membrane.*“ l. c. p. 150. ROYER-COLLARD inquit: „*Ces divers évacuations et la première surtout (l'expectoration de fragmens des fausses membranes) amènent quelquefois, il est vrai, une amélioration presque subite, et en apparence complète, mais le plus souvent cette amélioration n'est qu'éphémère, et au bout de quelques heures, un accès imprevu et plus terrible que toutes les autres, emporte le malade.*“ Dict. l. c. p. 452. At vero aliter observavit COLLINET (N. Journ. de méd. T. X. 1821. p. 308).

85) HOME (l. c. p. 13.), MICHAELIS (Med. Bibl. 1. B. p. 102.) et SACHSE (l. c. p. 123) pseudomembranam a croup generatam solvi posse existimant.

86) „*Le seul signe auquel on puisse se fier, est le retour persévérant de la liberté de la respiration.*“ ROYER-COLLARD Dict. l. c. p. 453.

caëreo *angustiori* reddito raucedo, respiratio sibilosa, difficilis ⁸⁷⁾ concitari.

4. Nec desunt exempla transitus croup, in Suppuratio.
primis inter adultos, in *abscessum laryngis et tracheae* ⁸⁸⁾.

5. Communissimus vero croup exitus (maxime timendus, si morbus neglectus fuerit, si tussis evanescat ⁹⁰⁾, si sudor partem corporis superiorem detineat ⁹¹⁾), *suffocatio* est. Periculum illius magis ex conditione loci affecti (culpâ vel nuci tracheam obstruentis ⁹²⁾, vel inflammationis ⁹³⁾, aut spasmi ⁹⁴⁾ eam angustantium, vel tumoris epiglottidis ⁹⁵⁾), quam ex indole morbi dependet ⁹⁶⁾.

6. Ab-

87) J. P. FRANK Epitome L. II. p. 115. KRETSCHMAR v. HORN's *Archiv.* 1. B. p. 226. (Pseudomembrana tracheae adhaerens veluti cartilaginea erat) et JACKSON *Edinb. Comm.* 6. Vol.

88) FLORMANN l. c. PORTAL l. c. J. P. FRANK Interpr. clin. P. I. FALLOT in *Journ. complémentaire du dict. des sc. méd. T. IX. Cah. 34.* p. 177. 184. Cfr. C. IV.

90) HAASE l. c. p. LXXII.

91) Idem ib. p. LXXXV.

92) MICHAELIS apud SACHSE l. c. p. 117.

93) ALBERS *Ann. zu HOME* l. c. p. 35.

94) SACHSE l. c. p. 117.

95) §. X. N. 1. (63). CULLEN *Anfangsgr. d. pr. Arzneyk.* 1. B. p. 377.

96) ALBERS inquit: „*Beträfe diese Entzündung beim Croup nicht ein Organ, durch dessen Leiden eine so*

Virium
extinctio.

6. Absit vero exitum feralem croup exclusive suffocationi adscribere. Verisimile enim est, *debilitatem*, ut effectum tum constitutionis laxae et scrophulosae corporis ⁹⁷⁾, tum nisus in opere respirationis perficiendo ⁹⁸⁾, tum impediti processus oxygenationis sanguinis ⁹⁹⁾, tum methodi antiphlogisticae sero nimis adhibitae ¹⁰⁰⁾, tum indolis febris ¹⁾ interitum properare. Forte lucidum intervallum mortem prope praecedens ²⁾,

reso-

wichtige Funktion, als das Athmen ist, zerstört würde: tausende von Kindern dürften vielleicht den Croup haben, ohne das er von uns wahrgenommen würde.“ Anmerk. zu ROYER-COLLARD p. 38. „Ce n'est pas par le degré, par la force du catarrhe, mais par son siège que cette maladie devient si grave.“ HAASE l. c. p. LIV.

97) „Bei starken robusten Kindern ist die Krankheit bei weitem nicht so gefährlich, als bei schwächlichen scrophulösen Kindern.“ ALBERS Anmerk. zu ROYER-COLLARD l. c. p. 142.

98) SACHSE l. c. p. 118. (*Die enorme Anstrengung aller zum Athem mittelbar und unmittelbar dienenden Werkzeuge*).

99) MICHAELIS et SACHSE l. c. p. 118.

100) Cfr. §. XIV. N. 3.

1) e. gr. naturae typhoïdae. „Le croup adynamique pour peu qu'il ait d'intensité, est celui qui laisse le moins de ressource à l'art.“ ROYER-COLLARD Dict. l. c. p. 452.

2) §. IX. N. 3.

resolutioni musculorum laryngis tribuendum. Ne illud spei vanae sit auctor ³⁾.

7. Properat quoque interitum *accessus aliorum morborum*, ut *apoplexiae* ⁴⁾, *hydrocephali* ⁵⁾, et *polyporum vasorum majorum* ⁶⁾. Accessus aliorum morborum.

8. *Convalescentia* minime proclamanda prius, quam affectio laryngis et tracheae simul cum febre *plane* evanuerint. Periclitatur enim navis aliquando ipso in portu ⁸⁾. Ceterum non ignorandum, aliquando absoluto croup insontem raucedinem ac tussim generis catarrhalis pro tempore relinqui ⁹⁾. Exemplum tamen raucedinis anterioris per croup debellatae exstat ¹⁰⁾. Convalescentia.

9. Sic

3) *Intermissionen, in Hinsicht der Beschwerden des Athmens, findet man oft, bis wenige Stunden vor dem Tode Leider täuschen sie nur gewöhnlich zu sehr unsere Hoffnung, und der Arzt kann nicht vorsichtig genug in seiner Prognose seyn.* ALBERS *Anmerk. zu ROYER-COLLARD* l. c. p. 32.

4) Sicuti §. IX. N. 2. vasa faciei in aegris turgere, ita §. X. N. 1. vasa cerebri in cadaveribus oppleta esse docet. Et sopor de cerebri compressione testari videtur, ac rite ait HAASE (l. c. p. LXXXV.). „*L'assoupissement accompagne des cas très graves.*“ Putarem praeterea nervum WILLISII affectionem laryngis et tracheae cerebro communicare.

5) §. XII. N. 9.

6) §. XII. N. 9. SACHSE l. c. p. 118.

8) Terribiles sunt hoc sub respectu observationes 37. 50. 61. HAASE l. c.

9) BARD in *American Philos. Trans. Vol. I. p. 337.*

Recidiva. 9. Sicuti inflammationes in genere proclivitatem ad *recidivas* relinquere solent ¹¹⁾, ita et croup; quod duo exempla, quae collegimus ¹²⁾, plurimaeque alia ¹³⁾ probant et nonnulli auctores immerito negant ¹⁴⁾. Est recidiva priore morbo nunc levior ¹⁵⁾, nunc gravior ¹⁶⁾.

§. XIV.

C u r a.

Prophylaxis. 1. Matres, per libros populares ¹⁷⁾, de existentia, de signis praecipue prodromis, de causis excitantibus et de periculo croup, instruere, illas

MARTIN l. c. p. 127. SACHSE l. c. p. 23. VIEUSSEUX l. c. p. 7. et ROYER-COLLARD l. c. p. 418—19.

10) HOPFF l. c. p. 20.

11) P. I. Vol. I. Append. §. LXXVIII. 2.

12) Acta mea clin. l. c. p. 69. Obs. IX. et in alio puero, cujus historiam descripsit RYMKIEWICZ l. c.

13) HOME p. 11 (post sex hebdomadas). VIEUSSEUX l. c. (post 2 menses). HOPFF l. c. p. 30. 31. 113. 114. ALBERS *Ann. zu HOME* p. 7 (ter). ALBERS v. SACHSE l. c. p. 128 (quater). HAASE l. c. Obs. 25. (ter) Obs. 36. 41. 56 (bis).

14) MARCUS l. c. p. 19. LENTIN *Beitr. 3. B.* p. 189. AUTENRIETH.

15) HOME l. c. ALBERS l. c. et *Annalen* p. 47. JONAS l. c. p. 145 (cum rejectione membranae tubulatae). ALBERS l. c.

16) SACHSE l. c. p. 128. Acta mea clin. l. c.

17) Exemplo ALBERS (*Ein Wort an Mütter*) et WAL- LICH (l. c.).

illas de necessitate, vel minimo hujus morbi dubio obveniente, medicum illico vocandi, mone-
re; — ac persuadere, ut hirudines domi para-
tas teneant¹⁸⁾, ac tentent, ut infantes in familia-
ritatem cum istis bestiolis veniant, ne scilicet
necessaria illarum applicatio obstaculum inveniat
et ob ejulatus plus noceat quam juvet; — en
cardines generalis *prophylaxeos*. In regimine
diaetetico regulae generales valent¹⁹⁾. Porro
quousque quaestio, num croup contagiosus sit
nec ne? omnino soluta ac negata erit; eousque
cautelae, in febris contagiosis adhiberi soliti-
tas²⁰⁾, et hic commendamus²¹⁾. *Remediis pro-*
phyla-

18) Hirudines sibi jam inter animalia domestica locum
vindican, ac quaevis familia collectionem illorum
possidere deberet, uti in Lituania, potissimum inter
clientelam meam, fit.

19) ROYER-COLLARD (*Dict. l. c. p. 492.*) pulchre regi-
men pro varia infantum indole ac constitutione eligen-
dum exponit; cum vero praecepta a Cl. Viro tradita,
non solum croup, sed morbos in genere respiciant,
eas silentio praetereo, lectionem tamen loci citati,
tum medicis, tum matribus commendando.

20) P. I. Vol. Cap. IV. §. LV.

21) „*Une fille de six ans devint enrôlée sans cause ap-
parente; mais elle paroissoit au reste se bien porter.
Quelques jours après elle tomba le soir subitement ma-
lade d'une inspiration difficile et eut la voix singulière.
Le 8. jour elle mourut.*“ (HAASE Obs. 73.). „*La
soeur de la malade précédente, âgée de quatre ans,
fut vêtue des habits de la defunte. Le lende-*

phylacticis specialibus adversus croup jactatis, ut mercurio ²²⁾, *balneis calidis* ²³⁾, *vesicatoriis* ²⁴⁾ *ad collum, sulphure aurato antimonii* ²⁵⁾, *radici polygalae senegae* ²⁶⁾, *camphorae* ²⁷⁾, *alumni* ²⁸⁾, et *vino*

main elle devint malade, vomit légèrement et mourut après 48 heures." (Idem Obs. 74.). Addit Cl. Vir „*Si des rapports épidémiques font peut être concevoir ces observations aussi bien qu'une véritable contagion, l'observation 74 empêchera du moins, quelque soit l'opinion qu'on préfère sur cette objet, de hazarder de mettre à un enfant les habits de quelqu'un qui est mort du croup.*" p. LXXXVI.

- 22) AUTENRIETH l. c. p. 30. Putarem mercurium quatenus humores ad fauces determinat, easque specifica irritat, potius damnosum quam proficuum esse.
- 23) MICHAELIS l. c. Cum balnea calida, nisi cum summa cautela adhibeantur, ad refrigerium disponant; putarem ideoque illa potius ad morbum promovendum quam anteventendum idonea esse.
- 24) CRAWFORD l. c. Scopo causam catarrhalem ad tracheam determinandi? alium enim agendi modum, a vesicatorio, ut prophylactico, expectare nequeo!
- 25) SACHSE l. c. 2. Th. p. 295.
- 26) SACHSE l. c.
- 27) SACHSE l. c. antimonium. senega, camphora, quatenus irritantia, ad morbum generis inflammatorii potius disponere debent.
- 28) LOEFFLER (*Vermischte Aufsätze u. Beobacht.* p. 103.) ait: „*Kommt irgend ein Mittel der Angina polyposa zuvor, so ist es das Einblasen des feingepulverten Alaun's in den Hals.*“ Haec pauca verba sufficiunt ad demonstrandum: Populum Rossiae albae (LOEFFLER Witepsk inhabitabat) illum pro me-

vino antiscorbutico ²⁹⁾, ob rationes in notis jam allatas, non favemus. Nec *hirudinibus* ³⁰⁾, *emeticis* ³¹⁾ et *nitratu potassae* ³²⁾, ut prophylacticis remediis, si agitur de infante omnino sano, favemus.

2. Quo primum autem indicia (licet adhuc ^{Cura morbi in genere.} dubia) croup obveniunt, illico ad *activam medendi rationem* confugiendum est ³³⁾. Ne rationem credas hanc medendi specificam, extraordinariam, implicatam esse. Agitur enim de mera *methodo antiphlogistica*, qualem adversus febres et

dico quidem docto, at neutiquam pro bono practico habendo, non errasse.

29) LATOUR l. c. p. 77. De vino idem, quod de aliis rebus calefacientibus dixi, valet; interim LATOUR illud tantummodo pro cachecticis commendat.

30) LATOUR l. c. p. 77. GUTFELD l. c. p. 84. SACHSE l. c. p. 293. Laryngi et tracheae, dum annua constitutio croup faciat, pax concedenda.

31) AUTENRIETH l. c. p. 29. SACHSE l. c. p. 295. HUFELAND. v. *Journ. d. prakt. Heilk.* 1817. *November.* p. 115.

32) QUBNTIN l. c. p. 192. 193.

33) Pulchre ait THILENIUS (l. c. p. 65.): „in Catarrhal-Epidemien muss man keinen rauhen Husten der Kinder zu gering achten, den Hauptfeind keine Stunde verkennen.“ Nec minus bene inquit ROYER-COLLARD (*Dict.* l. c. p. 464.): „Ce qui importe surtout, c'est de commencer le traitement dès les premiers moments où la maladie s'annonce. Perdre le tems, c'est tout perdre: plus on se hâte d'agir, plus le succès est certain; plus on tarde, moins il reste d'espoir.“

et inflammationes catarrhales in genere, habito complicationum respectu, commendavimus ³⁴). Quidquid haec methodus non efficit, ab omni alia incassum expectabis; unde cave a labyrintho therapeutico, ad quod imprimis per indigestam diariorum medicorum lectionem perduceris.

Indicationes.

3. In croup curando nobis proponimus *indicaciones*: 1^o inflammationem resolvendi, 2^o effectus ab illa superstites abigendi, 3^o viribus vitalibus prospiciendi.

Prima indicatio.

4. *Primae indicationi* satisfaciendum: a) *Venaesectione*, quae operatio, quamvis votis non semper respondeat ³⁶), nihilominus, paucis con-

tradi-

34) P. I. Vol. I. C. IV. §. LXVI. N. 3. 4. „*La plus grande erreur, qu'on ait commise relativement au traitement du croup, a été à chercher à faire prévaloir exclusivement certains remèdes ou certaines méthodes très limitées, et à présenter ces remèdes ou ces méthodes comme autant de découvertes auxquelles était attaché le salut des malades.*“ „*Un praticien vraiment judicieux tient une conduite bien différente. Il attaque avant tout l'inflammation, parce que c'est à l'inflammation que se rattachent tous les autres symptômes; et il combat successivement ensuite chacun de ces symptômes suivant son importance et son opiniâtreté.*“ (ROYER-COLLARD *Dict. l. c. p. 463. 464.*)

36) Croup irritarum venaesectionum lethalia exempla describuntur apud WOOD l. c. p. 610. BALFOUR l. c. NOBLEVILLE l. c. SCHULTZ l. c. p. 612. MICHAELIS l. c. p. 256. HEIM l. c. p. 405. HAASE l. c. Obs. 62. 63. 73. 98. 114. 120. 123. 142. et in Act. meis clin. l. c.

tradicientibus 37), princeps croup auxilium sistit. Sic docent inter doctrinae coryphaeos GHISI 38), HOME 39), MICHAELIS 40), JURINE 41), SACHSE 42)

L 2

alii-

p. 64. — At vero, estne croup solus morbus, in quo venaesectiones certissime indicatae votis non semper respondent? Nonne idem centies in peripneumonia aliisque inflammationibus, in apoplexia etc. observatur? Porro Cl. SACHSE rite monet (l. c. 2. Th. p. 36.), quod interdum effectus venaesectionis, a remediis incongruis, e. c. ab opio, spiritu MINDERERI, deletur.

37) Venaesectionem in cura croup proscripserunt PEARSON (v. SACHSE l. c. 2. Th. p. 32.), HUGGAN (KÜHN *phys. med. Journal* 1801. p. 257.), DOUBLE (*Recueil* p. 116), AUTENRIETH l. c.

38) „Ed eccovi rappresentata la tragica scena delle nostre angine, da cui se alcuno per avventura ne scampava, era, credio, vantaggio a lui provenuto e dalle prontissime, e copiose cavate di sangue“ l. c. p. 11.

39) Op. c. (Duae venae sectiones in infante 15 mensium).

40) „Omnia ista inter auxilia primum locum, reliquorum facile princeps, venae sectio tenet.“ Diss. c. p. 193.

41) „Wenn ich Blutlassen als das erste Mittel beim Croup betrachtete, so berechtigt mich das Beispiel aller Aerzte, die oft den Croup beobachteten, eine gesunde Theorie, meine Erfahrungen und Leichenöffnungen“ l. c. p. 270.

42) Op. c. 2. Th. p. 24: „Das wären Beobachtungen genug, die uns den großen Werth der Aderlässe bewiesen“ et p. 27.

aliique multi⁴³⁾ nec non propria nostra experientia⁴⁴⁾. Indicant praecipue venae sectionem (nullo morbi tempore excepto⁴⁵⁾) genius inflammatorius

43) J. P. FRANK Epit. II. p. 119. CULLEN l. c. I. Th. p. 378. HENKE *Kinderkrankh. II. Th.* p. 101. REMSEY l. c. p. 166. aeger 5. THILENIUS l. c. p. 50. 58. 59. CHEYNE l. c. p. 70. 71. SALAMON l. c. p. 291. 293. WAHLBOM l. c. p. 269. BAYLEY l. c. p. 13. FERRIAR l. c. p. 143. RUSH *medic. inquiries and obs. 2. edit. Vol. I.* p. 112. STIEGLITZ *Allgem. Literatur-Zeitung.* 1813. N. 154. p. 399. CAILLOU l. c. p. 125. DICK l. c. p. 250. CARRON l. c. p. 406—9. FORMEY in HORN'S *Archiv* l. c. p. 366. GAISTZELL (in *med. chir. Journ. and Review. Lond.* 1817. Vol. III. p. 478).

44) Effectum stupendum venae sectionis in puero 13 annorum, quem mense Maji 1820 in clinico curaveram, conspexi. Incassum jam hirudines binis vicibus circa laryngem admotae fuerant; phlebotomia illum ex orci faucibus eiecit.

45) Sicuti in aliis inflammationibus, ita et in croup venae sectio, sane plus in recenti quam in protracto morbo, praestat; at ob id neque hic praetermittenda est. Aurea sunt verba Cl. SACHSE (l. c. 2. Th. p. 57.) ubi ait: „Ohne Blutausleerung sind die Kinder doch gewöhnlich verloren; ein ungewisses Rettungsmittel ist besser als gar keines, und gesetzt es hülfte nicht, so erleichtert es doch wenigstens den Tod. Tage und Stunden können und dürfen hier Nichts bestimmen, nur die Konstitution des Körpers, der Genius der gleichzeitig herrschenden Krankheiten und die Heftigkeit der Zufälle müssen den Arzt leiten. Re vera casus plurimi docent, venae sectionem in croup 4 et 6. die cum successu institutam fuisse v. SACHSE l. c. p. 32.

rius morborum regnantium ⁴⁶⁾, constitutio florida aegrorum, febris conspicua cum pulsu pleno, duro ⁴⁷⁾, facies rubra, respiratio difficilis, dolor laryngis aut tracheae, verbo status inflammatorius universalis. Indicatae caeterum venae sectioni nec tenerrima aegrorum aetas obstat ⁴⁸⁾. Locus maxime idoneus pro hac operatione brachium est, sunt tamen, qui pedem ⁴⁹⁾, venam jugu-

46) Si genius morborum non fuerit inflammatorius, croup venaesectiones minus perferre videtur. Sic epidemia croup, de qua AUTENRIETH (l. c.), non fuit inflammatoria, sed evidenter characterem gastricum exhibuit. Ait quoque ALBERS: „*Erst in den letzten Jahren hab' ich mehr von den allgemeinen Blutaussäuerungen Gebrauch gemacht; gestehe aber ganz offenherzig, dass ich bei der Epidemie im vorigen Jahre, bei den Füllen, wo die Krankheit im Körper der Luftröhre ihren Anfang nahm, und wo ich bis zur Ohnmacht das Blut fließen liess, oft nicht den erwünschten Erfolg davon gesehen habe.*“ Anm. zu ROYER-COLLARD p. 182.

47) Quo pulsus plenior et durior eo certius venae sectionem indicat: ob id autem non concludendum est, pulsum debilem et mollem phlebotomiae ob stare. Leg. de hoc argumento REIL *Fieberlehre*. 2. B. p. 450. THILENIUS l. c. p. 49.

48) Exempla venae sectionum, in tenerrima aetate adversus croup cum successu institutarum, obveniunt apud HOME (binae venae sectiones in infante 15 mensium) et FERRIAR l. c. (infans 18 mensium, phlebotomia repetita) CARRON l. c. (infans 9 mensium).

49) JURINE l. c. p. 272. HAASE Obs. 149.

jugularem ⁵⁰⁾, arteriam temporalem ⁵¹⁾, eligant. *Copia* cruoris educendi a rerum positionibus, venae sectionem indicantibus, determinatur; — generatim regula, unciam et semis illius pro quovis aetatis anno detrahendi, valere posset. Venae sectio *reiteranda*, si status morbi, qui primam phlebotomiam exposcebat, praesertim dyspnoea, congestiones ad caput, perseverat, ac vires se sustinent. Verum ne limites excedamus! quod illis, qui sanguinem ad animi deliquium mittendum esse statuerunt, contingere videtur ⁵²⁾.

β) Hi-

50) BAYLEY l. c. p. 746. BALFOUR apud HOME l. c. p. 26. CHEYNE l. c. p. 126. BERCOWE l. c. p. 30. 33. 34. FIELITZ v. RICHTER's *chir. Bibl.* 8. B. p. 531. DICK l. c. p. 250. HAASE l. c. Obs. 63. 133. Act. mea clin. l. c. 64. (sine successu tamen apud HAASE atque me). JURINE (l. c. p. 277.) aperitioni jugularium, ob difficultatem sanguinem sistendi, non favet. Contrarium inveni adhibito emplastro adhaesivo bene parato. Majores difficultates ex timore infantum et familiae occurrunt. Hic vero observationes silentio non praetereundae BAYLEY l. c. p. 746. et BALFOUR (v. Obs. X. HOME), qui, post sectionem venae jugularis, vomitum observaverunt.

51) „Arteria temporalis bis in nostra urbe dissecta est, felici successu.“ ALBERS Comm. p. 124. Cfr. quid (P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XVIII. §. XCV. N. 9) de hac operatione dictum est.

52) Lipothymiam sub actu venae sectionis ingruentem a continuatione operationis absterrere haud debere, concedo; sed sanguinem usque ad animi deliquium con-

β) *Hirudinibus*: Peracta venae sectione, aut ea in minori mali gradu, aut ob incertam adhuc diagnosin, haud indicata, ad *hirudines* confugiendum. Ne vero credas, hirudines unquam venae sectionis omnino indicatae vices agere posse⁵³⁾, nisi forte in tenerrimis infantibus,
dum

sulto mittendum esse, non quidem nego, sed non audeo. Nec audet JURINE dicens: „*Ich bin weit davon entfernt, denen Aerzten beizustimmen, welche wollen, dass man bis zur Ohnmacht Blut lassen solle*“ l. c. p. 270. 271. Interea Cl. ALBERS, qui certe phlebotomiae usui in croup non valde favet, ait: „*Blutausleerungen bis zur Ohnmacht sind von dem größten Nutzen, wie ich öfters, und noch selbst in der letzten Woche wahrgenommen habe.*“ *Ann. zu ROYER-COLLARD* p. 183. Ceterum fautores venae sectionis usque ad lipothymiam magnae auctoritati SWIETENII inniuntur, qui ait: „*cum illa anginae inflammatoriae species, quae circa laryngis superiora sedem habeat, omnium pessima sit ac citissime lethalis; efficacissima simul et semel adhibenda auxilia sunt. Sanguinis missio hic primum remedium est ad animi deliquium usque. Si autem recrudescant minacis morbi symptomata, repetenda erit venae sectio illico, cum nullam moram ferat tam cito lethalis morbus; praestat enim, ut exhaustus sanguine langueat aliquamdiu aeger, quam ut suffocetur miserrime.*“

53) Gravior vix datur in praxi error; enim vero venae sectio cruorem a loco affecto revellere; hirudines autem sanguinem ad locum, prope quem ponuntur, determinare solent. Prima hinc illarum actio, suctio scilicet, nocet, et solum sequens evacuatio juvat ac detrimen-

dum venis brachiorum scopo phlebotomiam imitandi, admoventur⁵⁴⁾. Ad evacuationem localem cruoris obtinendam, hirudines ad latera laryngis et tracheae, vel tutius⁵⁵⁾ super sternum et claviculas applicantur. Cruoris extrahendi potius copia, quàm hirudinum applicandarum numerus, determinari deberet⁵⁶⁾, si hìc certi quid

tum illatum (in leviori, at non in gravi malo) compensat.

54) Non solum in croup, sed et in aliis morbis inflammatoriis recens natorum, hirudinibus loco lanceolae utor. Conspicuum sic e venis, quibus admoventur, cruoris copiam detrahunt, cujus effluxui nimio illico ope consuetae fasciae limites ponuntur.

55) *Tutius*, inquam, 1° quia hirudines nimis prope locum affectum applicitae irritamentum et ecchymoses et oedema producere possunt, ut in ophthalmiis, dum circa oculos ipsos ponuntur, saepius vidi, et 2° cum sanguis, hirudinibus collo applicitis, ob deficiens punctum fixum, difficillime sisti queat; quod punctum fixum super sternum invenitur. Exempla infantum, haemorrhagia ab hirudinibus circa laryngem appositis orta, fere perentorum narrant ALBERS (*Anmerk. zu ROYER-COLLARD* p. 184.), VIEUSSEUX (l. c. p. 119.) et HEIM (l. c. p. 384.): semel hujus periculi cum Dr. HEBERSKI testis fui. Caeterum nunquam cura croup, quamvis satis proveci, melius successit, quam post tam gravem haemorrhagian.

56) Quo tenuior aegrorum aetas, quo delicatior magisque venis insignita cutis; eo cautius cum hirudinibus incedendum. Vidi enim pluries, a duabus hirudinibus tantum cruoris defluxisse, quam per illarum octo ob-

quid statui posset ⁵⁷⁾. In genere optandum, ut saltem dimidium praegressae venae sectionis, aut si haec ommissa fuerit, et solae hirudines sufficere debent, ut circiter uncia una et semis cruoris, pro ratione singulorum aetatis annorum, obtineatur. Si prima hirudinum applicatio levamen affert, at vero malum adhuc perstat, secundae, tertiae, quartaeve illarum applicationi, minimis intervallis sibi invicem succedentibus, locus foret. Deficientibus hirudinibus, *cucurbitulae scarificantes* ⁵⁸⁾, aut *scarificationes* ⁵⁹⁾ in collo, pectore inter-

tinere volueram. HUFELAND a tribus hirudinibus tantam cruoris jacturam observavit, ut infans in lipothymiam incideret (*Journ. d. prakt. Heilk.* 19. B. 1. St. p. 177). Quamobrem non indiscriminatim MICHAELIS, de hirudinibus loquenti assentio dicenti: quodsi aliquid ab egregii istius auxilii virtute expectare velis, octo, decem vel duodecim simul ad collum admoveendas, nec prius removeendas esse, donec tandem sponte decidant l. c. p. 200.

57) Vere dicit JURINE (l. c. p. 273). „*Es ist unmöglich, alle Punkte bei dem Gebrauche der Blutausleerungen festzuhalten, der praktische Takt muss hier, so wie oft, aushelfen.*

58) LARREY v. LATOUR l. c. p. 100 (ad collum et inter scapulas). Interim MEASE, utpote cucurbitulas scarificantes hirudinibus anteponebat, non assentio. Vix enim delicatae infantum structurae auxilium istud quadrat, rusticis, militibus aliisque rudioribus hominibus accommodatissimum.

59) LOEBEL l. c. p. 73.

interque scapulas, substituuntur. γ) *Aliis anti-phlogisticis.* Evacuationum cruentarum effectus aliis *auxiliis antiphlogisticis* sustinendus est, quorum praeterea ope, profligata affectione locali laryngis aut tracheae, cura morbi, febris scilicet catarrhalis, secundum regulas alibi expositas ⁶⁰⁾, absolvitur. Praecipue laudari merentur *nitras potassae* ⁶¹⁾ et *urias ammoniae* ⁶²⁾ in
vehi-

60) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXVI. 2. 3. et §. LXVII. 6.

61) Valde huic auxilio cum HOME, QUENTIN, THILENIO, LENTINIO, LATOUR faveo. Infantes id perbelle ferunt; — unde trienni, spatio nycthemeri, a drachma semis ad scrupulos duos exhibere haud timeo. Nunquam vero ad doses bestiales, quas MARCUS (l. c. p. 114. sc. ad semiunciam) suadet, perveni.

62) Multum illi expertissimus SACHSE (l. c. 2. Th. p. 63.) tribuit. Item HOFFE l. c. p. 89. Cum infantes hoc pharmacum ingratum plerumque respuant, id illis raro propinare soleo. Succus liquiritiae, salis ammoniaci saporem emendare constat. Hinc infanti trienni sic praescribi posset. R. Salis ammoniaci, succi liquiritiae ãã scrupulum unum. Mucilaginis gummi arab. drachm. tres. Terantur invicem affundendo sensim ac sensim aquae fontis uncias quatuor. M. D. S. Omni hora cochlear majus Quo pacto infantes dosi drachmarum duarum vel trium salis ammoniaci in unciis tribus aquae soluti, quam LOEBEL (l. c. p. 72.) commendat, perferre possint, non intelligo. Miseri pueri! Solutionem salis ammoniaci ope penicilli ex plumis in oesophagum intrudit. CHAMERLAT (*Journ. de méd. chir. et pharm. T. XXVII.*).

vehiculis emulsivis aut *mucilaginosi* ⁶³⁾ administrata. Ad acidorum usum nequidem cogitare licet ⁶⁴⁾. Potus aquae frigidae *a priori* indicari videtur; at quis hinc periculum cum eo instituere auderet ⁶⁵⁾? *δ')* *Epispasticis, pediluvii, balneis, clysteribusque*. Effectum methodi anti-phlogisticae *sinapismi*, suris, cruribus aut brachii admoti, secundant ⁶⁶⁾. Idem de *pediluviiis*

63) e. c. emulsio amygdalina, — decoctum Salcp, althaeae, seminum lini. Optime mucilago gummi arabici cum syrupo althaeae, ne tempus pretiosum in emulsionibus et decoctis parandis teratur, praescribuntur.

64) Insaniit LOEBEL (l. c. p. 75.) *elixir acidum HALLERI* proponendo.

65) Ab aqua frigida, minimis iisque repetitis haustibus deglutita, MICHAELIS effectum salutarem in laryngis posteriorem partem, imminutionem scilicet inflammationis et praesertim secretionis morbosae expectat (l. c. p. 207). Ac re quidem vera virtus aquae frigidae in ophthalmoblenorrhoea talem expectationem vindicare videtur. At quamvis ipse glaciei contusae ad laryngem applicationem, ut rem experimento dignam proposuerim (Act. mea clin. p. 73.), attamen quoties occasio periculum instituendi obvenit, toties timor nocendi me retinuit. Enimvero in morbo jam conclamato et a glacie nil amplius expectaveram, ac in malo recenti, auxilia, ab experientia comprobata, remedio, ab analogia tantum suggesto, postponere nolui. Cfr. infra. N. 6. (*).

66) Sinapismorum actionem valde ab illa vesicatoriorum differre, multiplici experientia edoctus sum.

viis 67) et *balneis tepidis* 68) contenditur, contradicentibus quodammodo nostris 69) aliorumque 70) observationibus. Nec a *clysteribus emollientibus* effectum peculiarem obtinuimus 71). ε') *Vesicatoriis* 72). Quae singula si ad affectionem laryngis

Haec enim ab initio applicita, febrem et inprimis calorem cutis augment; illa contra, symptomata febrilia et potissimum aestum compescunt. Nihilominus talis effectus de sinapismis solum obtinetur, dum scopo derivante in partibus a sede praecipue morbi remotis applicantur. Absit hinc, ut illos suadentibus FIELITZ (l. c. p. 532.), ROSENSTEIN et CHALMERS (l. c. p. 99.) collo admoveamus.

- 67) GHISI l. c. LENTIN v. SACHSE l. c. p. 73. HOPFF l. c. p. 68. THILENIUS p. 51.
- 68) CHEYNE l. c. p. 27. VIEUSSEUX, BREWER, LAROCHE, LENTIN, JURINE asscens: „Es giebt nur sehr wenige Fälle von Croup, wo nicht die warmen Bäder im Anfange der Krankheit von Nutzen wären“ l. c. p. 279. Addit ALBERS not. 197. „Ich habe den grossen Werth der Bäder erst in spätern Zeiten recht kennen lernen.“
- 69) Acta mea clinica l. c. p. 60.
- 70) LEESON apud BRADLEY *med. phys. Journ.* 1801. Nov. ANDERSON l. c. RUMSEY l. c. p. 159. GUTFELD l. c. p. 74. HOPFF l. c. p. 67.
- 71) LATOUR l. c. p. 50. GIRANDY l. c. TOURLET v. *Moniteur du mois d'Avût* 1807. Sine effectu clysteres drasticos adhibuit ROYER - COLLARD (*Dict.* l. c. p. 484).
- 72) HARLES (*HUFELAND's Journ. d. pr. Heilkunds.* 6. B. p. 575.), AUTENRIETH l. c.

gis aut tracheae debellandam jam incassum adhibita fuerint, ad *vesicatorium*, non quidem laryngi et tracheae (ob facilem communicationem irritationis per tenuia integumenta cum loco inflammato), sed lateribus colli, sterno, nuchae vel inter scapulas applicandum, sine temporis jactura, confugi debet ⁷⁰). Cavendum, ne illud, plus

70) Vesicatoria inter necessaria unicuique croup auxilia *non* numeranda esse censeo, propterea quod, in maxima aegrotorum meorum parte, ubi cura votis omnino respondebat, ea sine hoc epispasticorum genere feliciter absoluta est. Quodsi autem cruoris evacuatio aliaque auxilia antiphlogistica ad affectionem localem tubi aërei profligandam non sufficerent, imminuto jam per illa impetu morbi inflammatorio, sine ambagibus ad vesicatorium confugiendum est. Conveniunt in hoc (exceptis RUMSEY (l. c. p. 159.), CHEYNE (l. c. p. 127.), MARCUS (l. c.)) omnes de croup scriptores; secus autem respectu ad *locum applicationis*. Vesicatoria enim applicanda esse docent ad latera laryngis HOME (l. c. p. 9. 12.); circa jugulum collaris instar, CHALMERS (l. c. p. 99.), LATOUR (l. c. p. 45. 55.), GOELIS (l. c. p. 8.); HOPFF (l. c. p. 86.); — quo usque fieri potest prope partem affectam, CRAWFORD, MICHAELIS, SCHERWIN, BLEGBOROUGH (in *the medico-chirurg. Journ. and Review. Vol. III. p. 477—8. Lond. 1817.*); — ad nucham, WAHLBOM, HORSCH (l. c. p. 128.), LEESON (l. c. p. 805.); — ad pectus, ad latera colli SACHSE (l. c. 2. Th. p. 85.); — ad pectus et inter scapulas VIEUSSEUX, SMITH, LENTIN et JURINE, cujus verba audienda sunt: „*was die Stelle anbetrifft, wohin man das Blasenpflaster zu legen hat,*

plus quam ad vesicam excitandam absolute opus sit, derelinquatur ⁷¹). A *linimento volatili*, utpote exhalatione sua respirationis angustias augente, abstinendum ⁷²). Idem relate ad usum externum *camphorae* ⁷³) suademus. Nec applicatio

so rathe ich davon ab, es gerade unmittelbar vorn auf die Trachea anzuwenden, weil diese daselbst zu nahe unter der Haut liegt, und deswegen mit gereizt werden könnte, sondern sie lieber in den Nacken, an die Seiten des Halses, auf die Brust, zwischen die Schultern, oder auch an die Arme oder Beine zu legen, bald auf diesen, bald auf jenen Theil, je nachdem die Noth es heischt“ l. c. p. 178. Addit ALBERS: „*auch ich lege jetzt die Blasenpflaster mehr in den Nacken, als um den Hals.*“ not. 195.

71) JURINE in observatione N. 62. de plagis gangraenosis a vesicatoriis in convalescentia ex croup narrat, additque ALBERS (Not. 194.): „*Ich habe vor einem Jahre fast denselben Fall erlebt.*“ Suadet hinc JURINE (l. c. p. 178.), ut vesicatoria solum scopo rubefaciente applicentur. At quis in infantibus momentum ruboris, ab illo pustulae, distinguere valeret? Porro non multum lucri a vesicatorio, quod serum non elicit, expectandum; unde pulchre ait SACHSE (l. c. p. 81.): „*aber eine starke Wirkung nach außen, eine veränderte Richtung und Ausscheidung der Säfte, ist gerade im Croup das wichtigste.*“

72) Quo pacto hujus generis linimenta a Viris expertis DESESSART, LATOUR, RECHOU, commendari poterant, non intelligo.

73) LENTIN *Beiträge*. 1. B. p. 339. (Pannum laneum camphora imbutum pectori applicat).

catio *moxae* ⁷⁴⁾ vel *ferri candentis* ⁷⁵⁾, ad latera laryngis, vel sub margine cartilaginis thyreoïdeae proposita, fautores facile inveniet.

5. *Secundae indicationi* satisfacere studemus: Secunda
indicatio.

a') *Emeticis*, quae, cum laryngem et tracheam immediate ab omni respirationis impedimento liberent, uno fere ⁷⁶⁾ ore in cura croup laudantur. Discrepant solum auctorum opiniones relate ad *tempus*, quo hoc remedii genus administrandum est. Alii enim docent, emetica evacuationes cruoris *antecedere* ⁷⁷⁾, alii illas *sequi* ⁷⁸⁾, debere.

Veri-

74) LECHEVEREL l. c. (*Le moxa objectif*, id est, moxa in distantia duorum vel trium pollicum adhibita).

75) VALENTIN l. c. p. 541 — 545.

76) Ad adversarios emeticorum pertinent: JONAS (l. c. p. 150.), MICHAELIS jun. vide SACHSE (l. c. p. 109.), LOEBEL (l. c. p. 57.), CARRON (l. c. p. 195.) et RECHOU (*Journ. de med. T. XXII. Pluviöse* p. 9). Argumenta illorum hypothsesibus potius quam rebus superstruuntur.

77) MAERKER l. c. p. 100. 112. RUSH (*medic. inquiries* etc. p. 171.), GASTELLIER (l. c. p. 17.), BURN (l. c. p. 29.), CRAWFORD (l. c. p. 225.), ALBERS, qui ait: „igitur emeticum *ab initio* datum in hoc morbo principatum tenere censeo, neque ab ullo alio remedio superari.“ Comment. p. 117. BORROW, qui asserit: „*There are many instances in which the early administration of an emetic has totally removed the complaint in the space of few hours*“ l. c. p. 26.

78) HOME ait: „*Im Allgemeinen glaubt man sie (die Brechmittel) im ersten Stadio nützlich, ich sahe aber nie einigen Vortheil davon; glaube vielmehr, daß sie oft*

Veritatem et hîc in medio latere existimamus. Licet enim emetica ad *secundam* indicationem remiserimus propterea, quia rationi magis consonum est, causam antea morbi quam illius effectum aggredi ⁷⁹⁾ verum tamen illis vel a curae initio locum esse concedimus: 1^o si suffocationis imminens periculum, absentibus bronchitidis et peripneumoniae signis celerrimam liberationem laryngis et tracheae ab effectibus inflammationis exposcat ⁸⁰⁾, atque via, ipsam causam morbi adgrediendi, nimis longa foret ⁸¹⁾;

2^o si

schädlich seyn müssen . . .“ l. c. p. 61. 62. Accedunt PORTAL (l. c. p. 110.), HOPFF (l. c. p. 63.), MARCUS (l. c. p. 117.), FORMEY (l. c. p. 487.), BAECK, SALAMON, MICHAELIS, VIEUSSEUX et JURINE.

79) Fatetur JURINE: „Die erste Indication bei dieser Krankheit ist nicht das Konkrement wegzuschaffen, sondern dessen Bildung zu verhüten. Da nun aber eine vermehrte Absonderung in einem Organe nicht ohne vorhergehende Reizung statt finden kann; so muß man beim Croup, gleich zu Anfange, diese reizende Ursache mit Nachdruck angreifen, um sie zu vernichten, ehe man ihre Wirkung bekämpft.“ l. c. p. 260.

80) Exempla infantum ope emeticorum per rejectionem pseudomembranae a suffocationis periculo liberatorum leguntur apud SACHSE l. c. 2. Th. p. 95. 96. CALLISEN l. c. p. 262. LATOUR l. c. p. 102. PORTAL anat. path. 5. Vol. p. 205. J. SMITH l. c. p. 262. BUCH l. c. p. 263. ALBERS Comm. p. 138.

81) Sic in ischuria ex cystitide, certe prima indicatio est inflammationem vesicae urinariae resolvendi; — at si copia enormis urinae periculum rupturae vesicae

2^o si febris et inflammatio adeo lenes essent, ut a nisu sub vomitu nil detrimenti expectari posset ⁸²⁾ et 3^o si complicatio gastrica, vel ob praegressam ingluviem, vel ob genium morborum regnantium, suspicaretur. — Praeterea emeticis bis terve et ultra repetitis locus est, si praecedentes doses effectu coronentur ⁸³⁾, sique rumor veluti a membrana soluta per tracheam vicissim ascendente et descendente percipiatur ⁸⁴⁾. Optimum emeticum *tartras stibii et potassae* ⁸⁵⁾. Anteponitur illi radix *cephaëlidis*

minaretur, quis ante omnia applicationem catheteris, vel puncturam vesicae, negligeret?

82) ROYER-COLLARD docet: „On commence par le vomitif, lorsqu'il n'y a que peu ou point de fièvre, et que la gêne de la respiration n'est pas considérable et que la raucité de la voix et de la toux est presque le seul signe qui annonce l'invasion du croup.“ *Dict. l. c. p. 465.* Convenit hoc consilium cum illo SACHSII: „Da würde ich sie (die Brechmittel) nicht geben, wo sie (die Krankheit) plötzlich hereinstürzt, wo gleich das ganze System leidet, und wo grofse Vollständigkeit und Gesundheit erst Minderung der Blutmasse verlangt.“ *l. c. p. 94.*

83) Quaterna vice emetica porregerunt MAERKER *l. c. p. 101. 106.* Pluries SACHSE *l. c.*

84) Phaenomenon, de quo agitur, pro peculiari emeticorum indicatione agnoscunt SALAMON, CALLISEN, LENTIN et SACHSE *l. c. p. 103.*

85) „Ich ziehe den Tartarus emeticus vor, weil er mehrere gute Eigenschaften hat, die den übrigen (Brechmitteln) fehlen.“ (JURINE *l. c. p. 275.*) „On donne alors (vide supra) la tartrite du potasse autimonisé, et on le donne

lidis ipecacuanhae, si aegrotulus nimis sensilis foret, aut si ille diarrhoea laboraret⁸⁶). *Sulphas zinci*⁸⁷), *oxymel scillae*⁸⁸) et *vinum antimoniatum Huxhami*⁸⁹) nimis irritare febremque augere possent. Quodcunque vero emeticum eligatur, peculiaris hoc in morbo ventriculi torpor majores solito doses exposcit⁹⁰). Si emetica plane effectu

à doses assez fortes pour exciter plusieurs vomissemens."
(ROXYER-COLLARD *Dict.* l. c. p. 465.).

86) Sic et LENTIN, vide SACHSE l. c. p. 118.

87) Adhibuerunt FERRIAR, FISCHER, SMITH etc.

88) Adhibuere HOME l. c. p. 16. 23. BAECK et SALAMON l. c. p. 269. RUMSEY l. c. p. 166.

89) Usurparunt MARCUS, HARLES etc.

90) Observarunt ventriculi adversus stimulum emeticorum inertiam HOME, SALAMON (l. c. p. 281.), PINEL (l. c. p. 261.), AUTENRIETH (l. c. p. 33.), FERRIAR (l. c. p. 245.), LATOUR (l. c. p. 76.), LEEBON (l. c. p. 805.), SMITH (l. c. p. 261.), FISCHER (l. c. p. 358.), CHEYNE, MAERKER (l. c. p. 123.), SACHSE (l. c. p. 113.) illorum observationes plane a meis observationibus confirmantur. Exhibeo hinc *tartarum emeticum* pro infante duorum annorum ad granum unum in uncia semis aquae destillatae, adhibendo omni vigesima horae parte cochlear coffeanum usque ad vomitum; et *ipecacuanham* ad grana decem, quindecim, cum syrupo, ne pulvis faucibus adhaereat. Causae inertiae ventriculi in croup, aut in pari vago nervorum, simul laryngi et ventriculo inserviente ac ab illo turgente compresso, aut in compressione cerebri a congestionibus originem partis vagi laedentibus, ut in maniiis, apoplexiis, quaerenda est. Observatio, vo-

effectu destituerentur; quid *penna* profunde in fauces ad oesophagum usque introducta valeat, experiendum ⁹¹). β') *Expectorantibus, diapnoicis*. Porro cum emeticis, dosibus repetitis minimisque porrectis, jure tribuatur *virtus sputa* ⁹²) *et transpirationem promovendi*, in illis, vel absoluta emesi, continuandum est ⁹³). Quodsi usus diu protractus tartratis potassae et stibii (omni alio remedio diapnoico et expectoranti anteposendo ⁹⁴)), aegrotulos nimis defatiga-

M 2 ret ⁹⁵);

mitum sectionem venae jugularis sequi (50), illaque CALLISENI (l. c. p. 78.) et ALBERSII (Comm. p. 117.), evacuationes sanguinis actionem emeticorum promoveri, hypothesin istam quodammodo confirmant.

91) JURINE tali pacto infantem octodecim mensium ex orci faucibus eripuit (l. c. p. 288. Obs. 63.).

92) Jure inquam, nam experientia quotidiana vim expectorantem emeticorum in refracta dosi porrectorum confirmat. Nec hoc phaenomenon explicare arduum est. Constat enim, par nervorum vagum tracheae et ventriculo providere. Quid hinc mirum, si pharmaca nervos ventriculi specificè stimulantia, et energiam nervorum laryngis excitant?

93) Ait JURINE: „Ich gebe deswegen die Brechmittel in gebrochenen Dosen“ (l. c. p. 275.) et ROYER-COLLARD: „plus souvent encore on fait alterner le vomitif et la saignée, et l'on fait succéder à un premier vomitif une solution émétisée dont on administre de tems en tems de petites doses.“ (Dict. l. c. p. 466.).

94) Tartari emetici in refractis dosibus laudes cecinerunt ut *diapnoici*, MICHAELIS et FOUCHIER (l. c. p.

ret⁹⁵); *sulphur auratum* aut *kermes antimonii*⁹⁵) illius vices agere possent; at cavendum, ne febris et status inflammatorius tubi aërei inde augeantur. Talis metus et respectu radice *polygalae senegae* valet⁹⁷); ad quod pharmacum, ab aliis laudatum⁹⁸), a nobis incassum adhibitum⁹⁹),

203.); ut *expectorantis*, MAERKER (l. c. p. 125.), RECHOU (l. c. p. 119).

95) Praesertim ob diarrhoeam, ut pluries videl, viderunt MAERKER (l. c. p. 126.) et SACHSE (l. c. p. 139).

96) SACHSE quidem multum laudat (l. c. p. 139.): ast, uno exemplo excepto (puellae scilicet, ubi praevia methode antiphlogistica kermes cum camphora et nitro feliciter exhibita fuere), nullum inde effectum peculiarem animadvertere potui. Verum melioribus auxiliis destitutus sequenti formula pro infante duorum annorum utor: R. Sulphuris aurati antimonii a grano uno ad grana duo. Mucilaginis gummi Arabici. Syrupi althaeae ââ drachm. duas. Aquae florum tiliae unciam unam. M. D. S. omni dimidia hora cochlear coffeanum agitando vas.

97) BEAUCHÈNE (23. *Vol. du Journ. de méd. de Paris*) asserit, *polygalae* decoctum non solum sputa non auxisse, sed, ut videtur, illa retinuisse; fortiori addita febre.

98) A medicis Americanis ARCHERO (l. c. p. 93.) et BARTONO (*Collections for an essay towards a materia medica of the united States. Philad. 1801. P. I. p. 33.*). Accesserunt LENTIN (*HUFELAND's Journ. 2. B. p. 173.*), SACHSE (l. c. p. 154). ARCHER decoctum saturatissimum exhibet, scilicet ex uncia semis radice ad colaturam unciarum quatuor paratum. Rite monet ALBERS

tum⁹⁹⁾, tunc solum devenire licet, cum exhaustâ methodo antiphlogisticâ vires decrescunt, facies pallet, cutis parum calet, pulsus mollis, urina aquea, aegri habitus flaccidus est¹⁰⁰⁾, signaque diatheseos typhoidis obveniunt¹⁾, verbo, dum indicatio, sputa et rejectionem pseudomembranae, remedii irritantis ope, promovendi viget. *γ')* *Vaporibus, cataplasmatibus emollientibus et errhinis.* Spes, vapores per inspirationem attractos, posse concretiones tubum aëreum obturantes solvere, rationi consona est. Commendantur re vera hujusmodi vapores elicit, ex infuso sambuci²⁾, ex lacte calido cum decocto althaeae aut malvae³⁾, ex decocto capitum papaveris⁴⁾ ex aqua fervida simplici⁵⁾, vel cum aethere⁶⁾,

ex

(Comm. p. 137.): „neque tantam radicis commendarem copiam.“ Suadet Cl. Vir connubium cum radice Salep, qua forma sic pro infante duorum annorum utor. R. radicis polygalae senegae drachm. semis. Radicis salep scrupul. semis. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colat. unciarum trium adde Syrupi althaeae unc. unam. Cap. omni dimidia hora cochlear majus.

99) In multis aegrotis.

100) SACHSE l. c. p. 156.

1) REIL op. c. p. 443. MAERKER l. c. p. 128.

2) HOPFF l. c. p. 105.

3) THILENIUS p. 50.

4) LATOUR l. c. p. 48.

5) CHALMERS l. c. p. 99.

6) JURINE l. c. p. 280.

ex *aceto* 7) etc. Verum, ardua pro infantibus vaporum evadit applicatio, cum ipsi a machinis, inspirationi illorum dicatis 9), abhorreant, et spongia, aqua calida imbuta orique admota, in iis angustias respirationis plerumque adaugeat. — Et *cataplasmata emollientia* circa collum 10) applicita, ac, antequam frigescant, renovata, laudantur, tum ex *speciebus emollientibus* 11), tum ex *oryza* 12), tum ex *seminibus lini* 13), tum ex *herba hyoscyami* et *opio* 14) etc. Hujus generis auxilia sine damno aequae ac sine levamine pluries usurpavimus. Idem de *errhinis* 15) fatemur. δ') *Mercurio*. Pro hydrargyri in
croup

7) HOME l. c. p. 9. 10. 16. 23. CRAWFORD, BERGEN, SALAMON, BOEHMER, CHEYNE, LATOUR, HOSACK, ut SWIETEN: „cum autem aceti vapores summum resolvens sint, et illud addi potest, sed minori copia, ne nimis irriter.“

9) e. c. ab illa MUDGES.

10) ad partes genitales, utpote magnum cum larynge consensum habentes, applicandum esse cataplasma, LENTIN docet (l. c. p. 344. Obs. 7.), atque approbat SACHSE l. c. p. 72.

11) WAHLBOM l. c. p. 269. LATOUR l. c. p. 53.

12) CARRON l. c. p. 407.

13) GOELIS l. c. p. 8.

14) THILENIUS l. c. p. 51. (caute incedendum ob vapores narcoticos, qui terribilia symptomata excitare possint, ut sub usu cataplasmatum ex herba hyoscyami super mammam suppurantem appositi observavi.)

15) Commendantur a LENTINIO (l. c. p. 347.), THILE-

croup usu, inprimis urgente tussi sicca et ariditate tracheae, loquuntur effectus ejus salutare in cura aliarum inflammationum cum proclivitate ad exsudationes, — spes, ope hujus pharmaci actionem systematis vasorum lymphaticorum excitandi, atque absorptionem lymphae coagulabilis secretae obtinendi¹⁶⁾, pseudomembranam per auctam secretionem mucii mobilem reddendi ac solvendi¹⁷⁾; vim morbi a canali aëreo ad tubum intestinalem revellendi¹⁸⁾; crisin per salivationem promovendi¹⁹⁾ aliaque colutoria aperiendi²⁰⁾, ac tandem virtus specifica, quam mercurio medici Americae²¹⁾, Angliae²²⁾ et Germaniae²³⁾, tribue-

NIO (l. c. p. 57.), spe fretis, posse nisus sub sternutatione tracheam a concretionibus polyposis etc. liberare. Cl. SACHSE haud dudum ab errhinis conspicuum effectum in cura croup obtinuisse lego. v. JURINE l. c. p. 288. nota ALBERS 206.

16) SACHSE l. c. 2. Th. p. 249.

17) BARD l. c.

18) HAMILTON in *Journ. de méd. Sept. 1790.* AUTENRIETH l. c.

19) THILENIUS l. c. p. 51. 61. SACHSE l. c. p. 253.

20) SACHSE l. c. p. 256.

21) KÜHN v. MICHAELIS *Med. Bibl. 1. B. p. 112.* (pro infante an. 2. grana 5—6. Calomel ter, quater), BARD v. RICHTER's *chir. Bibl. 6. B. p. 165.* (circa 7 grana Calomel spatio nychthemeri), REDMANN v. MICHAELIS *med. Bibl.* (Ternerrimis infantibus, omni tertia hora, grana tria calomelanos usque ad grana quindecim).

buerunt. At vero dolemus fateri: — analogia, ratiocinium et fides nos fefellerunt! Observationes enim propriae²⁴⁾, consonae illis CHEYNI²⁵⁾, JURINII²⁶⁾, ALBERSII²⁷⁾, HAASII²⁸⁾ aliorumque

RUSH l. c. ARCHER l. c. p. 155. (ad salivationem usque).

22) ANDERSON v. SACHSE l. c. p. 206. (infanti quatuor annorum spatio 50 horarum grana 45. Calomel). RUMSEY l. c. p. 171. JAC. HAMILTON v. SACHSE l. c. p. 298. (Puellae 7. annorum gr. 133. Calomel spatio 60. horarum).

23) THILENIUS, LENTIN, BOEHMER v. SACHSE l. c. p. 210. HECKER, HARLES, LOEFFLER, WINKLER, MICHAELIS, MARCUS (Omni hora a 5—10 gr. Calomel, infanti duorum annorum!!). AUTENRIETH (Omnia tertia horae parte granum unum Calomel), WIGAND in HUEFELAND's Journ. 30. B. 2. St. p. 160. (gr. 70. Calomel in ultimo vitae nycthemero).

24) Tribus casibus exceptis, ubi mercurius in cura croup aliquid praestitisse videbatur, nunquam bonum inde effectum expertus sum. Dolco hinc, me huic pharmaco, plusquam par erat, fidem tribuisse, illudque tot discipulis, quot e schola mea exivere, immerito quondam commendasse.

25) „I cannot say that I have ever seen any benefit derived from Calomel in the second stage. For two reasons I used Calomel freely during the second stage, in a variety of cases all of which terminated fatally.“
Pathol. of the membrane of the Larynx“ p. 48.

26) „Obgleich nun dieses Mittel (Calomel) in einem so grossen Rufe steht, so glaube ich doch nicht, daß es im Anfange des gewöhnlichen Croup nützt“ l. c. p. 287.

que ²⁹⁾ docent, non solum mercurio nullam adversus croup virtutem specificam inesse, sed illum plurimis aliis auxiliis postponendum esse. Interea ne quid nimis! Quin nempe hydrargyri alia certiora auxilia devoveas, et quin gloriam tuam in praescriptionem dosium enormium illius colloques ³⁰⁾; requiritur tamen, saltem ne videaris aliquid omisisse, ut sub rerum positione supra allata ad illud confugias. Exhibebis *calomel*, si praeter generalem indicationem specialis illa viget, alvum aperiendi, vermesque fugandi. Infanti duorum annorum dosis grani unius quavis

27) „So sehr ich das Quecksilber schätze, so fest bin ich überzeugt, daß man auch ohne dieses Mittel ein glücklicher Arzt in Behandlung dieser Krankheit seyn könne, wie die Erfahrungen von Herrn Dr. OLBERS, JURINE, VIEUSSEUX, CHEYNE und meine eignen beweisen.“ *Anm. zu ROYER-COLLARD p. 236.*

28) „Nous ne trouvons aucun cas qui prouve une vertu spécifique du Calomel contre cette maladie. Le malade de l'obs. 8. avait une salivation du Calomel et guérit. Mais les autres remèdes peuvent très bien avoir suffi contre cette maladie.“ l. c. p. CXIII.

29) MAERKER l. c. p. 107. GUTFELD l. c. p. 77.

30) „Man hat in neuern Zeiten eine Art von Ehre darin gesucht, dieses Mittel in ungeheuren Dosen zu geben, anstatt daß man sich seiner einseitigen Denkungs- und Handlungsweise hätte schämen sollen. Mehrere unserer deutschen Aerzte glaubten darin den englischen Arzt zu spielen u. s. w. ALBERS l. c. p. 221.

vis horâ porrecta, et, si febris non magna sit, cum exigua sulphuris aurati antimonii quantitate ³¹⁾, quadrat. Raro salivatio, sed saepius diarrhoea, vires exhauriens ³²⁾, expectanda. Hac praesente, plurimi connubium *opii* cum *calomel* suadent ³³⁾; nos vero potius loco *calomel*, *unguentum mercurii griseum* ad drachmas duas et ultra, nychthemeri spatio, lateribus colli, pectori illiniendum, substituimus. Sunt qui *Mercurio solubili* HAHNEMANNI maxime faveant ³⁴⁾. ε') *Hepar sulphuris et ammonia. Sulphuretum potassae* ut specificum contra croup propositum ³⁵⁾, commendatione usurpatâ ³⁷⁾ indignum, invenimus

31) e. c. pro infante duorum annorum R. Pulveris calomelanos grana sex. Sulphuris aurati antimonii grana duo. Sacchari drachmam semis. M. Divide in sex p. aequ. Cap. omni secunda horâ pulverem.

32) „Die Schwäche, welche zuweilen als Folge des zu starken Gebrauchs des Quecksilbers entsteht, ist manchmal so groß, daß der Tod dadurch erfolgt, wie selbst der große Verehrer des Calomel, HAMILTON, offen gesteht.“ ALBERS l. c. p. 225.

33) ALBERS l. c. p. 229.

34) MOST l. c. p. 98. 101.

36) Ab anonymo prope tribunal expertorum Parisiense (v. *Rapport de la commission du croup*). Exhibetur bis de die a granis sex ad decem cum melle aut syrupo.

37) Miror medicos tribunal expertorum componentes tale pharmacum quocunque demum modo commendare potuisse.

mus ³⁸⁾ iidemque alii ³⁹⁾. *Ammoniam* utpote hypothesium gratia in praxin introductam ⁴⁰⁾, honore experimenti ne quidem dignare censuimus.

6. *Spiritus salis ammoniaci anisatus* ⁴¹⁾, *Tertia indicatio.*
elixir pectorale Regis Daniae Ph. Wirtembergensis ⁴²⁾ et *sal volatile cornu cervi tum simplex* ⁴³⁾, tum *camphorae nuptum* ⁴⁴⁾, scopo sputa pro-

38) Ter auctor fui, ut hepar sulphuris infantibus croup detentis porrigeretur terque id fecisse dolui. Enim vero non solum inde fructum non percepimus, sed miseri a pharmaco tam ingrato adhuc magis excruciatii fuere.

39) WALKER *Allg. med. Annal.* 1813. *April.* p. 136. VALENTIN l. c. p. 588. ALBERS in *Journ. de Depart. des bouches du Weser* p. 23. le 12. Mars 1812. Cfr. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1812. p. 137. BOURGEOIS in *Journ. gen. de méd. françoise et étrangère.* T. LXXII. 1819. *Mai.* p. 340 (Hepar sulphuris pro veneno caustice declaratur, gastritidem excitante).

40) Ob id scilicet, quod pseudomembrana croup ex albumine constet, et ammonia albumen solvat (v. CARRON l. c.). Verum ut hujusmodi solutio contingere possit, contactus pseudomembranae cum ammonia requireretur. Contactus autem nullus hic expectandus, cum pseudomembrana in larynge haereat, et ammonia per oesophagum transeat. Praeterea ammonia solum admodum diluta exhiberi possit.

41) LENTIN v. SACHSE l. c. p. 163.

42) Idem ib.

43) RECHOU *Recueil* p. 120.

44) SACHSE inquit: „die Mittheilung der im HUFELANDI-

promovendi viresque vitales sustinendi, forte majori fide digna fuissent; at mali effectus, quos e *camphora* ⁴⁵⁾, *cinchona* ⁴⁶⁾ et *opio* ⁴⁷⁾ experti sumus,

SCHEN *Journ.* 30. B. 1. St. p. 110. angekündigten Beobachtungen des Herrn Dr. CZEKIERSKI, welcher mit einer Mischung des Camphers und Antimonium (Ammonium, seu potius kohlensaures Ammonium) 20 Kinder rettete, muß man um so begieriger erwarten, da Herr Medicinal-Rath WOLFF versichert, daß sie Herrn CZEKIERSKI seit 1806 nie im Stiche gelassen, sondern selbst da noch Hülfe geleistet habe, wo nach bisherigen Erfahrungen keine Rettung mehr denkbar war.“ l. c. p. 165.

Ait VALENTIN: „ma correspondance avec trois medecins de Varsovie, m'apprend que les pretendus succes obtenus da carbonate d'ammoniaque qu'il designe par l'epithete d'ammoniam, se reduisent à fort peu de chose.“ l. c. p. 585.

- 45) Adhibuit sine effectu jam HOME cum nitro (*Obs.* 5. p. 16). Laudatur cum kermete ab OIBERS (v. ALBERS *Annal.* p. 47.) et per se a HUFELANDIO (*Journ.* 9. B. 1. St. p. 177). Ego semper vidi tussim inde exasperatam, quod et REIL observavit (*Fieberlehre* 2. B. p. 443) et fauces adussisse. Eundem effectum adnotat JURINE: „Bei einigen wirkt er (der Campher) beruhigend, andere regt er nur noch mehr auf, und sie klagen über eine unerträgliche Hitze im Schlande.“ l. c. p. 182.
- 46) In ipso croup periodice decurrente, vidi paroxysmos non solum inde non impediri, sed aucti cum respiratione simul aggravata (*Acta mea clin.* l. c. p. 68. NAHUMOWICZ l. c. p. 7). Cum meis observationibus illae JURINEI conveniunt (l. c. p. 69 et 283).
- 47) Laudatur 1° ad infantes soporosos reddendos, ne sese applicationi hirudinum opponant! JAHN *Kinder-*

sumus, successus, quo *moschus* 48) et *asa foetida* 49) caruerant, et observatio, artis hujusmodi in-

krankh. p. 491). Misericordia! 2° ad sedandam diarrhoeam a mercurio excitatam (JONAS l. c. p. 149. multique alii) et 3° ad tussim leniendam (VIEUSSEUX l. c.). Horrendae commendantur doses ab AUGUSTIN, HARLES (v. HUFELAND's *Journ.* 6. B. p. 571.) et HECKER (*Die Kunst, die Krankh. d. Menschen zu heilen*). Vidi opium ab aliis in croup porrectum congestiones ad caput auxisse et sputa suppressisse. Tamen ait HAASE: „l'opium a été administré dans sept cas qui terminèrent heureusement.“ l. c. p. CXVIII.

48) Laudatur a SACHSE l. c. pro tertia indicatione, ac revera profuit. Nunquam tam felix fui; verum neque poenituit moschum exhibuisse, nam nonnullos aegros languentes refocillavit. Exhibeo aegrotulo duorum annorum. R. Moschi grana duo. Sulphuris aurati antimonii gran. unum. Mucilaginis Gummi Arabici drachm. sex. Syrupi althaeae seu croci drachmas duas. M. D. Omni hora cochil. coffeanum. Moschus JURINIO indicatus videtur, dum croup magnas remissiones exhibet. Caeterum per transennam de hoc remedio loquitur (l. c. p. 282). Cum remissiones solum in morbo recenti obvenire soleant, tunc vero methodus antiplilogistica indicatur; primae JURINEI indicationi non assentio. Connubiunv moschi cum mercurio pro remedio specifico in croup declarat WIGAND (HUFELAND's *Journ.* 1810. Febr. p. 160.), pluries autem incassum adhibui. HAASE asserit: „la combinaison du musc avec le calomel paroît avantageuse.“ l. c.

49) Extollunt illius effectus JURINE l. c. p. 282. (*Unter allen gegen die nervösen Symptomen beim Croup angewandten Mitteln verdient die Asa foetida den Vorzug*).

inania conamina ultima miserorum vitae momenta saepe duriora reddidisse; haec omnia nos non solum a supra allatis pharmacis, sed et ab aliis sic dictis excitantibus et antispasmodicis in cura croup commendatis, e. c. ab *aethere sulphurico*⁵⁰⁾ et *acético*⁵¹⁾, *phosphoro*⁵²⁾, *castoreo*⁵³⁾ *succino*⁵⁴⁾ etc., absterruerunt. Efficacioribus auxiliis destituti, tamen illorum usum non proscribimus, imprimis si febris croup comitans indolem typhodem exhibeat. Quid *affusio aquae frigidae*, secunda quaque horâ repetita, hac sub rerum positione valeat *), necdum experti sumus.

7. Re

VIEUSSEUX (l. c. p. 139. 147. 432. 448.). Vix aliter quam per clysteres adhiberi potest e. c. scrupulus pro dosi infanti duorum annorum administranda. Vidi inde symptomata nervosa, virium jacturam comitantia, remisisse, neminem vero sanatum.

50) JURINE l. c. p. 281. PINEL Nosogr. philos. T. II. p. 352. Medic. chir. p. 223.

51) VIEUSSEUX l. c.

52) PAILROUX v. JURINE l. c. p. 290.

53) LENTIN cum emeticis praesertim in sic dicto infuso ipecacuanhae GIANELLII. v. SACHSE l. c. p. 201.

54) *Tinctura*, VIEUSSEUX, JURINE II. cc.

*) *Heilung e. Croups im letzten Stadium d. Aethymerie, durch Uebergießung mit kaltem Wasser, von Dr. J. HARDER*, l. c. p. 23. ait: „Ich ließ das Kind in eine große Wanne mit dem Bunche auf ein weich gestopftes Heukissen niederlegen und an den Extremitäten von zwei Gehülfen festhalten, goß dann selbst zwei Eimer voll kaltem Wasser (12 bis 13° R. über Null) aus einer Höhe

7. Re ceterum conclamatâ, num *tracheo-* Tracheo-
tonia.
toniae locus sit, quaeritur? — Operatio hujus-
 modi jam dudum in anginis ⁵⁵) et in morbis tra-
 cheae (et quidem non solum in illis, quibus cor-
 pora peregrina ansam praebent, sed et in
 aliis ⁵⁶) adhibita; in croup commendata est a
 Ho-

*von einer halben Elle, rasch vom Kopfe über den Nacken
 und den Rücken bis zum Heiligenbeine herab.* Con-
 firmatur haec methodus a cl. Dr. MÜLLER (ibid. p.
 53.) et a Dr. ABERLE (*Salzb. med. chir. Zeit.* 1822.
 N. 39.).

55) RHASES. ANTON MUSA BRASSAVOLA v. SACHSE I.
 c. p. 277. AUR. SEVERINI de recondita abscessuum
 natura p. 219. Lugd. Bat. 1724. (In cynanche gangrae-
 nosa Neapoli grassante). NIC. MOREAU v. BARTHO-
 LINI Epist. Cent. I. 80. 81. p. 542. PURMANN *chirurg.
 Lorbeerkrantz.* C. 44. p. 302.

56) FABRICIUS AB AQUAPENDENTE de operat. chir. P. I.
 c. 44. p. 162. (Si a mucro tenaci trachea repleta esset).
 NIC. HABICOT *question chirurgicale sur l'opération de
 la bronchotomie.* Paris 1620. (in inflamm. tracheae ad-
 modum periculosa). PET. DIONIS *Cours d'operat. de
 chir.* p. 404. (in summo gradu inflammationis tra-
 cheae). BINART v. VERDUC *traite des operat. de chir.
 T. I.* p. 170. Paris 1701. (item). FULV. GHERLI
 Cent. II. *di rare osservazioni* p. 170. Venez. 1723. (item).
 GEORG. MARTINI *Phil. Trans. Vol. VI. P. III.* p.
 178. GARENGEOT *traité des operat. de chir. Vol. II.*
 p. 446. VIRGILI in *mém. de l'acad. de chir. à Paris.
 Vol. I.* p. 581. FERNIRE *Journ. de méd. T. 62.* p. 411.
 DESAULT *chir. Nachl. 2. B. 3. Th.* p. 248. HUNTER

HOMIO ⁵⁷⁾, MICHAELIS ⁵⁸⁾, CHAUSIERIO ⁵⁹⁾, YEL-
 LOLY ⁶⁰⁾, SCHWARZIO ⁶¹⁾, LATOURIO ⁶²⁾, WIL-
 SONIO ⁶³⁾, PORTALIO ⁶⁴⁾, CRAWFORDIO ⁶⁵⁾, MAR-
 CO ⁶⁶⁾, GIRAUDY ⁶⁷⁾, BONNAFOX DE MALLET ⁶⁸⁾
 et maxime a CARRONIO ⁶⁹⁾. Sicuti vero tracheo-
 tomia jam quondam in anginis rejiciebatur ⁷⁰⁾,
 ita et nos illam in cura croup rejicimus, cum
 BELL ⁷¹⁾, ALEXANDER ⁷²⁾, AUTENRIETH ⁷³⁾, OD-
 WYER ⁷⁴⁾,

v. EHRLICH's *Beobachtungen* p. 84 (in inflammatione
 vehementi laryngis).

57) l. c. p. 65.

58) l. c. p. 219.

59) *Recueil* p. 128.

60) l. c. p. 51.

61) HUFELAND's *Journ.* 15. B. 2. St. p. 149.

62) l. c. p. 59 — 67.

63) l. c. p. 46.

64) l. c. p. 117. 133. 153.

65) l. c. p. 228.

66) l. c. p. 125.

67) l. c. p. 143 — 146.

68) l. c. p. 218 — 231.

69) op. c.

70) ARETAEUS inquit: „Quicumque vero strangulatum
 ab angina verentes, asperam, quo liberius traheretur
 spiritus, incidere arteriam, rem mihi non videtur ex-
 perientia confirmasse. Inflammationis quippe fervor,
 ex vulnere major efficitur, cumque strangulatione et
 tussi in exitum hominis conspirat.“ De causis et
 signis acut. morborum.

71) *Wundarzneekunst.* 4. B. p. 248.

72) l. c. p. 78.

WYER 74), MEASE 75), FERRIAR 76), JEFFROYS 77),
 LANG 78), COLLINET 79), CHEYNE 80), SCHWIL-
 GUÉ 81), VIEUSSEUX 82), VALENTIN 83), DOU-
 BLE 84), CAILLOU 85), RAVENAU 86), FÜRSTENAU 87),
 JURINE 88), ALBERS 89), ROYER-COLLARD 90),
 SACH-

73) l. c. p. 51.

74) l. c. p. 28.

75) l. c. p. 197.

76) l. c. p. 117.

77) l. c. p. CXI.

78) l. c. p. 49.

79) l. c. p. 26.

80) l. c. p. 45. 46.

81) l. c. p. 61.

82) l. c. p. 162.

83) l. c. p. 615.

84) l. c. p. 509. 515.

85) l. c. p. 163. 166.

86) l. c. p. 108.

87) l. c. p. 18.

88) l. c. p. 219. „Nur einen Fall giebt es, wo man mit Hoffnung eines glücklichen Erfolges die Tracheotomie unternehmen darf; wenn nämlich die entzündlichen Zufälle fast gänzlich aufgehört haben, der Husten nicht mehr trocken ist, und man gerechten Grund hat zu glauben, daß die Fortdauer der krampfhaften Zufälle einzig und allein von einer vor der Glottis schwebenden Membran herrühre.“ l. c. p. 295—296. Rite vero ALBERS quaerit „aus welchen Symptomen sollten wir dieses aber vermuthen?“ Not. 208.

89) Anmerk. zu ROYER-COLLARD l. c. p. 238.

90) Dict. l. c. p. 484.

Frank Prax. II. 2.

N

SACHSE⁹¹⁾, HAASE⁹²⁾ etc. Paucis enim adversariorum argumentis multa opponere possumus. Sic ajunt: 1^o tracheotomia operationem sistit haud periculosam⁹³⁾; — immo periculosissimam ob facilem laesionem arteriarum thyreoidearum et nervorum⁹⁴⁾ atque ob parvam laryngis in pueris diametrum⁹⁵⁾. 2^o Indicatur tracheotomia ob analogiam inter pseudomembranas croup et corpora extranea tracheae illapsa⁹⁶⁾; — analogia ista vana est, nam hic agitur de causa morbi, ibi de effectu et quidem de effectu non constante. At vero concessa praesentia pseudomembranae, quis illam parietibus tracheae adhaerentem separabit? quis illam ex bronchiis extrahat? Tandem si membrana ab adhaesionibus liberari et extrahi etiam posset, liceretne simul inflammationem, veram croup causam, simul extrahere? Postremo, ne unum quidem exemplum certum croup saltem acuti*), ope tracheotomiae sanati, agnoscimus⁹⁷⁾.

CAPUT

91) l. c.

92) l. c. p. CXXV.

93) MICHAELIS l. c. 219.

94) VICQ D'AZYR l. c.

95) CHEYNE l. c.

96) CATTON l. c.

*) De croup chronico ope tracheotomiae sanato narratur casus a W. H. PORTER in *medical-surgical Transactions published by the medical and surgical society of London. Vol. XI. Part. II. 1821. v. Neue Sammlung*

CAPUT IV.

De Phthisi laryngea et tracheali.

§. XV.

Definitio. Literatura.

1. **U**lcus laryngis vel tracheae. (socia saepe Definitio.
carie), gignens vocis extinctionem, dolorem ad
N 2 par-

ausersener Abhandlungen zum Gebrauche pr. Aerzte.
6. B. 1. St. Leipzig 1822. p. 123.

- 97) „*Cette opération a été pratiquée en Amérique, en Espagne, en Danemarck en plusieurs parties d'Allemagne, à Genève, à Brest, à Lyon, à Bordeaux, à Paris; et nulle part elle a réussi.*“ ROYER-COLLARD l. c. p. 488. CARRON bis tracheotomiam in croup instituit, semel aeger sub ipsa operatione et altera vice sedecim horis postea demortuus est. Exemplum a BURSERIO (Inst. med. Vol. III, p. 333.) allatum non respicit croup, sed corpus extraneum tracheae illapsum (v. Epist. JOANNIS KING in op. VALENTIN p. 629). Num exemplis croup, ope tracheotomiae sanati, quae à CHEVALIER (*med. chir. transact. Lond. 1815. Vol. 6.*), MARSCH. HALL (ib. 1819. Vol. 10.) et in *Transact. of the associat. of Fellows and Licentiates of the king's and queen's College of Ireland. Vol. 3.*, fides tribuenda sit nec ne, determinare non audeo.

partes affectas, tussim clangosam, sputa spumosa, puriformia, et febrem hecticam, *phthisin* constituit *laryngeam* vel *trachealem* ⁹⁸).

Literatura. 2. Quamvis fasti medici antiquiores ulcerum, tum laryngis, tum tracheae, exhibeant exempla, uti videre est apud GALENUM ⁹⁹), AETIUM ¹⁰⁰), ZACUTUM LUSITANUM ¹), MARCELLUM DONATUM ²), SCHENKIUM ³), HORSTIUM ⁴) etc.; attamen doctrina phthiseos laryngeae et trachealis dumtaxat, recentiori aevo debetur operâ MORGAGNI ⁵), BORSIERI ⁶), DOUBLE ⁷), THOMANN ⁸),

98) GALL. *La phthisie laryngée, trachéale*, — GERM. *Die Kehlkopf- oder Luftröhren-Schwindsucht*. ROSS. *Чахотка дыхательного горла*. POL. *suchoty gardłowe, suchoty kanału oddechowego*.

99) Method. med. Lib. V. C. II.

100) Tetrab. II. Serm. IV. C. 64.

1) Med. Pract. hist. L. II. N. 2.

2) Lib. III. C. I.

3) Obs. Lib. II. N. 7.

4) Opp. Lib. IV. Part. II.

5) De sedibus et caus. morb. l. citando.

6) Institut. Vol. IV. §. LVII. LXII. Edit. Mediol. a. 1789. p. 41. "Tam clare doctrina phthiseos laryngeae et trachealis hic exponitur; ut verba auctoris articuli *Phthisie trachéale* in dict. des sc. méd. (T. XLII. p. 168.) risum movere debeant: „... avant la thèse que M. CAYOL a soutenu en 1810. sur la phthisie trachéale on ne possédait sur cette maladie que les notions les plus vagues et le moins précises, ... en un mot l'histoire exacte de cette maladie étoit entièrement à faire."

MIANN⁸⁾, ROBERT⁹⁾, FLORMANN¹⁰⁾, SAUVÉE¹¹⁾, WATHEN¹²⁾, SCHOENBACH¹³⁾, CAYOL¹⁴⁾, NEUMANN¹⁵⁾, DELPIT¹⁶⁾, BEDINGFIELD¹⁷⁾, C. BELL¹⁸⁾, KULESZA¹⁹⁾. Denique notio exactior croup haud parum ad doctrinam phthiseos laryngis et tracheae illustrandam contulit.

§. XVI.

- 7) In *Bulletin de la soc. de méd. de Paris* p. 195. App. ad *Journal de méd. continué. Vol. XI.*
- 8) *Annales Instituti medico-clinici Wirceburgensis* 1799. Vol. I. p. 162 sq.
- 9) *Journ. de méd. continué. Vol. IX.* p. 185.
- 10) in *N. Abhandl. d. Schwed. Akad. IX. B. v. Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. XIV. B.* p. 467.
- 11) *Diss. Recherches sur la phthisie laryngée. Paris* 1808.
- 12) in *Mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. I. N. 20.*
- 13) *Diss. de phthisi tracheali. Vilnae* 1808. Cfr. *Acta mea clinica Viln. ann. II.* p. 64.
- 14) *Recherches sur la phthisie trachéale. Paris* 1810.
- 15) HORN'S *Arch. f. med. Erfahr.* 1811. März. p. 246.
- 16) *Article phthisie laryngée in Dict. des sc. méd. Tome XXVII.* p. 204. — Auctor articuli *Phthisie trachéale* (op. c. T. XLII. p. 166.) prudentior, literis tantum initialibus M. J. nomen suum designavit.
- 17) *A Compendium of medical Practice, illustrated by interesting and instructive Cases, and by Pract. Patholog. and Physiolog. Obs. Lond.* 1816. p. 86—88.
- 18) In *the medico-chirurgical Journal and Review. Lond.* 1817. Vol. III. p. 144—46.
- 19) *Dissert. de phthisi laryngea et tracheali. Vilnae* 1821.

§. XVI.

*Symptomata. Cadaverum autopsia.*Sympto-
mata.

1. Phthisis laryngea et trachealis, nobis sexagesies et ultra visa, nisi praevisi croup acuti sit effectus ²⁰), aut ex phthisi pulmonali evolva-
tur ²¹), lente ingruere et decurrere solet ²²). Morbus ut plurimum raucedine rebelli et rhoncho inconsueto sub somno annunciat. Accedit sensus titillationis, pruritus, caloris et siccitatis circa laryngem aut tracheam, aliquando cum perceptione corporis extranei ibi latentis ²³). Intercurrit tussicula sublimis, brevis, plus minusve clangosa, cui tandem dolor ardens, fixus, partium affectarum, interdum unius tantum laryngis lateris, adsociatur. Sputa copiosa, spumosa, ductilia, instar salivae, cum striis vel frustulis puriformibus segregatis, fundum vasis petentibus ²⁴), quandoque non sine dolore rejiciuntur. Sputa hujusmodi, aliquando specificè foetentia ²⁵), raro sanguine tincta sunt. Vidimus illa cum
con-

20) Cap. III. §. XIII. N. 4.

21) Cfr. Caput X. §. LII. N. 6.

22) In virgine Lithuanica morbum ad quintum annum protractum vidi.

23) Acta mea clinica l. c. p. 63.

24) CAYOL aliique sputorum istam conditionem pro genitalia hoc in morbo jure declarant.

25) Peculiarem puris foetorem, de quo BORSIERI loquitur, nunquam percepi.

concretionibus calculosis²⁶⁾, viderunt alii cum basi cartilaginis cricoideae ossificata²⁷⁾, cum frustulo nucis avellanae²⁸⁾, cum pseudomembranis²⁹⁾. Saepius e larynge et trachea cruor sincerus³⁰⁾, modo paucus, modo copiosus, nunc cum, nunc sine tussi, praevio plerumque ardore et subsequente levamine, manat³¹⁾. Verum ocyus serius raucedo augetur, loquela, a tussi intersecta, laboriosa et aliquando ita profunda, et vacua fit, ac si e specu prodiret: tandem, verba aegri aphonici non nisi ex labiorum motu intelligi possunt. Deglutationis quoque opus cum dolore et interdum cum suffocationis periculo absolvitur. Ciborum enim a frustulo, et magis adhuc, ab haustu potus, aegros in tussim salvam, usque ad rejectionem rerum assumptarum

pro-

26) In praedicta virgine Lithuanica vidi.

27) Aeger HUNTERI per plures menses sanguinem et pu rejiciebat ac pro phthisico habitus fuit. Convaluit rejecta cartilagine indicata. v. CRUIKSHANK *Gesch. u. Beschreib. d. einsaugend. Gefasse, übers. v. LUDW.* p. 121.

28) Aeger per 7. annos dyspnoeâ, saeva tussi excruciebatur et omnino emaciatus erat, convaluit rejiciendo corpus indicatum (TULPIUS *Obs. med. Lib. II. C.* p. 109).

29) §. XVIII. N. 2.

30) *Tracheorrhagia* FRANKII. v. *Epitome de cur. hom. morb. L. V. P. II.* p. 173. et BELL I. c. p. 145.

31) Cfr. Cap. IX. §. XL. N. 6.

protractam ³²⁾, (relictis pro tempore facie tumida, oculorum lachrymatione, anhelitu, cordis palpitatione, artuumque tremore) coniectos fuisse, vidimus. Quid quod, jam propriae salivae deglutitio cruciatum excitat, ac inprimis dolorem pungentem e faucibus ad aures, saepe susurru molestatas, extensum ³³⁾, adauget. Fauces praeter quamdam rubedinem, ac statum varicosum vênarum (phaenomena nequaquam constantia) nil morbosum exhibent. Larynx vel trachea rudiorem attactum respuunt. Ille interdum prominet vel volumine augetur; haec a levi tumore circumdata visa est ³⁴⁾. Jamque adesse solet febris, horroribus pomeridianis, caloribus vespertinis sudoribusque nocturnis ac siti stipata, comitantibus pulsu crebro, regulari ³⁵⁾, contracto, urina sedimento puriformi instructa, passim etiam diarrhoea colliquativa vires frangente et pedum oedemate. Corpus interea totum, maxime vero extremitates superiores ³⁶⁾, marcescunt; capilli defluunt, et pectus (quod hucusque a morbo intactum

32) Cfr. Cap. de dysphagia in P. III. Vol. I.

33) Dum unum laryngis latus dolet, dolor solum ad aurem lateris affecti ascendere solet, ut inter alios in clinico meo a. 1819. in murario 40. annorum observavi.

34) CAYOL l. c.

35) Pulsum in utroque brachio varium observavit CAYOL, — videtur id casui fortuito adscribendum esse.

36) BORSIERI verissima observatio l. c.

tactum mansit), apud plurimos, praevis symptomatibus phthiseos pulmonalis, affici incipit. Remittunt tunc in nonnullis mala laryngis et tracheae, praecipue tussis illa clangosa, et aeger, ut in phthisi pulmonali, infelicis vitae finem attingit. Contra alii ad mortem usque nunquam de pectoris affectione conqueruntur, et, licet ob difficultatem respirationis scalas ascendere nequeant³⁷⁾, tamen decubitu quoquoersus libero fruuntur. Verum aegri ejuscemodi, uti in acme croup, a dyspnoea cum respiratione profunde sonora et expiratione stridente, anguntur, laryngem, digitis correptum, antrorsum trahunt³⁸⁾, facie livida, sudore frigida cooperta, oculis ex orbitis propulsis, adstantium auxilium implorant, lectum, et potissimum decubitus supinum, fugiunt, desperabundi pedibus calcitrant, ac, concessis lucidis intervallis, cum morte, horrendo spectaculo, luctant, donec suffocati pereant.

2. Cadavera non semper adeo emaciata, ac Autopsia cadaverum. post alios morbos tabificos, cernuntur. *Epiglottidem* reperiimus in quinque cadaveribus ulceribus obsessam³⁹⁾, in plurimis erosam et in uno dimidio

37) Errat certe BORSIERI dicens: „Spirandi difficultas etiam in ascensu scalarum non percipienda.“ — Nam et in primo morbi stadio affectio laryngis aut tracheae omnem motum vehementiorem respuit.

38) Observatio MOROAGNI l. c. Epist. XV. Art. 15.

39) Exempla similia describuntur in DUCAN chymiae

midio consumptam ⁴⁰). Reperta ea est ab aliis plane destructa ⁴¹), perforata ⁴²), marginibus corrugatis instructa ⁴³), cicatricibus tecta et acuminata ⁴⁴), indurata ⁴⁵) ac denique ossificata ⁴⁶). *Laryngis* interna superficies, eo in loco praecipue, ubi ventriculi MORGAGNIANI siti sunt, sese nobis plus vice simplici exhibuit pure oblecta, exulcerata ⁴⁷), cum verruculis, ulceribus inter-

natur. spec. Hagae 1707. p. 179. *Mém. de l'Acad. de chirurgie. Vol. I.* p. 184. 195.

40) Vienna a. 1799. in famulo aulico. Miscr tres ante interitum menses vix guttam aquae aut lactis deglutire potuerat ac desperabundus perierat. Similia viderunt HOPFENGÄRTNER in HUELLAND's *Journ. G. B.* p. 558. THOMANN I. c. Observationes hujus generis opinionem MAGENDIE (in *Precis élément. de Physiol. T. II.* p. 162.) valde infringunt. Interea obveniunt alia illam confirmantia (TOZZETTI *Raccolti v. Journ. de med. T. II.* p. 381. et *Samml. med. Wahrnehm. 4. B.* p. 321).

41) CUMMEN *Miscell. nat. cur. Dec. I. An. 3. Obs. 112.* BELL I. c. Case 2. p. 146.

42) MORGAGNI I. c. Epist. XXVIII. art. 10.

43) *Abhandl. f. pr. Aerzte. 9. B.* p. 685. in nota.

44) MORGAGNI Epist. XLIV. Art. 15.

45) BONETI *Sepulchr. anat. L. III. Sect. IV. Obs. 6.* — *Act. N. Cur. Vol. II. Obs. 84.* BRÜNING *Constit. epid. Essendiens. Wesel 1769.* p. 34. nota 9.

46) PAAV *Primit. anatom. de ossibus* p. 10 et 24.

47) Cfr. MORGAGNI Epist. XV. 13. THOMANN I. c. WATHEN in *Mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. I. N. XX.* BIERMAYER *Museum anatomico-patholog.*

interpositis ⁴⁸⁾, ac communicans per ulcus cum pharynge ⁴⁹⁾. Videruntque alii superficiem laryngis condylomatibus ⁵⁰⁾, ulceribus carcinomatosis ⁵¹⁾, polypis ⁵²⁾ obsessam. Alii invenerunt concrementa ossea ⁵³⁾, liquorem serosum, flavum, tenacem inter membranas laryngem ambientes ⁵⁴⁾ atque hydatides ⁵⁵⁾. Saepissime cartilaginem cricoideam carie erosam deteximus. Semel tanta hujus cartilaginis erosio erat, ut margines illius ex utraque parte dehiscentes, in pharyngem erosam prominere ⁵⁶⁾. Nec cartilaginibus reliquis caries parcat ⁵⁷⁾. Et copiosa cartilaginum omnium laryn-

Nosocomii Universitat. Vindobonensis. Vind. 1806.
p. 140 sq.

48) Casum similem describit BIERMAYER l. c. p. 143.

49) Acta mea clinica l. c. p. 65.

50) BIERMAYER l. c.

51) MORGAGNI Epist. XXVIII. Art. 9. 10.

52) LIEUTAUD *hist. de l'ac. R. des sc.* 1754. — *London med. Transact. Vol. I.* p. 407. HERBINIAUX v. RICHTER's *chir. Bibl.* 2. B. 1. St. p. 89.

53) RIESEL *Misc. nat. Cur.* Dec. II. An. 2. Obs. 116.

54) MORGAGNI Epist. IV. Art. 24. 26.

55) LIEUTAUD l. c. GOOCH *Cases of Surgery* p. 99. DE LORMES v. *Neues Journ. der ausl. med. chir. Lit. von HARLES.* 9. B. 2. St. 1810. p. 172.

56) Acta mea clinica l. c. p. 65. Plura exempla collegit BIERMAYER l. c. p. 141.

57) *Cartilaginis thyreoideae internam superficiem erosam, externam autem nigerrimam* describit SCHOENBACH l. e. p. 8. BELL l. c. p. 144 et 146, — *arytenoideam*

laryngis ossificationis describuntur casus ⁵⁸⁾. Ad tracheae internam superficiem, praesertim prope bifurcationem illius ulcera saepe conspeximus ⁵⁹⁾, sociis interdum ulceribus oesophagi ⁶⁰⁾. Viderunt alii tracheam angustatam ac tuberculis intus obsessam ⁶¹⁾, ossificatam ⁶²⁾, inique saccum mem-

vero ex uno latere omnino destructam, in altero, quadam tantum parte, vidit BEDINGFIELD l. c. p. 87.

58) COITER Obs. et exercit. anat. L. I. COLUMBUS de re anat. L. XIII. RIOLAN Enchirid. med. L. IV. C. 13. et SANDIFORT Obs. anat. pathol. L. III. C. 2. p. 43 sq. ejusd. Mus. anat. Acad. Lugd. Vol. I. Sect. V. N. 80. p. 274.

59) Exempla recensentur a BENIVENIO de abd. rerum caus. C. X. — HORSTIO Opp. L. IV. P. II. ALOYS SUAREZ BARBOSA de angina ulcerosa. Lisbon 1789. BANG *Auswahl aus d. Tagebüchern d. K. Krankenh. in Kopenh.* 1783. 1. B. Sept. HESSELBACH in der *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1820. N. 82. p. 57. (Praeter ulcera internae superficiei laryngis et tracheae, rami utriusque recurrentes nervorum vagorum, secundum illorum longitudinem excavationibus notata (*eingekerbt*) et ad loca nota coloris obscurioris erant).

60) ZEVIANI *mem. di matem. e fisica della Società Italiana.* T. VII. vers. exstat in WEIGEL's *Ital. med. chir. Bibl.* 4. B. 1. St. p. 60.

61) BAILLIE *series of engravings Fasc. III. Pl. II. f. 2.* — Tubercula tracheae vidit et DRELINCOURT apud LIEUTAUD *hist. anat. med.* Vol. II. Obs. 8. CHAMBON DES MONTEAUX *merkwl. Krankengesch. u. Leichenöffnungen.* 3. B. p. 49.

membranaceum, qui materiam pultaceam, phosphatam calcis sistentem, continebat, conversam ⁶³); ne de vermibus ⁶⁴), lapillis ⁶⁵), concretis metallicis ⁶⁶), in illa haerentibus, loquamur. In plurimis cadaveribus, in quibus allata vitia laryngis et tracheae invenimus, pulmones omnino normales erant; hinc inde vero illi phaenomena

- 62) SOEEMMERRING v. *Anmerk. zu BAILLIE* p. 48. FLORMANN in *Abh. f. pr. Aerzte.* 14. B. p. 467. HAEN *Heilungsmethode.* 7. Th. 2. Kap. 3. B. p. 281. MORGAGNI *Op. c. epist. VII. Art. II. et Advers. anat.* I. Vol. §. 24. — ossificationem tracheae impedire, quominus gula facile laqueo frangatur, testantur observationes HIER. CARDANI de varietate rerum. L. XVII. Novemb. 1550. L. XIV. C. 76. SCHENK L. I. p. 11.
- 63) OTTO *Handb. d. patholog. Anatomie.* Breslau 1814. p. 227.
- 64) CONSENTINI *progymn. phys.* p. 90. — SENNERT *prax. med.* L. I. p. 133. Atque hic non solum de vermibus ex oesophago post mortem in tracheam irreptis, sed de vermine tracheae addicto, scilicet de *hamularia subcompressa.* (TREUTLER *obs. pathol. anat.* p. 10. Tab. II. fig. 37. et CAMPER's *Kleine Schriften.* 3. B. p. 201.) quaestio est.
- 65) SCHMID in *Misc. nat. cur.* Dec. I. An. 9 et 10. Obs. 55. HEISTER *med. u. chir. Wahrnehm.* p. 843. Concreta ista lapidea imprimis obvenire solent in lapidariis, lapicidis et murariis. v. SCHURIGII *Lithologiae* C. II. §. 19. p. 115. DESCENETTES *Journ. de méd.* 1790. *Juin.*
- 66) e. c. in hominibus in fodinis metallicis laborantibus. v. LIEUTAUD *Obs.* 12.

nomena phthiseos pulmonalis, plus minusve projectae, exhibebant.

§. XVII:

C a u s s a e.

C. Praedis-
ponentes.

1. *Praedisponunt* ad phthisin laryngeam et trachealem: sexus masculinus ⁶⁷⁾, aetas provec-
tior ⁶⁸⁾, clima frigidum ⁶⁹⁾, tempus hyemale ⁷⁰⁾, opi-

67) Solum *novem* feminas inter aegros meos invenio, et inter istas quinque morbum ex syphilide acquisivere. Quae observatio, si cum illa, in capite praecedente (§. XI. N. L.) allata, comparatur; patet, laryngem marium revera longe magis quam illum foeminarum morbis obnoxium esse. Interea et observationem contrariam experientia mea suppeditat. Die enim 17. Mensis Octobr. 1816. pro viro phthisi laryngea laborante in consilium vocatus sum, qui, se jam tres *sorores* eodem morbo amisisse, retulit.

68) Si infantes phthisi laryngea venerea affectos excipiam, fateri debeo, omnes aegrotos pubertatis epocham superasse. Plurimi inter 30 et 40 aetatis annum versabantur. Cum infantes croup chronico longe minus quam adulti subjiciantur, atque croup acutus illos potius suffocet, cur phthisis trachealis tenerae aetati quodammodo parcat, intelligitur.

69) Licet *Viennae* phthisin trachealem spatio octo annorum, quoq. magni Nosocomii medicus primarius constitutus eram, octogies observaverim; illam *Vilnae*, habita ratione numeri incolarum adhuc frequentius obvenire, credo; vix enim annus decurrit, quin quatuor, quinque dirae hujus aegritudinis exempla occurrant.

opificia, quorum tractatio magnam pulveris inspiciendi opportunitatem praebet 71), atque demum affectiones faucium et glandularum submaxillarium repetitae 72).

2. *Excitant* phthisin laryngeam et trachealem, praeter generales causas croup 73), refrigeratio corporis 74), imprimis haustus frigidus post cursum ingurgitatus 75), clamores protracti 76), cantus simul cum choreis 77), potus

C. Excitantes.

70) Maxima pars aegrorum meorum morbum hyeme aut verno ingruente adepti est. Nonnulli, aestate adventante, fere sanati videbantur, at vtro redeunte hyeme pejus quam unquam se habebant.

71) Cfr. §. XVI. N. 2. (65).

72) Sic circiter viginti exempla inter proprios aegros docent. Nonnulli furunculis variis in partibus subijciebantur. Unius aegrae sudor longe ante morbum valdopere foetebat.

73) Cap. III. §. XI.

74) Fere omnes aegroti hanc causam indicant.

75) Nobilis virgo ruri degens domum amicae dimidium milliarium distantem pomeridianis horis sine sociis adiverat. Reducem nox invasit, a qua terrefacta cursu sibi consulere voluit. Propriam fere exanimis attingens habitationem, incaute haustum cerevisiae ingurgitavit, subsecuta illico raucedine, qua neglecta phthisis trachealis evoluta est.

76) Cfr. Cap. II. §. IV. N: 11. (91).

77) Feminam scrophulosam a. 1821. mense Septembre curavi, quae in phthisin trachealem incidit, cum choreas ducendo, defectum instrumentorum vocalium propriae vocis ope suppleverit.

liquorum fermentatorum ⁷⁸⁾, fuga herpetis ⁷⁹⁾, erysipelatis faciei ⁸⁰⁾, aut sudoris habitualis pedum ⁸¹⁾, maxime vero syphilis ⁸²⁾ et abusus mercurii ⁸³⁾, cum supra allatis causis societatem in-euntes ⁸⁴⁾; non exclusis violentiis externis laryngi aut tracheae illatis ⁸⁵⁾.

§. XVIII.

Diagnosis. Prognosis.

Genera-
tim.

1. Quamvis phthisis laryngea et trachealis saepe aut in phthisin pulmonalem transeant, aut ex illa originem ducant ⁸⁶⁾; attamen morbi istiusmodi neutiquam invicem confundendi sunt. Docent enim tum observationes ad lectum aegrorum institutae, tum autopsiae cadaverum, phthisin laryngeam et trachealem *per se* existere posse.

Quo

78) Sic plurimi inter proprios aegros testantur, quorum bini ebrii humum prolapsi, noctem in plateis transegerunt.

79) In binis aegrotis, inter 30 et 40. annum.

80) SACHSE *Das Wissenswürdigste über die häutige Bräune. 1. Th. p. 154.*

81) In viro 40 annorum. Interim praeter istam aliae causae, praesertim atmosphaera pulvere arenae inquinata, simul egerunt.

82) Cfr. § XVIII. N. 5.

83) Nonnulli aegrorum potius ex hac causa quam ex lue in phthisin laryngeam incidisse videbantur.

84) Sic in maxima aegrorum parte.

85) *Dictionaire des sc. médic. Vol. XLII. p. 172.*

86) §. XVI.

Quo pacto illae phthises a *phthisi pulmonali* ⁸⁷⁾, ab *aneurysmate aortae* ⁸⁸⁾ et ab *asthmate* ⁸⁹⁾ distingui debent, alibi docebimus.

2. Posse croup *chronice* decurrere monui. ^{Distinctio a croup chronico.}
 mus ⁹⁰⁾. Exempla hujus generis apud STRUVE ⁹¹⁾, HORNÉ ⁹²⁾, VIEUSSEUX ⁹³⁾, SACHSE ⁹⁴⁾, JACKON ⁹⁵⁾, HALL ⁹⁶⁾, LAWRENCE ⁹⁷⁾, leguntur, et a praxi
 nostra

87) Cap. X. §. LII. N. 6.

88) Cap. De aneurysmate aortae:

89) Cap. XIII. §. LXII. 5.

90) Cap. III. §. XII. N. 7.

91) An. 1735. in Actis N. Cur. T. I. (Puer 12. annorum per quatuor annos omni hyeme febrem catarrhalem cum tussi clangosa et sputis mucosis patiebatur. Omnia incassum adhibebantur, cum rejecta repente, sub tussi, massa, carni crudae simili, convalescerit).

92) Phil. Transact. Vol. III. p. 68. (Puer 5 annorum per annum tussi laboravit cum sputis aliquando cruentis. Dies decem aut duodecim ante mortem membranam crassam adpectum vasis sanguinei referentem rejecit. A simili membrana interna superficies tracheae obducta erat, *absente exulceratione*).

93) *Recueil Obs.* 5. p. 17. (Infans 8 annorum. Croup ad plures menses protractus).

94) Op. c. 1. Th. p. 109.

95) *Edinb. Comment.* 6. B. p. 224. (Femina 42 annorum).

96) in *Medico-chir. Trans.* Vol. X. Lond. 1809. p. 166.

97) *On some Affections of the Larynx requiring the Operation of Bronchotomy* v. *Neue Abhandl. prakt. Aerzte.* II. B. p. 34 sq.

nostra ⁹⁸⁾ et viri amici ⁹⁹⁾ suppeditantur. Differentia

98) Vir conspicuus, T.... triginta annos natus, Grodni inhabitans, a. 1810. auxilium meum contra raucedinem, cum laryngis dolore, tussi clausosâ, suffocationis periculum minitante, sputis puriformibus, macie, febriculâ et deglutitione laesa (sine faucium visibili affectione) quaesiverat. Morbum a refrigerio corporis in itinere contracto, originem cepisse putabat: neque minus fassus est, juvenem se syphilide quidem infectum, sed bene curatum fuisse. Cura nihilominus a mercurio inchoata est, morbus autem in dies gravior exstitit. Atque sic quatuor hebdomadibus elapsis, aeger Vilnam reliquit, aliorum medicorum curae sese traditurus. Ab his multa et varia remedia diu frustra adhibita sunt. Tandem trium mensium spatio interjecto, a morbi autem initio mense nono, vehementissime tussiens, *pseudomembranam trium pollicum longitudinis* uniusque latitudinis, exspuit. A quo temporis momento, non solum ab omnibus suis malis liberatus, sed etiam obesus factus est.

99) Doctor BUEMANN, eques, in Rossia alba praxin cum laude exercens, sequentem morbi historiam mecum communicavit: „Virgo nobilis, optima semper gavisa sanitate, die 1. Januarii 1817. choreas strenue ducens, sudore irrorata, cubiculum propinquum petiit, ibique cyathum aquae gelidae ingurgitans, ad aperta fortuito janua cum vestibulo communicante, vento frigido petita est. Extemplo in raucedinem incidit, quae, cum nullis aliis symptomatibus stiparetur, ad quatuor aut quinque hebdomades nulla adhibita medela protrahebatur. Deducto tandem in consilium medico per plures menses varia pharmaca incassum adhibita fuere. Nonno morbi mense in consilium ad-

rentia *croup chronicum* inter et *phthisin trachealem* maxima est. Agitur enim ibi de *inflammatione* cum secretione lymphæ coagulabilis; hîc autem de *ulcere* verum pus fundente. Quo recentior morbus, quoque magis præcipitanter decurrit, quo minus aeger macilentus redditur, quoque is minus de syphilide et scrophulâ suspectus est; eo probabilior *croup chronicus*, et vice versa.

3. Posse *croup*, præcipue *chronicum*, evanescere, et pseudomembranas relinquere, *polypi*, ^{Polypi tracheae.} sedem plerumque in parte inferiore *tracheae* ha-

O 2 ben-

vocor. Invenio aegrotam vehementer febricitantem, cum pulsu forti, tenso, tussi sicca, aponia, doloribus hypochondrii dextri, sub tactu auctis, ciborum desiderio deleto, menstruis regularibus, sed copiosioribus solito. Suadeo usum mercurii et vesicatorium inter scapulas et nisi res in melius procederet, fonticulos ad brachia, quæ post nonnullas hebdomades revera applicita fuere. Revisâ post tres septimanas aegrâ, omnia in eodem statu, præter tussim auctam, inveni. Asserebat misera sibi videri ac si aliquid in trachea haereret, quod si rejicere posset, certe sana evaderet. Confirmabatur hac in opinione aegra, consolationis gratia, morbus vero continuo invalescebat, donec quadam die vespere a tussi maxime violenta correpta, *massam puriformem firmam et ductilem expuerit*. Evanuit miraculi instar inde raucedo totusque morbus. Absoluto anni curriculo hanc virginem revisi. Perfectâ gaudebat valetudine, vox erat clara, solum de quadam conquerebatur tussiculâ.“

bentes, docere videntur. Polyporum tracheae et post haemoptysin ⁴⁾, et post vomitum chronicum ⁵⁾ exstant exempla ⁶⁾. Pro signis illorum habentur: 1° respiratio difficillima, quin vox (ob profundam morbi sedem) mutata sit ⁷⁾; — 2° tussis sicca, fere continua ⁸⁾, vellicans ⁹⁾; — 3° spu-
ta aliquando sub convulsionum insultu rejecta ¹⁰⁾; — et 4° dolor in pectore ¹¹⁾. Figura polyporum tracheae, complanata, cylindrica, racemosa, tubulata, fibrosa ¹²⁾.

Tumores
tracheam
comprimen-
tes.

4. Praeter aneurysmata aortae, aliae extant *causae tracheam extrinsecus comprimentes*, et symptomata phthiseos trachealis aemulantes. Hujusmodi sunt struma ¹³⁾, sanguis extravasatus ¹⁴⁾,
gland-

4) WICHMANN op. c. 2. B. p. 140.

5) ACHARIUS l. citando.

6) LIEUTAUD in *hist. de l'ac. R. des sc.* p. 110. — DALBY in *Journ. de méd.* 1759. Octob. T. XI. et *Neue Samml. auserl. Wahrn.* 2. B. p. 28. Acta Soc. Havn. med. T. IV. p. 94. — STARRK's *Auszüge aus d. Tagebüchern d. klin. Inst.* p. 177. THILENIUS in HUFELAND's *Journ.* 4. B. p. 813.

7) SACHSE l. c. p. 152.

8) DIXON 1. Th. des 9. B. der *Edinb. Comment.* p. 77.

9) ACHARIUS in *med. and phys. Journ.* Sept. 1802.

10) DIXON l. c.

11) DIXON l. c.

12) SACHSE l. c.

13) Cap. 5. Cfr. SOEMMERRING (*Anmerk. zu BAILLIE* l. c. p. 49.) et AEPPLI (*Salzb. med. chir. Zeitung* 1790. 1. B. p. 399 et 419.

glandula thymus tophis cretaceis referta ¹⁵⁾, steatomata ¹⁶⁾, alii tumores modo in ipsam asperam arteriam aperti ¹⁷⁾, modo inter illam et oesophagum ¹⁸⁾ aut aortam ¹⁹⁾ localis, modo istam adversus tracheam pellentes ²⁰⁾. Morbi istiusmodi a phthisi tracheali discernuntur: 1° quod febre hectica vix aut ne vix quidem stipantur; 2° quod aegri potius de superiore sterni parte, quam de trachea conqueruntur; 3° quod dyspnoea characteres asthmatis prae se fert; 4° quod palpitatione cordis et lipothymia simul obveniunt, ne dicamus de caussis praegressis et de curriculo morbi.

5. Cum ulcera nunc laryngem, nunc tracheam, nunc utrasque detineant ²¹⁾; distinctio morbi

Distinctio
inter
phthisin,
laryn-

14) RIDLINUS in Eph. Nat. Cur. Dec. III. A. 7. Obs. 120. (Detexit particulam sanguinis grumosi, lapidis fere duritiem nacti, juxta asperam arteriam et hanc comprimentem, in sene, cui ante plusculos annos graviter lapso, inde primum ejus partis dolor, semper autem postea difficilis erat respiratio).

15) VATER in Eph. Nat. Cur. Dec. III. An. 9. Obs. 161. in fine.

16) VORWALTNER Eph. N. Cur. l. c. Obs. 144.

17) MORGAGNI l. c. Epist. XV. Art. 15.

18) RUSH *Lond. med. Obs. and Inqu. Vol. 6. p. 78.*

19) LETTSOM *mem. of the med. Society of London. Vol. I. p. 77. — Abh. f. pr. Aerzte. 12. B. p. 604.*

20) STENZEL *Diss. de steatomate in principio aortae reperto. Wittemb. 1723.*

21) §. XVI. 2.

geam et
trachea-
lem.

morbi in *phthisin laryngeam, trachealem, et laryngo-trachealem* sponte se obtrudit ²²⁾. Sedes doloris altior vel inferior, vox magis minusve extincta, affectionem praecipuam laryngis aut tracheae designant. Huic praeterea accessus suffocationis, respiratio sibilosa et sputa copiosa adscribuntur ²³⁾, at immerito, nam symptomata illa, *phthisi*, tum laryngeae, tum tracheali (pluries in provectori morbo complicatis), communia sunt.

Varia in-
doles.

6. Qualiscunque vero sedes morbi fuerit, *indoles* illius pro re nata varia observatur. Erit morbus *simplex*, quoties a causa catarrhali, in homine aliunde sano excitatur. Secus autem in hominibus, qui jam antea germen morbi qualiscunque gerebant. Tunc enim, ut in ophthalmiis contingere solet ²⁴⁾, vel ipsa affectio catarrhalis proclivitatem ad varias exulcerationes specificas inducit. Obveniunt nempe tunc *exulcerationes* 1° *varicosae*, — in aegrotis haemorrhoidariis, potui liquorum fermentatorum addictis: rejiciuntur

22) Discipulus meus SCHOENBACH (Diss. cit.) distinctionem, de qua agitur, in definitionem suscepit, dicens (§. II.): „*phthisis trachealis seu laryngea mihi est ulcus tracheae seu laryngis*“ etc. Miror hinc in *Dict. des sc. méd.* l. c. CAYOLIIUM pro auctore istiusmodi divisionis proclamari.

23) CAYOL. l. c.

24) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XVIII.

tur sputa cruenta²⁵⁾ cum levamine; 2° *scorbueticae* — in cachecticis, mercurio imbutis, nosocomiis inclusis, gingivis cruentis aliisque scorbuti symptomatibus insignitis, excernuntur sputa foetentia; 3° *herpeticæ* et *arthriticæ* — in aegris impetiginibus, erysipelati habituali subditis, morbus praecipitanter decurrit, referuntque sputa concretiones calculosas, 4° *scrophulosæ* — in delicatioribus, junioribus, praevis eruptionibus partibus capillatae capitis, tumoribus glandularum colli, ophthalmiis et otorrhoeis, sputa sunt purulenta, segregata; morbus lente primum cum lucidis intervallis, dein cum signis latentis cariei cartilagineum laryngis decurrit; et 5° *syphiliticæ* — in hominibus syphilide, sive recenti et evidenti²⁶⁾, sive antiqua et recondita²⁷⁾, multatis: symptomata horis vespertinis praeter modum augentur, febris autem et emaciatio corporis

25) Cum *vena azygos* arctissimum nexum cum trachea ibi alat, ubi versus venam cavam super istam in arcum flectitur, cumque *vena azygos* in affectionibus haemorrhoidariis magnam scenam ludat, saltem expressione illius super tracheam (nisi major communicatio cum LANCISIO (in epist. ad MORGAGNIUM) admitti placeat), tracheorrhagia explicari posset.

26) Per symptomata scilicet syphilidi gentilitia, inter quae praesertim parva ulcuscula ad angulos labiorum attentione digna sunt.

27) Symptomatibus scilicet venereis sedatis, quin labes syphilitica radicitus exterminata sit.

poris in minori gradu obveniunt. Juvat vero nosse, phthisin laryngeam et trachealem variam suam indolem dumtaxat in primis stadiis patefacere, serius autem (qualiscunque fuerat primitiva illius origo) in eo convenire, quod deterrimum ulcus partes ad vitam conservandam essentielles, et exitialis febris universum corpus depascunt.

Prognosis. 7. Desperandum tunc est de vita aegri, crudelissima morte obituri. Spem enim sanationis solum alere licet, diagnosi genuinae phthiseos necdum omnino confirmatâ; aegro ceterum bene constituto, pectusque sanum et integrum habente; ulcere laryngis aut tracheae indolem syphiliticam aut herpeticam agnoscente; carie cartilagineum minime probabili, febreque hectica omnibus numeris necdum absolutâ. Vidimus phthisin laryngeam parum provectam periculum suffocationis culpâ supervenientis croup acuti minitasse, eo vero fugato, relicta tantum raucedine, evanuisse²⁸⁾. Interdum erysipelas, laryngem aut tracheam

28) Mense Mart. 1814. ad Judacum Viluensem vocatus sum, qui ante sex hebdomadas consilium meum ob morbum, formam phthisis laryngeae ingruentis habentem, petierat. Aegrum cum morte luctantem, praesentibus febre conspicua, tussi clangosa, dyspnoea summa, inveni. Se a duobus tantum diebus, progressu corporis refrigerio, tam male habere narrabat. Cum mihi haud probabile apparuerit, morbum chronicum progressus adeo rapidos fecisse, cum aeger fri-

cheam exulceratam invadendo, ante solitam epocham vitae finem inopinato imponit ²⁹⁾. Idem ab oedemate glottidis, phthiseos laryngeae interdum socio, exspectandum est ³⁰⁾.

§. XIX.

C u r a.

1. *Cura phthiseos laryngeae et trachealis* Cura morbi necdum con-
 iisdem principiis superstruitur, quae fusius in dum con-
 tractatu de phthisi pulmonali ³¹⁾ exponentur. Suf- clamati.
 ficiet hinc meminisse, quod, morbo illo necdum
 ad extremum perducto, cura *methodo antiphlogistica* inchoanda sit; quippe quae prudenter adhibita, si morbus ad croup chronicum pertineret, admodum efficax evadere possit, et in casu ulceris laryngis, nihil saltem noceret. Quodsi itaque aeger floridus, haud emaciatus juvenisque fuerit, pulsus vero febrilis, ac respirationis magna difficultas observarentur; *sanguinem* semel, bisve, e vena brachii *educere* solemus. Phlebotomiâ
 autem

gori sese exposuerit, croup antiquo illi morbo supervenisse, conclusi. Prognosi ardua quidem, sed non desperata instituta, croup debitis auxiliis aggressus sum. Eo spatio hebdomadis devicto, aeger praeter raucedinem nil amplius morboosi exhibuerat.

29) P. I. Vol. II. Cap. VI. §. XXIX. (Terribile exemplum in vetula vidi).

30) BAYLE *Mém. sur l'oedeme de la glotte* v. *Journ. gén. de méd. chir. et pharm.* 1820. Avril. p. 78.

31) Cap. X.

autem non indicatâ, vel ea jam peractâ; *hirudines* copiosas circa laryngem aut tracheam applicamus. Ad usum quoque internum nobis inærvit *nitras potassae* in vehiculo mucilaginoso, quale est decoctum radicis *orchidis morionis*, *althaeae officinalis*, seminum *lini usitatissimi*, vel *hordei distichi mundati*, aut in *emulsione amygdalinâ*. In aegrotantibus haemorrhoidariis, aut in aliis alvo obstructa laborantibus, lenibus *eccoproticis* faeces eliminare studemus; caute tamen, ne fatali diarrhoeae ansam porrigamus. Porro *balneum pedum* bis terve de hebdomade administramus, nisi illi forte praedispositio ad oedema pedum obstaret. Pro potu *aqua selterana*, quae, cum frigida sit, cum tantillo *lactis tepidi* exhibetur. Latente affectione *rheumatica*, aut in aegro scrophuloso, vel etiam morbo ab impetiginibus fugatis ortum trahente, ad *vesicatorium perpetuum* nuclae aut sterno admotum confugimus. Si ex hoc auxilio aliquid levaminis obtineatur, ad *fonticulos* pervenimus. Maximum ipsi quidem praestant effectum, lateribus laryngis aut tracheae admoti, ast tenuitas integumentorum juguli et proximitas loci affecti efficiunt, ut in aegrotis tenerioribus praesertim et sensilioribus magna inde fiat irritatio, ac malum malo addatur. Quamobrem potius brachia, quo loco musculus deltoideus inseritur, pro fonticulis elegimus. Idem majori adhuc jure de selectu loci pro *setaceis* intelligendum

dum est. Nemo, qui nervorum copiosiorum laryngem et tracheam adeuntium memor erit, mirabitur, nos, respectu ad irritationem istis partibus inferendam, caute incedere. Immo ad illarum partium sensibilitatem obtundendam saepe ad *narcotica* confugimus. Inter haec minus *opio*, nisi sub forma *pulveris Doveri*, favemus, cum ut plurimum secretionem sputorum suppressere soleat. Multum vero *hyoscyamus* nobis arridet³²⁾. Cum *atropa belladonna* evidens imperium in nervos laryngis et tracheae exerceat, illius folia, ad compescendum saltem tumultum partium affectarum, pluries in usum duximus; sed semper incassum. Idem de foliis *digitalis purpureae* fateri hic debemus, quae saepius sputa imminuere videbantur. Eliciebantur contra tum ab *emetico*, tum a *vaporibus aqueis*, ope machinae *Mudges* inspiratis, quae tamen vapores in multis aegrotantibus respirationis incommoda adauxerunt. Plurimis levamen attulit *unctio* anterioris partis colli cum *oleo hyoscyami cocto*. In phthisi laryngea et tracheali *venerea*, nisi abusus mercurii praecesserit, aut caries cartilagineum jam devastationes irreparabiles produxerit, auxilium in prudenti

denti

32) R. Seminum hyoscyami nigri scrupulum unum.

Amygdalarum dulcium decorticatarum, sacchari albi, pulveris gummi arabici aa drachm. duas. F. sub assidua trituratione c. s. q. aquae, emulsio ad colaturam librae unius. D.

denti administratione *hydrargyri* invenitur. Tutissime hic parvae frictiones cum *unguento mercuriali* agunt, quae alternis vicibus brachiis et cruribus illiniri debent, interpositis tamen balneis tepidis, simulque propinato decocto radices *smilacis sarsaparillae* cum lacte. *Calomel*, nisi in minimis dosibus adhibeatur, saepe fatalem excitat salivationem, qua miseriae aegrorum quam maxime augentur. Miror hoc pharmacum, in phthisi laryngea et tracheali pro specifico haberi, ipsisque aegris conclamatis exhiberi³³).

Cura morbi conclamati.

2. Morbo enim conclamato, prudentis medici est, omni conamini, cujus scopus extra limites potentiae humanae jacet, valedicere; remediis *demulcentibus*, inprimis *linctibus oleosis*, temporaneum levamen asferre recuperandaeque sanitatis spem sustinere.

3. In

33) Nobilem virginem, de qua supra, (§. XVIII. N. 1. (75)) per duos annos cum phthisi conclamata saltem inter vivos retinui, ac mala, quibus excruciabatur, quousque in mea potestate erat, lenivi. Aegra vero perfectam sanitatem cupiens vidensque ad illam obtinendam mea conamina frustranea esse, sensim ac sensim fiduciam amisit, curaeque alterius medici sese commisit. Hic morbum viriliter ope *calomel* et *unguenti mercurialis* collo illinendi aggressus est; quo vix facto, febris hectica cum maxime angebatur, superveniente ptyalismo, angustias respirationis et deglutitionis ad extremum perducente. Aegra tunc medico novo maledicens, me iterum advocare curavit adstiti- que jam ultimis ejus vitae momentis.

3. In omni morbi stadio, maximus *regiminis* ^{Regimen} ^{diaeteti-} ^{cum.} *diaetetici* habendus est respectus. Cibi praepri-
 mis lactei et farinacei, butyro recentissimo,
 pauco sale conditi, haud fervidi, exhibendi. Pro
 potu aqua simplex, haud frigida. Repentinae
 enim caloris in cibis et potu mutationes, sano
 homini imperceptibiles, laryngis et trachae mor-
 bo detentis, infensae evadunt. Idem de aëre
 inspirando valet, cujus temperatura diu noctu-
 que constans, inter gradum 14 et 16 thermometri
 Reaumuriani esse debet *). Maxime vero requi-
 ritur, ut aegroti *sermocinationi*, in quantum fieri
 possit, valedicant; imo cum limites hîc difficul-
 ter determinari possint, malimus *silentium abso-*
lutum imperare.

CAPUT

*) Cfr. Cap. X. §. XLIV. N. 12.

CAPUT V.

De Thyreoïtide.

§. XX.

Definitio. Notio morbi. Symptomata. Causae.

Definitio. 1. *Thyreoïtis* nobis est inflammatio acuta corporis thyreoïdei³⁴⁾, vel cellulosaë annexae, stipata tumore partis affectae (attractum respuentis), respiratione difficili, deglutatione dolorifica ac febre.

Notio morbi. 2. Auctores *suppurationem* corporis thyreoïdei describentes*), et thyreoïtidem necessario commemorare debuerant. Commemorarunt in specie BAILLIE nomine *inflammationis glandulae thyreoïdeae*³⁵⁾, aliique nominibus *strumae inflammato-*

34) Nomen *corporis thyreoïdei illi glandulae* anteponimus, quoniam necdum demonstratum est, partem illam revera ad glandulas pertinere.

*) *Neue Bemerkungen über d. Anatomie d. krankhaften Baues v. einig. d. wichtigsten Theile d. menschl. Körpers. v. Abh. f. pr. Aerzte. 20. B. 3. u. 4. St. p. 255.*

35) HENNING V. HUFELAND's Journ. d. pr. Heilk. 8. B. 4. St. p. 52. BAILLIE *A series of Engrav. etc. Fasc. II. Pl. I. fig. 3.* (Represents an abscess laid open in the right side of the thyroid gland).

matoriae 36), *cynanches thyreoïdeae* 37) et *thyroo-
phymatis acuti* 38).

3. Thyreoïtis, cujus quinque exempla con- Sympto-
speximus, praeviis symptomatibus catarrhalibus mata.
ingruere solet. Primum dolor acutus ad laryn-
gem percipitur. Sequitur tumor cuti concolor,
aliquando ruber 40), velociter crescens, ad latus
alterutrum juguli, vel utrinque extensus, atta-
ctum licet levissimum respuens. Evoluto tumore
dolor ex acuto tensivus evadit. Respirandi per-
cipitur difficultas visui obvia. Deglutitio potius
dolorifica, quam impedita. Facies tumidula, oculi
subrubri, pulsatio carotidum cernuntur. Aeger
de capitis gravedine et susurru aurium conque-
ritur. Interdum cruor guttatim e naribus manat.
Interea febris magis magisque notas inflammato-
rias exhibet, noctu cum reliquis symptomatibus
augetur; donec circa septimum diem, sudore,
urinâ turbulentâ terminetur. Evanescit tunc
plerumque et tumor cum reliquis symptomatibus.
Alias abscessus indicia observantur.

4. Vidimus thyreoïtidem in adolescentibus Causae.
utriusque sexus et in adultis feminis. Excitaba-
tur

36) §. XXV. N. 1.

37) PH. FR. WALTHER *Neue Heilart des Kropfs durch
die Unterbindung der Oberrn-Schilddrüsen-Schlagader.*
Salzbach 1817. p. 17.

38) J. P. FRANK *Epitome de cur. hom. morbis. Lib. VI.*
P. II. Viennae 1820. p. 83.

40) J. P. FRANK *l. c.*

tur morbus a refrigerio, et ab annua constitutione parotitidi favente. Visus ille est etiam a violentiis externis collo illatis 41).

§. XXI.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

Diagnosis. 1. *Thyreoïtis* vel per se accedit, vel alios morbos e. c. laryngitidem 42) comitatur. Et inflammatio strumae, aut a violentiis externis, aut a medendi ratione irritante excitata, ad thyreoïtidem spectat.

Prognosis. 2. Nisi thyreoïtis resolvatur, facile in supurationem, sibi aliquando viam in tracheam parantem 43), aut destructionem partis affectae post se trahentem 44), transit. Verisimiliter corporis thyreoïdei scirrhus 45), ossificatio 46), nec non concrementa calculosa in illo 47), cum praevio processu inflammatorio cohaerent.

3. Re-

41) WALTHER l. c. p. 18. (*Einmal entstand sie nach heftigem Drosseln*).

42) Cap. III. §. XVI. N. 6 (25. 30).

43) BAILLIE l. c. MONTEGGIA Fasciculi pathologici Mediol. 1789.

44) J. P. FRANK l. c. p. 81—83 (Propria morbi historia). Cfr. RENAULDIN in *Recueil périod. an. XI. v.* HUFELAND'S, SCHREGER'S u. HARLES *Journ. d. ausl. med. Lit.* 1803. I. B. p. 233.

45) BAILLIE *Neue Bemerkungen* p. 357.

46) WEIZ *Vollständige Auszüge aus den besten chir. Disp.* 2. B. p. 210. BAILLIE l. c. p. 358.

47) SANDIFORT *mus. anat.* Vol. I. Sect. III. p. 104.

3. Resolutio thyreoïtidis obtinetur methodo Cura. primum *antiphlogistica*, dein *diapnoica* mature in usum vocatis. Cavendum, ne hirudines nimis prope tumorem applicentur; ex quo majorem irritationem partium affectarum conspeximus. Obveniente corporis thyreoïdei *abscessu*, eoque maturo, aperitio, ob metum depletionis in tracheam, non procrastinanda. Num scirrho et ossificationi partis extirpatio ⁴⁸⁾ opponenda? chirurgi decident.

CAPUT

N. C. Sect. II. N. LXXXII. LXXXIII. Tab. CVI. fig. 6. WALTER Obs. anat. p. 43. *Anatom. Mus.* 1. B. p. 139. N. 277. Cfr. *ibid.* 1. B. p. 156. N. 311. p. 157. N. 312.

48) FREYTAG Epist. de glandulae thyreoïdeae partim osseam, partim melliceridis speciem referentis extirpatione. Lips. 1778. WEIZ N. *Auszüge.* 9. B. p. 66. DESSAULT *Chir. Nachlafs.* 2. B. 4. Th. p. 5. GIRAUD in DESSAULT *Auserl. chirurg. Wahrnehm.* N. 140.

CAPUT VI.

De Struma.

§. XXII.

Definitio. Nominis notio. Literatura.

Definitio. 1. *Struma* ⁴⁹⁾ est corporis thyreoïdei, aut textus cellulosi illud ambientis, tumor, lente evolutus, mobilis, spongiosus, elasticus, aliquando durus, plerumque cuti concolor, indolens, non raro ad ingentem magnitudinem increscens, multis regionibus alpinis endemicus.

Nominis notio et synonyma. 2. Nostro solum aevo, vox *strumae* (a *struendo*, seu acervatim accumulare?) ad morbum, de quo agitur, designandum, usurpatur. Apud Latinos multosque alios *struma* *scrophulas* (*choirades* Graecorum) significabat. *Strumae* enim, sensu nostro acceptae, nomen *Bronchoceles* ⁵⁰⁾, seu *herniae gutturalis*, olim impertiebatur. Nos autem *herniam tracheae* dumtaxat rarissimum illum morbum ⁵¹⁾, ubi inter annulum tra-

49) GERM. *Der Kropf*. GALL. *Le Goître*. ANGL. *Derbyshire-Neck*, *Wen*. POL. *Wola*. ROSS. 306Б.

50) A GRAEC. Βρόγχος, aspera arteria et κήλη hernia.

51) GIRARD (*Lupulogie* p. 406.) exemplum describit,

tracheae unum alterumve membrana interna tracheae prominet, sub forma tumoris mollis, indolentis, praesertim sub actu inspirationis obvii, compellamus. Minus usitata strumae synonyma sunt, *gongrona* *), *botium* ⁵²⁾, *tracheocele* ⁵³⁾, *guttur globosum* ⁵⁴⁾, *tracheophyma* ⁵⁵⁾, *deironcus* ⁵⁶⁾, *thyreophyma* ⁵⁷⁾ seu *tuber gutturosum* etc.

3. Cum scriptores antiquiores, sub nomine ^{Literatura-}strumae, scrophulas intellexerint, cumque istos ^{ra.} morbos haud inter se distinxerint, literaturam strumae, quin illam scrophularum anticipemus, exponere arduum est. Remissa hinc literatura illa generali ad alium hujus operis locum ⁵⁸⁾, hic solum auctorum de struma proprie dicta

P 2

men-

asserens, hoc malum potius inter feminas, quam inter mares obvenire. Patri meo illud in praxi quinquaginta annorum nunquam obvenit, nec mihi. Mentio illius tamen injicitur a MUXS (Decur. II. Obs. 7.) et a MANGET in nota ad BARBETTI opus (Anat. practica C. X.).

*) HIPPOCRATIS Epid. L. VI. Sect. 3. Sent. 14.

52) AMBR. PARÉ Opp. Paris 1582.

53) HEISTER Instit. pract. p. 678.

54) FELIX FABER hist. Suevorum. Lib. I. C. 15.

55) SAGAR systema morb. symptomat. Vienn. 1783.

56) SWEDIAUR Nov. nosologiae methodicae systema. Vol. II. p. 502.

57) J. P. FRANK l. c.

58) P. III. Vol. II. Caput de scrophulis.

mentionem injiciemus. Spectant huc: VESTI ⁵⁹⁾, CLOWES ⁶⁰⁾, LAURENTIUS ⁶¹⁾, ROLFINK ⁶²⁾, HOPMANN ⁶³⁾, CRAUSIUS ⁶⁴⁾, HORLACHER ⁶⁵⁾, HEUCHER ⁶⁶⁾, ROEMHILD ⁶⁷⁾, SPERLING ⁶⁸⁾, LANGE ⁶⁹⁾, KUECHLER ⁷⁰⁾, FISCHER ⁷¹⁾, MITTERMAYER ⁷²⁾, HARTRANFT ⁷³⁾, DAPEYRON .DE CHEYSSIOL ⁷⁴⁾, GIRARD ⁷⁵⁾, READ ⁷⁶⁾, MERLAND DE CHAILLE ⁷⁷⁾,

WIL-

- 59) Diss. de struma. Erfurt. 1585.
 60) *A treatise on the struma.* Lond. 1602.
 61) De mirabili strumae sanandi vi. Paris. 1609.
 62) De strumis et scrophulis. Jen. 1667.
 63) Diss. de strumis. Casselae 1673.
 64) Diss. de strumis. Jen. 1687.
 65) *Von Krebs-, Kropf- und Nasengewächs-Heilung.* Ulm 1697.
 66) Diss. de strumis et scrophulis. Vitemb. 1707.
 67) Diss. de struma. Altdorf. 1707.
 68) Diss. de strumis et scrophulis. Vitemb. 1707.
 69) Diss. de strumis et scrophulis. Vitemb. 1707.
 70) Diss. de strumis ac scrophulis. Lipsiae 1723.
 71) Diss. de strumis ac scrophulis Buensgensium. Erf. 1723.
 72) Diss. de strumis et scrophulis. Erf. 1723.
 73) De glandulis colli puerorum tumefact. Lips. 1723.
 74) *Obs. sur la guérison de plusieurs bronchocèles, obtenue par la poudre de coquilles d'oeufs calcinés prises intérieurement.* Vide *Journ. de méd. chir. et pharm.* Vol. 28. p. 343. et Vol. 32. p. 264. Paris 1768 et 1770.
 75) *Lupulogie ou traité des tumeurs connues sous les nom de Loupes, avec des détails sur les effets et la manière d'agir des caustiques; des recherches sur le ganglion, le goître etc.* Paris 1775.

WILMER ⁷⁸⁾, STARR ⁷⁹⁾, PROSSER ⁸⁰⁾, TH. WHYTE ⁸¹⁾, VALENTIN ⁸²⁾, VAN MEERTEN ⁸³⁾, LAURENT ⁸⁴⁾, JORDAN ⁸⁵⁾, VAN GRIEKEN ⁸⁶⁾, GAUTIER ⁸⁷⁾, BRODBELT ⁸⁸⁾, WICHMANN ⁸⁹⁾, STEGEMANN ⁹⁰⁾, LODER ⁹¹⁾, HAASE ⁹²⁾, FODÉRÉ ⁹³⁾, MOSELEY ^{*}), BARTON ⁹⁴⁾, CAQUÉ ⁹⁵⁾, TARDIVEAU ⁹⁶⁾,

76) *Mém. sur les bronchocèles du pays Messin.* Nancy 1777.

77) *Diss. de strumis.* Monspel. 1776.

78) *Cures and remarks in Surgery.* 1779.

79) *Diss. bronchocele botii sanatio.* Tubing. 1780.

80) *An account and method of cure of bronchocele.* Lond. 1782.

81) *On struma.* Lond. 1784.

82) *Diss. medico-chirurgica de struma bronchocele dictâ et de hemeralopia.* Nancy. 1787.

83) *Diss. de morbo strumoso.* Lugd. Batav. 1788.

84) *Diss. de strumis.* Argent. 1791.

85) *Diss. de struma.* Goett. 1794.

86) *Diss. de struma.* Duisb. 1794.

87) *De Tyrolensium, Carynthiorum, Styriorumque struma.* Vindob. 1794.

88) *Diss. de bronchocele.* Edinb. 1794.

89) *Ideen z. Diagnostik.* 1. B. Hannov. 1794. p. 99.

90) *Diss. de struma.* Jen. 1795.

91) *Programmata, observata quaedam circa strumam.* Jen. 1796.

92) *Diss. de struma eamque sanandi methodo.* Helmst. 1796.

93) *Traité sur le goître et du crépinisme.* Paris 1800.

*) *Medical tracts.* 2d. edition. Lond. 1800.

94) *A mem. concerning the disease of goître as it pre-*

VEAU ⁹⁶), BRUNIER ⁹⁷), RULLIER ⁹⁸), SCHADE ⁹⁹), HAUSLEUTNER ¹⁰⁰), MAAS ¹), JACQUIER ²), BRUN ³), WALTHER ⁴), COINDET ⁵), FORMEY ⁶) et MÜHLBACH *).

§. XXIII.

vails in different parts of North-America. Philadelph. 1800.

- 95) *Mém. à consulter, et réponse sur un cas de suffocation par suite d'un violent accès de colère chez une femme, qui portait un goître très considérable du côté gauche de la gorge. v. Recueil périod. de la Soc. de médecine, rédigé p. M. SÉDILLOT 1801. Vol. 10. p. 63.*
- 96) *Diss. inaug. sur les malad. de la glande thyroïde Collect. in 8. des th. de Fac. de M. de Paris 1803.*
- 97) *Considérations génér. sur le goître endémique. Paris 1804.*
- 98) *Recherches, observations et propositions sur quelques sujets de médecine et de chirurgie. v. Collect. de Thès. de la Faculté de méd. de Paris 1808. et Dict. des sc. méd. T. XVIII. p. 522 art. Goître.*
- 99) *Diss. de strumae aetiologia et diagnosi nonnulla proponens. Lips. 1809.*
- 100) *Ueber d. Erkenntnifs u. Natur, u. Heilart d. Kropfes. HORN'S Archiv f. med. Erfahr. 1813. May.*
- 1) *Diss. de glandula thyroïdea tam sana quam morbosa imprimis strumosa. Würceb. 1810,*
- 2) *Diss. sur le goître. Paris 1813.*
- 3) *Diss. sur le goître. Paris 1815.*
- 4) *Neue Heilart des Kropfs durch Unterbindung d. obern Schilddrüsen-Schlagader. Sulzbach 1817.*
- 5) *Decouverte d'un nouv. remède contre le goître. Communiquée à la Soc. Helvét. des sc. natur. à Genève dans la séance du 25. Juill. 1820. v. Bibl. univ. T. XIV.*

§. XXIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. Struma ut plurimum lente germinat. Ori-
tur nempe tumor nunc totius corporis thyreoidei
(sub forma lunae crescentis), nunc lobi ejusdem
medii, nuncque alterutrius lateralis. Tumor iste
magis latus, quam altus, indolens, cuti conco-
lor, vix distincte circumscriptus, spongiosus ac
mollis est. A pressione foveam haud retinet.
Trium circiter annorum elapso curriculo, tumor
promptius et quidem nunc magis in altum,
quam in latitudinem, crescit; ac tensus atque
elasticus evadit. Sequitur ille motum laryngis.
Explorato tumore, nucleus unus alterve rotun-
dus, pressioni magis quam partes vicinae resi-
stens, et foveae in interstitiis (ut uvarum bac-
cae ex eodem racemo dependentes), tactui sese
exhibent. Venae subcutaneae dilatatae, tumorem
hinc illinc superscendunt, coeruleoque colore
notae, eminent. Plerumque tumor versus ster-
num, sub forma pyri inversi pedunculo inhae-
rentis, inclinatur; aliquando adeo monstruosus,
ut genua attingat 7). Quo major is, eo flacci-
dior.

1820. *Juill.* p. 190. *ibid.* 1821. *Févr.* et HUFELAND'S
Journ. 1822. *Jan.* p. 26.

6) loco infra citando.

*) *Der Kropf nach seiner Ursache, Verhütung u. Heilung.*
Wien 1822.

7) FISCHER l. c. §. III. fig. 1. MITTERMAYER l. c. Ex-

dior. Alias struma plus ad latera extenditur, basi sua, sicut in columba satura, divergente. Cervicem, nucham, scapulas, processus mastoideos, illa attigisse, visa est ⁸⁾. Prout inde trachea, oesophagus, venae jugulares comprimuntur; dyspnoea, dysphagia, vel congestiones ad caput obveniunt ⁹⁾. Struma laborantes, quotquot sunt, voce rauca, coaxante, loquela mutilata et corrupta, stertore narium et anhelitu sub motu, laborant. Crescente morbo, interdum pars affecta, inprimis sub temperatura humida, dolore punctorio, tensivo, pulsante, vel alio excruciatum, ac rubore obtegatur.

Autopsia
cadaverum.

2. Strumae dissectae exhibuerunt corporis thyreoidaei volumen auctum et illius structuram cellulosa ¹⁰⁾, cellulas autem laxas ¹¹⁾ vesiculosas ¹²⁾, repletas variis materiis ¹³⁾, nempe: sero
coa-

empla strumarum maximarum obveniunt in *Journ. de méd. T. LII. p. 515. T. LV. p. 494.*

8) FISCHER l. c. §. III.

9) §. XXV. N. 2.

10) BAILLIE *series of engravings. Fasc. II. Pl. I. fig. 2.*

11) FODÉRÉ l. c.

12) „Eae vesiculae nativi ipsius glandulae acini esse videbantur, remorantis humoris vi in eam magnitudinem dilatati.“ MORGAGNI *Adversar. anat. I. p. 33.*

13) BONET *sepulchr. L. IV. Sect. II. Obs. 5.* MORGAGNI *de sed. et caus. morb. Epist. L. Art. 31. Dissert. anat. IX. Advers. anat. I. HAEN rat. medendi. T. III.*

coagulabili¹⁴⁾, albumine¹⁵⁾, substantiâ mellea¹⁶⁾, glutinosa¹⁷⁾, caseosa¹⁸⁾, lardacea¹⁹⁾, farinacea²⁰⁾, cruore²¹⁾, hydatidibus²²⁾ iisque organis²³⁾, steatmate²⁴⁾, cartilagine²⁵⁾, concrementis osseis²⁶⁾, terreis²⁷⁾, calculosis²⁸⁾, et si fides ad-

14) BOERHAAVE Epist. ad RUYSCHE de fabrica glandularum. Lugd. Bat. 1722.

15) FODÉRÉ l. c.

16) CELSUS Lib. VII. C. 13.

17) STOLL Ratio medendi. T. I. p. 203. BAILLIE l. c.

18) HEISTER Diss. obs. med. misc. Helmst. 1730.

19) CHAMBON DE MONTEAUX *Merkw. Krankengeschichten u. Leichenöffnungen mit eig. Anmerk.* Leipz. 1791. p. 51. „vidi . . . partem glandulae in pinguis lardi speciem degeneratam.“ HALLER Elem. physiol. L. IX. Sect. I. T. III. p. 400. Lausan. 1766.

20) CHAMBON l. c. p. 517.

21) ALIX *Obs. chir. Fasc. I.* FODÉRÉ l. c. p. 35. CLOQUET et BÉCLARD v. RULLIER *Dict.* p. 525.

22) HEWNDEN in *Philos. Transact. N. 308.* v. LESKE *Auserl. Abhandl. 1. B.* p. 61. BEAUMES *traité élément. de Nosologie. T. I.* p. 112.

23) RULLIER *Dict.* l. c. p. 528. ait: „Nous parvinmes par des moyens mécaniques à vider le goître d'un grand nombre de ces animaux (l'hydatide globulaire qu'il contenait).“ (In homine vivo).

24) PORTAL *cours d'anat. médic. T. IV.* p. 362.

25) PANAROLUS *Iatrogism. Pentecost. I.*

26) WEPFER *Obs.* p. 684. *Eph. nat. cur. Dec. II. An. 3.* Obs. 134. DOUGLAS in *Phil. Trans. N. 305.* v. LESKE l. c. p. 59. MURALT *Chirurg. Geschichten. N. 118.*

adhiberi possit, pediculis²⁹⁾ aliisque insectis³⁰⁾ et pilis³¹⁾. Praeterea repertae fuerunt arteriae, venae, vasa lymphatica et nervi corporis thyreoïdei strumosi volumine aucta³²⁾; superficies vero illius externa tanquam capsulâ cartilagineâ seu osseâ circumdata³³⁾.

§. XXIV.

C a u s s a e.

Causae
praedispo-
nentes et
excitantes.

1. Favent evolutioni strumae vitium haereditarium³⁴⁾, aetas puerilis et juvenilis³⁵⁾, sexus

se-

27) LAURENTIUS l. c. „sabulum effusum.“ HALLER l. c. MORGAGNI (ubi de thyreoïdea lapidescente loquitur) l. c.

28) FORD in *London med. Journal. Vol. XI.* Esse phosphatam calcis docet MARANDEL in *Dict. l. c. p. 526.* et *Exposé de travaux de la Société anat. de Paris. Opuscule publié par M. PETIT. Paris 1807.*

29) SCHENK Lib. V. Obs. 40. ex FORESTO.

30) Eph. N. C. Dec. II. An. 4. Obs. 13. An. 5. App. p. 8.

31) LAURENTIUS l. c.

32) PORTAL op. c. T. 3. p. 160. FODÉRÉ l. c. RULLIER *Recherches et Dict. l. c. p. 524.*

33) CLOQUET, RULLIER in *Dict. l. c. p. 527.*

34) Strumas in regionibus illis parum faventibus nonnullis familiis addictas vidi; — mirum hinc non est, FODÉRÉ strumas ibi haereditarias conspexisse, ubi illae ad morbos endemicos spectant. Asserit vero Cl. Vir, strumam non propagari in familiis, si parentes eam per accidens acquisiverint, aut si ea solum in patre, aut in matre et non in utroque simul adfuerit. Con-

sequior³⁵), menstruatio difficilis³⁷), ejusque suppressio³⁸), graviditas³⁹), labor partus⁴⁰), regiones

tradicitur id meis et RULLIERI observationibus (*Dict.* l. c. p. 534).

35) Strumas pueris grandiusculis fieri HIPPOCRATES docuit (*Libr. aphor. Sect. III. XXVI.*). Pueros corpus thyreoïdeum pallidius ac majus, habita colli ratione, quam adultos habere, SOEMMERRING docet (*De corp. humani fabrica. T. IV. p. 40. §. LIV.*). Testante SPERLING, in pago Hungarico Procliod infantes saepe cum strumis nascuntur (l. c. *Corol. I.*). Idem confirmat FODÉRÉ l. c. p. 29. „Rarum tamen ante septimum, vel undecimum aetatis annum tracheophlyma est.“ J. P. FRANK l. c. p. 65.

36) Decem strumas in feminis, uni in mari, opponere possum, quae tamen proportio in regionibus strumam pro morbo endemico agnoscentibus, neutiquam valet. Nuditatem colli in feminis, ut causam frequentioris strumae, designant VALENTIN (l. c.) et GODELLE (*Vues général. sur la topographie de l'arrondissement. des Soissons. Bibl. médicale. T. XXXIX. p. 41.*) — at vero et mares, saltem vulgi, in Rossia, collo denudato, quin ob id strumae crebrius obveniunt, incedunt. Hinc potius assentior COINDET dicenti: „elles me paroissent dues à la sympathie qui existe entre le cou et le système reproductif“ (l. c.). Interea infra patebit (§. XXV. N. 2. (87)) consensum istum quoque in maribus locum habere.

37) J. L. PETIT *Traité des maladies chir. et des opérat. qui leur convienn. T. I. p. 224. Paris 1774.*

38) BRUNE l. c.

39) RULLIER *Dict. l. c. p. 532.*

40) Sub partu strumas saepe evolvi quotidiana docet ob-

nes alpestræ ⁴¹⁾, temperatura humida calidaque ⁴²⁾, electricitatis atmosphaericae defectus ⁴³⁾, potus aquae niveae ⁴⁴⁾, impurae ⁴⁵⁾,
cibi

servatio; num vero id contingat ob nisum in foetu excludendo, num ob consensum guttur inter et uterum, non audeo determinare.

41) Strumâ endemica est in Carinthia, Styria, Tyrolo, Helvetia, Sabaudia, Apeninis, Pyreneis, Derbyshire, Gloucestershire, Shropshire, Tartaria Chinensi, in Rossia prope flumina Okka et Motmos, in America septentrionali, Sumatra (MERSDEN *Beschreib. d. Insel Sumatra* 1787) etc. ADAMS strumam e servitute populi derivat (*Med. and phys. Journ. by FOTHERGILL and WANT* 1815. *Juny*) at mehercle nil magis ab Alpium habitatoribus alienum, quam servitus.

42) FODÉRÉ op. c. p. 179. et SAUSSURE *Voyages dans les Alpes. T. 4.* „C'est donc dans les lieux abrites, exposés au midi, garantis de l'influence des vents du nord, comme les gorges de montagnes et les bocages épais, qui s'opposent au renouvellement de l'air et qu'échauffent d'ailleurs les rayons directs du soleil et ceux qui réfléchissent les rochers qui leur servent d'enceinte, qu'il arrive plus spécialement de rencontrer le goitre endémique.“ RULLIER *Dict. l. c. p. 533.*

43) FODÉRÉ l. c. MÜHLIBACH l. c.

44) HIPPOCRATES (l. c.) ait: „Frigidum valde venas frangit, et tussim citat, ut nix, glacies; contrahit ut pherea et gongronae.“ BARTHOLINUS (de usu nivis medico. C. XXXIV.), BRUNI (quaest. quaedam cardin. Monspel. 1618), BORGELLA (*Journ. de santé p. CAPPALLE. T. II.*) aliique strumae originem in potu aquarum ex nive fusa ortarum quaesiverunt. Huic opinioni contradicunt SAUSSURE (l. c. p. 391.) et Fo-

cibi crudi, crassi, fumo indurati, muria conditi *),

DÉRÉ (l. c. p. 83.) et sane struma in insula *Sumatra* et *Genevae*, ubi nullae aquae nivales potantur, communissima est; contra non occurrit ea neque in peninsula Labrador, ubi maxima aquarum pars ex nive liquefacta pullulat, neque in parte septentrionali *Kamtschatka*, ubi populus *Koraki* dictus nivem super ignem liquefacit et bibit (LANGSDORF *Reise um d. Welt in d. Jahren 1803 bis 1807. 2. B. p. 276*). Respondeo vero cum J. P. FRANK (l. c. p. 89.): „Nullas in insula *Sumatra* nivales aquas potari, plurimos tamen in illa gutturosos reperiri, id, si multum est, saltem non omnem causam in *potu glaciali* quaerendam esse, docet. Sed quid vetat fontes ejus insulae subterraneis, profundis et vastis e terrae pelvibus aliunde ab aquis, aut liquefactis a nivibus, aut alia ratione mutatis, continuo repletis, scaturire, aut demum nudas particulis alienis, gutturi infensis, inquinatas, sitientibus offerre? *Genevam*, cui tamen Alpes a non tantis distantibus, aquas nivales transmittere posse ac adeo debere, negari haud potest, his ipsis non uti, non quovis dubio caret.“ (Ipsae Cl. COINDET ait: „des causes différentes m'ont évidemment paru produire le goitre à Genève; la première est due à l'usage des eaux dures ou eau des pompes des rues basses de la ville ...“ l. c.) „Peninsulae *Labrador* incolae etsi vix aliis, quam ex nive liquefacta, aquis utantur, non tamen esse gutturosos; hoc equidem, si paucorum Europaeorum satis instructorum, illas per oras peregrinantium, sat fida sit relatio, aquarum sanitatem nivalium sibi non parum vindicaret; cui interim tam rara exceptio in-nixa sit principio, id quidem hucusque nos latet.“ Constat enim ex certissimis observationibus in parte

diti *), clamor **), risus 46), portatio ponderum super capite 47), ejusque reclinatio violenta 48), tussis et vomitus 49), animi pathemata protracta, in-

superiore fluminis Sibirici *Lenae*, strumas esse communissimas, evanescere autem, aquae fluminis *KUTSCHEI* dum potantur (J. P. FRANK l. c. p. 91.). Non minus constat ex operibus FORSTERI sub itinere, ab Anglorum duce navali COOK circa orbem terrarum instituto, dum in Nova-Zelandia, nautae ob aquae melioris in nave penuriam, maritimam in glaciem conversam, quamvis dulcissimam, pro potu adhibuissent, aliquamdiu illis omnibus colli glandulas intumuisse, — cum vero a glacie, navem undique per plures hebdomades cingente liberati, aquis, a frigore non ut antehac mutatis uterentur, tubera ad jugula evanuisse.

45) Enim non solum liquori niveo potestas strumas excitandi adscribitur sed et aquis inquinatis e. c. argilla (BORGELLA l. c.), marga (PALLAS *Neue Nord. Beiträge. 2. B. p. 123.*) etc.

*) SPERLING l. c. §. VI.

***) WICHMANN l. c. p. 115.

46) RIEDLIN *Lin. med. 1696. p. 356.*

47) WICHMANN l. c. p. 117. NEUHOFF *med. National-Zeit. 1798. Suppl. p. 156.*

48) WINKLER in HUFELAND's *Journ. 8. B. 3. St. p. 184.* Praesertim nutrices inculpandas esse, pusiones male super genua locantes, movent ANDRY (*Orthopédie p. 109.*) et BROUZET (*Essai sur l'éduc. méd. d. enf. T. 2. p. 275.*)

49) „A tussi vehementiori introductas novimus strumas.“ ROLFINK l. c. Cap. VIII. p. 15. Confirmat id WICHMANN l. c. p. 115. TARDIVEAU p. 24.

inprimis moeror et terror ⁵⁰⁾, imaginatio ⁵¹⁾, forte mercurius ⁵²⁾. Interdum struma a morbis cordis et vasorum majorum excitari videtur *).

2. *Causa proxima* strumae quaerebatur in *Causa proxima.*
lymph. lenta et tenaci ⁵³⁾, in humore pituitoso
et

50) FODÉRÉ l. c. A. 1820. Mense Maji femina in clinico meo decumbebat struma lymphatica laborans. Fassa est ipsa aegra sese morbum hujusmodi a *terrore* acquisivisse. Monebat praeterea, strumam suam sub plenilunio increscere.

51) „Nimirum nutrix quaedam ante circiter anni spatium duos pueros alumnos secum habens, alterum ulnis, manu alterum gestaus. Dum transierat rivulum, alter incidit, hunc demum extrahere laborat, de improvise natu minor eodem momento incidit. Ambo inversis capitibus extracti sunt, ut aquam deglutitam evomerent, sicque servarentur. Quid sit? non longum post amborum colla intumescere coeperunt, et strumae apparebant, sed adhibita opera nostra disparuere iterum. Mater vero horum filiorum praegnans, ex falsa et praconcepta *imaginatione*, atque moerore paucorum fere septimanarum spatio filium peperit strumam colli gestantem.“ ROLFINK l. c. C. VII. p. 14.

52) Jos. LANGIUS L. I. Epist. Med. 43 de aurifabro narrat, qui incredibili strumae pondere affectus tenebatur, ob *mercurium*, cum quo ipsis plerumque res est.

*) Vide infra tractatus de istis morbis.

53) ROEMHILD l. c. Thes. VII.

et melancholico ⁵⁴), in pneumonoso mercurio ⁵⁵); in transitu aëris in parenchyma corporis thyreoïdei ⁵⁶) etc., quarum hypothesium seriem nos non augebimus ⁵⁷).

§. XXV.

Diagnosis. Prognosis.

Diagnosis. 1. Struma, alpium habitatoribus potius pro *ornamento*, quam pro morbo habita ⁵⁸), aliquando *intror-*

54) FABR. AB AQUAPENDETE de tumor. praeternat. Cap. 21.

55) QUERCETAN tetrade affect. capit. Cap. 5.

56) HALLER Elem. physiol. T. III. p. 398.

57) Pulchre ait RULLIER: „on ignore entièrement qu'elle est la cause immédiate ou prochaine du goitre. Un voile impénétrable cache le principe de l'aberration qui survient alors dans la nutrition du corps thyroïde, et par suite dans sa composition organique.“ Dict. l. c. p. 530.

58) „Nemo, juxta Juvenalem, in alpiibus tumidum guttur miratur, immo tantum potius incolis est ornamentum, quantum aliis aurea diademata, gemmis et unionibus intertexta.“ Illis in regionibus — „advenis et proficiscentibus structura elegantiori corporis praediti vitio ab incolis vertitur, ac si membro ab iis pro principali habito destituerentur.“ . . . Aliter vero sentiunt aequi formarum spectatores, qui gratiam corporis in legitima partium structura quaerunt, camque organorum proportione conveniente metiuntur, atque colli potissimum aequalem et fere circularem rotunditatem laudant.“ SPERLINO l. c. §. I.

introrsum evoluta ⁵⁹⁾, confundi potest cum *bronchocele* proprie dicta seu *hernia tracheali* ⁶⁰⁾, — cum *tumoribus cysticis* et *meliceride* ad partem anteriorem colli, aliquando circa corpus thyroideum vel inter varios illius lobos positus ⁶¹⁾, cum *aneurysmate arteriae carotidis* ⁶²⁾, cum
colli

59) „Une des formes du goitre qui n'est pas très rare, est ce qu'on nomme vulgairement goitre en dedans. Le développement de l'un ou des deux lobes se fait à l'intérieur. Il enveloppe la trachée artère, la comprime, l'applatit dans une certaine étendue. La voix est altérée, la respiration constamment gênée, surtout si le malade fait quelque exercice ou quelque marche pénible.“ COINDET l. c. (De struma introrsum evoluta lege praeterea FODÉRÉ l. c. p. 68. et RULLIER Dict. l. c. p. 529.).

60) Cfr. §. XXII. N. 2.

61) Diagnosis istiusmodi tumorum chirurgiae sistit objectum. Cl. DUPUYTREN distinctionem illorum a struma aliquando difficilem esse declarat (v. BRUN l. c. p. 17.) ac existimat, maximam partem observationum, ubi strumam cum successu extirpatam fuisse contenditur, confusio illius cum aliis tumoribus adscribendam esse.

62) Quamvis et ista diagnosis chirurgiae sit objectum, illud tabula comparativa diagnostica duce RULLIER (Dict. l. c. p. 541.) exarata illustrare haud nocebit.

Aneurysma carotidis.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. In uno colli latere apparet. 2. Pulsatio latera tumoris a centro vicissim re- | <ol style="list-style-type: none"> 1. Raro unum tantum latus occupat. 2. Sublevatur tota ab |
|---|---|

Struma.

colli obèsitate⁶³⁾, aut *emphysemate fugaci*⁶⁴⁾ et cum *infarctu scrophuloso glandularum colli*, praecipue cum illo utriusque glandulae maxillaris, utpote saepe formam strumae, ex tumore duorum lobarum corporis thyreoïdei ortae, aemulantium. — Struma varii est generis, nempe: 1° *Struma lymphatica*⁶⁶⁾ communissima omnium. Humor lymphaticus modo limpidus, pellucidus, serosus; modo spissus, viscosus, oleoso-gelatinosus in cellulis corporis thyreoïdei veluti in tot cystidibus includitur. Tumor hoc in casu mollis est et inaequalis, aliquando ad enorme volumen extensus. Struma ista lymphatica, *fatuitatis alpinae seu cretinismi*⁶⁷⁾ socia vel potius symptoma est. Originem scrophulosam agnoscere videtur⁶⁸⁾.

Aneurysma carotidis.

movet et appropinquat.

3. Qualiscunque fuerit motus laryngis, tumor situm suum retinet.
4. Varia positio capitis et colli pulsationem tumoris neque immittit neque auget.

Struma.

aneurysmate subtus latente.

3. Tumor motus laryngis plus minus sequitur.
4. Sub mutata capitis et colli positione, tumor ab aneurysmate subtus latente reclinat, minusque hinc pulsatur, aut pulsare cessat.

63) *Goître adipeux* auctorum.

64) e. c. in hysterismo.

66) *Bronchocele aquosa, goître sereux.*

67) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXV. §. CVI. N. 13.

tur ⁶⁸). Ad strumam lymphaticam revocari mere-
tur et *struma hydatica*, quae, si revera a caussa
viva generetur, *struma helminthica* dicenda ⁶⁹).
2^o *Struma aneurysmatica* et *varicosa*, verbo *sau-*
guinea ⁷⁰). Cum corpus thyreoïdeum quatuor
magnas accipiat arterias; cum cadavera hominum
struma laborantium, in textu celluloso partis af-
fectae cruorem extravasatum ⁷¹), ac arterias et
venas dilatatas ⁷²) exhibuerint; — cum struma a
suppressione menstruorum et a graviditate ⁷³) nec
non a nisu corporis, vasis sanguineis in genere
infecto ⁷⁴), excitetur; species haec strumae (*thy-*

Q 2 reoï-

68) HUFELAND (*über d. Natur u. Erkenntniß u. Heilart
d. Scrophelkrankheit. Berlin 1810. p. 106.*) Cretinismus
pro summo gradu scrophularum omnibus numeris ab-
solutarum declarati „*Der ganze Habitus dieser Un-*
glücklichen hat den scrophulösen Character. ... Alle die
entfernten Ursachen des Cretinismus sind auch die der
Scrophelkrankheit; er ist endemisch, wie der Kropf; und
eben da endemisch, wo es dieser auch ist, in den Ge-
birgen.“ (Adde literaturae Cretinismi l. c. expositae:
IPHOFEN *Der Cretinismus, philosophisch u. medicinisch*
untersucht. Dresd. 1817.)

69) BEAUMES l. c.

70) TARDIVEAU l. c: „*Une sorte de congestion sanguine*
simple caractérise spécialement encore la variété du goi-
tre qui nous occupe.“ RULLIER *Dict. l. c: p. 525.*

71) §. XXIII. N. 2. (21).

72) *ibid.* (32).

73) §. XXIV. N. 1. 39.

74) *ibid.*

recoitidis chronicae 75)), dubio non subjicitur. Designatur a cutis rubore, tensione, dolore et statu varicoso venarum obviarum. Huc quoque spectat *struma ex augmento nutritionis corporis thyreoïdei* 76). 3° *Struma emphysematica* 77) illa dicenda, quae ex aëre, in telam cellulosa[m] corporis thyreoïdei irruente, oritur. Haec strumae species a labore sub partu, a tussi et a nisu quovis sub vomitu, sub ructibus diu retentis, sub clamore risuque violento, sub instrumentorum musicorum per flatum tractatione, sub cantu, imprimis acutiore, vibrante frequenter expectanda foret 78); — at vero experientia, illam rarissimam esse 79), demonstrat. Enimvero cum

em-

75) A phlegmone strumas nonnunquam fieri, CASTELLUS in lex. med. ex mente GALENI scribit.

76) RULLIÈR *Dict.* l. c. p. 523. Eadem haec struma bronchocele sarcoma vocatur a SAUVAGES (*Nosologia methodica*. T. I. p. 157. Amstel. 1768.) et a RONCALIO (*Med. Europ.* p. 353.).

77) Bronchocele ventosa SAUVAGESII. Bronchocele WICHMANNI.

78) Sic admittit WICHMANN l. c. LALOUETTE *Mém. de mathém. et phys. présenté à l'ac. R. de sc.* T. I. p. 169.

79) „Ruptae in aspera arteria per tussim tunicae internae exemplum habent *Acta Bononiensis Academiae*. . . . Ex simili laesione, ut *Commentationes medicae Londinenses et facta ac experimenta medica* referunt, in duobus foeminis parturientibus, primo quidem jugulum, dein facies, caput et pars corporis superior ab

emphysema sit intumescencia elastica, sub *pressione crepitans* ⁸⁰⁾, sequitur illam solummodo strumam emphysematicam dici posse, quae sub attactu revera *crepitat*. Talem vero strumam nec ipsi unquam vidimus ⁸¹⁾, nec alii clare describunt ⁸²⁾. 4^o *Struma degenerata*. Huc revocamus conversionem corporis thyreoidei in massam steatomatosam, fibrosam, cartilagineam, osseam, cujus diagnosin tactui expertorum chirurgorum relinquimus. Degeneratur struma per processum ignotum naturae (forte intercurrente arthritide ⁸³⁾ aut lepra ⁸⁴⁾) et maxime per perver- sam medendi rationem.

2. Stru-

emphysemate correptae fuerunt." J. P. FRANK l. c. p. 74. (Certe hic non agitur de struma).

80) P. I. Vol. II. C. XLIII, §. CLXXIII. 1.

81) „Fateamur interim, nos, etsi Alpes Helvetiae, Sa-
baudiae, Wallisiae, Tyrolis, Carnioliae, Carinthiae
Styriaeque peragrantes, insignem sane thyreophymatum
numerum viderimus, eorum tamen *nullum*, quod sub
attactu, emphysematis instar, *crepitasset*, conspexisse.“

J. P. FRANK l. c. p. 75.

82) „On sait d'ailleurs, à ce sujet, que l'admission de
cette sorte de goître repose en grande partie sur l'hypo-
thèse aujourd'hui bien appréciée par tous les anatomistes,
des prétendus conduits thyroïdo trachéaux.“ RUI-
LIER Dict. l. c. p. 529.

83) STOLL rat. medendi. P. V. p. 437.

84) Cum struma interdum morbum systematis lymphati-
ci sistat (— ad quem lepra communi consensu revo-
catur); cum lepra plurimarum regionum endemica

Prognosis. 2. Struma sporadica, recens, in junioribus, sanationem fere semper admittit; secus autem struma endemica, neglecta, in hominibus aetatis provectoris. Illa, interdum sponte, aut accedentibus terrore ⁸⁵⁾, cancro mammae ⁸⁶⁾, hydrocele ⁸⁷⁾, alvi fluxu ⁸⁸⁾, variolisque ⁸⁹⁾ evanescit; haec etiamsi fugata, facile revertitur. Curae difficilioris strumam, ortam ex tumore lobi medii corporis thyreoïdei, quam ex illo loborum lateraliū PERCY ⁹⁰⁾ docet. Generatim struma longaevitati minime obstat, nihilque incommodi

prae-
 augmentum monstruosum variarum partium e. c. scroti, labiorum vulvae, pedum (qui vocantur *strumosi*) producat (Op. nostri P. I. Vol. II. C. XXXIV. §. CXXXIII. 6 (81)), saltem *suspicioni*, posse strumas praemagnas, praesertim endemicas, quid leprosi habere, venia concedenda est. Suspicio, posse maximas alpinas strumas quid leprosi habere, flocci pendenda haud est. Tumores leprosos enim et *collum* interdum ob-
 sidere, docent observationes HILLARY (*obs. on the changes of the air and the concomitant epidemic. diseases in the Island of Barbadoes*), HENDY (*a treatise on the glandular disease of Barbadoes*), ALARD (*Hist. de l'elephantiasis des Arabes*) et meae.

85) ALIBERT *Nouv. élémens de thérapeutique et de matière médic.* 3. édit. Paris 1814.

86) BRUN l. c. p. 7.

87) GLADBACHI v. WICHMANN l. c. p. 119. J. P. FRANK l. c. p. 78.

88) GILIBERT *adversaria practica.*

89) BUDEROUS in *Hist. et mém. de Toulouse. Vol. 2.*

90) *Diction. des sciences méd.* l. c. p. 523.

praeter vocem ingrati et anhelitum sub corporis exercitio affert. Verum non desunt exempla strumarum vel introrsum evolutarum, vel praegrantium, quae compressis tracheae, oesophago, venis jugularibus⁹¹⁾ et arteriis carotidibus suffocationem⁹²⁾, dysphagiam⁹³⁾, hydrothoracem, apoplexiam⁹⁴⁾ et aneurysmata aortae induxerunt⁹⁵⁾. Et musculi sternohyoidei ac thyreoidei per compressionem a struma consumti sunt

91) MONTEOGIA op. c.

92) MORGAGNI op. c. ex KERKRINOIO Sepulchr. Observ. 9. §. I. (Struma tracheam adversus colli vertebrae comprimebat). WINSLOW (*Obs. sur un goître volumineux comprimant la trachée-artère. Bibl. médicale. T. LI. p. 205. 1816. Févr.*). Apud SOEMMERRINO (*Anmerk. zu BAILLIE p. 49.*) annuli cartilaginei tracheae a struma compressi, veluti fracti erant. Similia vidit AEPLI — v. *Salzb. med. chir. Zeit. 1791. 1. B. p. 399. 410.*

93) GAVARD *Heelkund. Waarneem. N. 91.* DE HAEN de deglutitione vel deglutitorum in cavum ventriculi descensu impedito. Hag. 1750. VAN GEUN in *Haarlem Verhand. Deel XI. Obs. IV. p. 3. v. Abh. f. pr. Aerzte. 4. B. p. 397.* — J. BLEULAND de diff. aut imped. alim. deglut. — in *Samml. f. pr. Aerzte. 9. B. p. 680. Anmerk.* — HALLERI *Elem. physiol. T. III. p. 118.* BONETI *Sepulcr. anat. L. II. Sect. 4. Obs. 16.* — *Eph. Nat. Cur. Cent. VIII. Obs. XC. p. 431.*

94) HALLER opusc. pathol. Obs. 6.

95) HOPFENGÄRTNER in HUFELAND's *Journ. 1817. 6. St. p. 26.*

sunt visi⁹⁶⁾. Item ductus thoracicus compressus⁹⁷⁾. Praeterea morbi faucium quotquot sunt periculo longe majori. in strumosis, quam in aliis stipantur⁹⁸⁾. Ipsa dein struma, a violentiis externis, a cessatione catameniorum⁹⁹⁾ et a per-versa curandi ratione, irritata in inflammationem malignam nec non in carcinoma converti potest. Inflammatione spontanea superveniente, eaque, antequam aeger suffocetur, in suppurationem conversa, struma aliquando fusa est¹⁰⁰⁾; saepius inde fistula corporis thyreoidei relinquitur¹⁾.

§. XXVI.

C u r a.

Prophylaxiis. 1. Ad *strumam*, praecipue endemicam et haereditariam, *praepediendam* commendantur fuga

96) GAVARD *traité de myologie suivant la méthode de DESAULT* p. 12.

97) VETTER *Aphorism.* 1. B. p. 132.

98) LALOUETTE l. c.

99) CARRON in *Journ. général de méd. chir. et pharm.* T. 49. 1814. Janvier.

100) Rarissima haec exempla obveniunt apud SEVERINUM de *recond. abscessuum natura.* Frncf. 1643. J. L. PETIT *traité des maladies chirurgic. et des opérations qui leur conviennent.* T. I. p. 211. Paris 1774. HEVIN *Cours de pathol. et de thérapéut. chirurgic.* p. 229. Paris 1780.

1) SABATIER *de la médecine opératoire.* T. I. p. 207. 2. édit. Paris 1809.

fuga regionis evolutioni morbi faventis ad pubertatem usque ²⁾, lactationis opus non in vallibus, sed super montes a nutrice extranea peractum ³⁾, exsiccatio paludum, cultura agrorum ⁴⁾ et emendatio habitationum ⁵⁾, evitatio frigoris, potissimum colli ⁶⁾, reliquarumque caussarum strumae ⁷⁾. Maxime juniores gravidaeque mulieres, dum ad partum accesserint, ut acutiores clamores ac capitis reclinacionem violentam evitent, monendae. Virginibus ad strumam praedispositis collare ex fasciola serica, tres circiter digitos lata, anteriore loco panno laneo interius duplicata, et, vel fumo aromatico quotidie imbuta, vel herbis aromaticis siccis repleta, nec non frictio circa jugulum antierius suscepta, commendantur ⁸⁾.

2. *Cura strumae, quousque indicationes rationa-*
tiona-

2) FODÉRÉ l. c. p. 202.

3) Idem ibidem.

4) S. MEASE in *the Americ. med. Recorder. Vol. I. Philad.* 1819. (Struma eadem ratione decrescere qua emendatur cultura agrorum dicitur).

5) FODÉRÉ l. c. p. 202.

6) VALENTIN l. c.

7) §. XXII. N. 1.

8) J. P. FRANK l. c. p. 102. *Compressionem strumae ut auxilium morbi jam evoluti commendant HOLBROOK* — (*the Lond. med. Repos.* 1817. Oct. N. 3.) et FODÉRÉ (l. c.). At aegri struma laborantes nec collare (Cravatte) perferre solent; quomodo hanc sustineret compressionem artificialem? (BRUN l. c. p. 14.).

tionales praesto sunt, *non* specificis aggredienda. Inter illas aliquando indicatio, vel suppressam haemorrhagiam revocandi, vel affluxum humorum a collo revellendi, vel saburras, vix tamen sursum ⁹⁾, eliminandi, obvenit. Indicationibus hujusmodi satisfaciendo, via ad nonnulla ex sic dictis *specificis antistrumosis* sternitur. Illorum series infinita praesto est, in qua animadvertuntur, alia *plane absurda*, e. gr. potus e cranio humano ¹¹⁾, applicatio manus mortui ¹²⁾, sanguinis menstrui ¹³⁾, aut muris ¹⁴⁾, stercoris ¹⁵⁾,
 ungu-

9) *Emetica* tamen contra strumam laudant inter alios WEIKARD *Obs. med. Fasc. II.* SCHEIDEMANTEL *Fränkische Beiträge. N. 29. 31.* SCHMIDT in HORN'S *Archiv für med. Erfahr. 1. B. 2. Heft. p. 151.*

11) „Bibe quotidie ex cranio humano et inde struma evanescit.“ — JOH. AGRICOLA *chirurg. parv. Tract. V.* et GRÜNDLING *med. Cons. II. Obs. 23.*

12) SPERLING *l. c. §. XXV.* BARTHOLINUS *hist. anat. Cent. III. hist. 66.* BLANKARD *Collect. med. phys. Cent. I. N. 9. Eph. N. C. Dec. II. An. 2. Obs. 141. Dec. III. An. 1. Obs. 15. Cent. I et II. App. p. 199.*

13) BONACIOLUS *de foetus formatione. C. 2.* HELVETIUS *Diribitor. med. C. 16.*

14) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. 5. Obs. 92.* (filum cruore muris madidum collo alligatum).

15) PAULUS AEGINETA. *L. IV. PAULINI Drek-apothek. 1. B. p. 130. 2. B. p. 80.* RULANDUS *Pharmacopoea nova. Thec. 3.* GUYON *Leçons divers. T. II. p. 535. (vaccini) p. 536. (columbini).*

ungulae asini ¹⁶⁾, radices sarsaparillae ¹⁷⁾, ranae vivae ¹⁸⁾, usus secundinae calcinatae ¹⁹⁾, tactus a septimo filio matris, quae filiam antea non peperit ²⁰⁾; — alia omnino *incomprehensibilia*, e. gr. tactus hominis cujusdam ²¹⁾, praecipue Regum ²²⁾; — alia fere ob-

16) GUYON l. c. p. 649. (incinerata cum oleo).

17) SPERLING l. c. ex WEDELIO (luna decrescente effossa et nodis imparibus praedita et mediante filo collo appensa).

18) SPERLING l. c. (Strumis impositae usque moriantur, mortuas deinde foco suspendunt et siccant, ubi strumae etiam dicuntur siccescere).

19) SCHROEDER Pharm. L. V. p. 288.

20) SPERLING l. c. *G. traité de la guérison des écrouelles par l'attouchement des septénaires. Aix. 1643.*

21) Hybernus quidam nomine VALENTINUS GREATREKS Londini a. 1666. sibi magnam celebritatem comparavit, in sanandis morbis et praecipue strumis, per lenes frictiones propriis manibus peractas. Hac de re testantur PECHLINUS in suis obs. physico-medic. p. 476. Hamburgi an. 1691. editis; aliique scriptores, quos collegit BOECKMANN in *Archiv f. Magnetismus u. Somnambulism. Strasb. a. 1787. 4. Stück.*

22) Teste HUME (*Hist. of England. Vol. I. p. 236*). *Reges Angliae, longe ante illos Galliae, strumas et scrophulas per attactum sanabant. Ait celeb. Historicus: „Edward the Confessor was the first that touched for the King's - evil († 1066), and the practice was first dropped by the present Royal family“ — (Cfr. CLOWES l. c. THOM. BECKET Two letters as a free inquiry into the antiquity and efficacy of touching*

obsoleta e. gr. oleum bufonum²³⁾, juscula ex
can-

for the King's-evil. Lond. 1722). Quod spectat ad facultatem *Regum Galliae* strumam tactu curandi dissentiunt historici. Contendunt quidem plurimi Galliae Patroni *Clodovaeo* primo Christiano Francorum Regi hanc vim coelitus esse datam, in sanctitatis praemium, quod missis gentilium idolis, ad Christianorum sacra transierit; et ab hoc Rege, sibi persuadent, donum hoc, quasi per traducem, ad omnes Regni successores fuisse propagatum. — Negat vero regius annalium scriptor, *SCIPIO DUPLEIX* (v. *CHIFLET* de ampull. Rem. p. 58.), *ClODOVAEUM* talia fecisse. Sunt porro, qui *HUGONEM CAPET* pro auctore potestatis illius regiae agnoscant, — sed et hoc negat *DUPLEIX* (l. c.), *PHILIPPUM Primum* pro fundatore proclamans. Convenit enim eo *DAVID BLONDELL* (in *Général. Franç. plen. Ass. I. praes. Apol. f. LXX (*)*) — ut videre est ex doctissimis dissertationibus *ZENTGRAFFII* (de tactu Regum Franciae, quo strumis laborantes restituuntur. Witteb. 1667. et disp. posterior. 1670) et maxime ex *LAURENTIO* (de mirabili strumas sanandi vi solis Galliae Regibus concessa. Paris 1609). Facultas sanandi, de qua agitur, cum *LUDOVICO XIV.* finem sumpsisse videtur (*ZENTGRAFF* l. c. I. Diss. §. 12. ex historicis). Solemnis actus, quo strumosi a Rege tangebantur, ita se habere solebat: strumis laborantes, quotquot numero erant, postquam ab Archiatro Regio ejusque collegis, ut et chirurgis diligenter examinati, quo morbo infecti sint, *En la grande Gallerie* conveniebant, ibique ita collocabantur, ut primum locum tenerent Hispani, hos sequerentur alii exteri, et ultimi fuerint Galli. In duplicem seriem disponebantur, quarum una a dextris, altera a sini-

cancro ²⁴⁾, lacertis ²⁵⁾, viperis ²⁶⁾; alia maxime

stris. Ubi tempus adventus Regis appropinquabat, procumbentes in genua cum praestolabantur. Interea exacta fiebat investigatio, an cuidam illorum culter fuerit, forfex, vel aliud quippiam, quo laedere Regem possit; et quidquid hujus generis erat removebatur. Ad ingressum Regis junctas manus, more supplicantium elevabant morbosi. Praecedebant praetoriani milites, officarii aulici, nec non acciptrum gerentes. Sequebatur Rex, nudo capite, devote orantem gestibus repraesentans: medici regii a tergo aegrorum erant, quorum capita stringentes unius cujuscunque Regi trans-eunti quasi offerebant. Hic extenso paulisper brachio dextro, manu perfunctoriâ, vel leviter tetigit decussatim faciem oblatam, et dicebat: *Le Roy te touche, Dieu te guerisse* (Rex te tangit, Deus te sanet). Quae-ritur nunc de effectu? ait *P. de Lancre* adductus a *Limnago*: „quod Reges Franciae attinet, res adeo clara atque nota, ut ne ipsi quidem Hispani de ea dubitare audent.“ Et paulo post „Si Rex Hispaniae hoc non crederet, sane haud permetteret tot miseris Hispanis strumarum vitio infectis, sanitatem emendicare in eo Regno, quod jam per aliquot secula, tanquam hostile solum, odio prosequuntur.“ *GRAM-MAND* (Hist. galliae §. I.) eadem fere habet: „Neovana, inquit, fides tactui, cui submitunt se Europaei omnes, praecipue Hispani, veteri odio nostra improbant eoque nil suspecti. Sane jampridem desissent accurrere, si vacuus esset effectu salutari hic tactus.“ Hac dissentit *BLONDELL* (op. c.). Cfr. *SCHENK* Obs. Med. Cent. 4. Obs. 41.

23) *BORELLUS* Cent. IV. Obs. 38.

24) *VIEUSSEUX* *histoire des maladies internes*.

me ex *therapia scrophularum deprompta* e. c. mercurius ²⁷⁾, antimonium ²⁸⁾, ferrum ²⁹⁾, murias barytae ³⁰⁾, conium maculatum ³¹⁾, digitalis purpurea ³²⁾, calamus aromaticus ³³⁾, solanum dulcamara ³⁴⁾, tussilago ³⁵⁾, sapo *), — alia plus minus *superflua*, e. gr. aloe ³⁶⁾, asclepias vinceto.

- 25) CARMINATI *Therapeut. Abhandl.* 1. B. N. 4.
- 26) CARMINATI l. c. ZACUTUS LUSITANUS *Med. Pr. Hist.* LI. N. 84.
- 27) LETTSOM in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. 3.* (Calomel cum spongia usta, unguentum mercuriale). multique alii, et inter hos usque ad salivationem PRASSER l. c. p. 47. ASSALINI *Ueber d. Krankheiten d. lymphatischen Systems. Dresd.* 1792. p. 56.
- 28) AUDA *Breve compendio di maravigliosi secreti. Venez.* 1676. p. 12.
- 29) DESAULT *sur les maladies vénériennes* p. 214. 215. 224. (ignotum in vinum projectum).
- 30) GAUTIER l. c.
- 31) THILENIUS *Med. chir. Bemerk.* p. 290. RAHN in *Abh. d. naturforschenden Gesellschaft in Zürich.* 2. B. p. 420. Et *Journ. de méd.* T. 22. p. 219. T. 34. p. 272.
- 32) THILENIUS l. c. p. 291. (Succus in unguento).
- 33) WEIKARD *Med. Fragmente.* 1. B. N. 6.
- 34) THILENIUS l. c.
- 35) MEYER in BALDINGER's *Neuem Magazin.* 7. B. p. 17. et *Archiv der prakt. Arzneyk.* 3. B. N. 4.
- *) *Act. Nat. Cur.* Vol. VI. Obs. 9.
- 36) PANAROLUS *Iatrologia Pentecost.* IV. N. 22. (folia tosta imposita).

cetoxicam³⁷⁾, clematis vitalba³⁸⁾, cyclamen³⁹⁾, hyoscyamus⁴⁰⁾, nicotiana⁴¹⁾, sassafras⁴²⁾, camphora⁴³⁾, pannus ustus⁴⁴⁾, suber tostus⁴⁵⁾, ossa calcinata⁴⁶⁾, cantharides⁴⁷⁾, soda aliaque alcalia⁴⁸⁾, aqua marina⁴⁹⁾, varia emplastra⁵⁰⁾,
lini-

- 37) Eph. N. C. Dec. I. An. I. Obs. 57. GILIBERT *Demonstrations prelimin. de Botanique. Lyon 1787.*
- 38) MÜLLER diss. de clematide vitalba. Erlang. 1786.
- 39) BOCCONE *osserv. naturali etc.* (empl. e radice).
- 40) SCULTETUS Obs. 31. VIEUSSEUX l. c.
- 41) VALLI v. KÜHN *Ital. Bibl. I. B. 2. St. p. 161.*
- 42) THILENIUS l. c. p. 291. (Oleum):
- 43) FODÉRÉ l. c. (Oleum camphoratum). LETTSOM l. c. N. 29. (emplastrum, linimentum camphoratum). COPLAND in *medical Comment. v. Edinb. Dec. II. 5. B. p. 92. v. Abh. f. pr. Aerzte. 14. B. p. 418.* (Ol. camphorat. externe).
- 44) HAEN rat. medendi. P. II. p. 157.
- 45) BLEGNY Zodiacus An. I. *April-Monat. Anmerk. I. p. 77.* BLANCARD *Collect. med. phys. Cent. I. N. 41.*
- 46) PAULLINI Cent. II. Obs. 89.
- 47) BARICELLUS Hortulus genialis etc. infusas in aceto evacuare strumas per urinas.
- 48) FODÉRÉ l. c. GAUTIER l. c. KIRKLAND *on the present State of Surg. T. 2.* PETIT *Traité des malad. chir. T. I. N. 22.* (topice). — *Journ. de med. T. 40. p. 219.* Et hepar sulphuris cum alcali spongiae ustae commendabatur a BLANCARD l. c.
- 49) KIRKLAND l. c. (interne et externe) *Obs. on the effects of Sea-water in the Scurvy and Scrophula. Lond. 1770.* WALL *Phil. Transact. Vol. 49. P. 2. p. 459. v. LESKE Auserl. Abhandl. 4. B. p. 296.*
- 50) Tanquam specificum commendat ADAMUS LONICE-

linimenta ⁵¹), sacculi aromatici ⁵²), frictiones ⁵³), electricitas ⁵⁴), — plus minus *superflua*, inquam, cum *spongia marina* seu *officinalis Linnæi* usta, inprimis *pilæ marinæ* ustæ juncta, strumam saltem lymphaticam, indicatos inter limites ⁵⁵) certissime sanare valeat ⁵⁶). Num principium

Jode

RUS (L. II. C. 8.). R. Sempervivi, sevi ovini, et salis communis partes æquales. Conquassantur simul et imponuntur strumis incipientibus. Alia hujus generis in VIEGIERII arm. chir. L. 2. C. 15. in FISCHERI diss. c. §. 35. in RIVERII Obs. Cent. II. N. 54. (ex gummi ammoniaco) in DEIDIERI *auscult. T. 2.* (Diabrotanum), in MURALTI *Chir. Geschichten.* N. 91. (Noricum cum camphora), in KIRKLAND op. c. (volatile) etc.

51) Ex felle tauri sale et oleo (GHERLI *Centuria di rare osserv. Venez.* 1719.) — ex oleo tartari foetido, terebinthina, axungia leporis et extracto saturni (*Richtiger Gebrauch des Bleyextracts* etc.).

52) Ex muriate ammoniæ, cineribus, sale communi decrepitato etc. (BOYER in *Dict. des sc. med.* l. c. p. 550.: *Gallice dicitur Collier de Morand*).

53) Cum panno laneo vaporibus thuris, macis imbuto. RULLIER *Dict.* l. c. p. 550.

54) SIGAUD DE LA FOND *de l'électricité médicale* p. 143. 545. Cfr. *Journal de méd.* T. 72. p. 427.

55) §. XXV. 1.

56) Miris laudibus spongiam marinam ustam extollit *Arnoldus de Villa nuova*, quippe quam omnes strumæ infra 25. annum infallibiliter sanare atque auferre credit. Sequentem exhibebat formulam: R. Cineris spongiæ novæ marinæ et pilæ mariuæ, ossium sepia,

Jode dictum istiusmodi pharmacorum vices agere poterit,

seminum papaveris albi et nigri, zingiberis et cinnamomi, salis gemmei, radices pyrethri, nucis cupressi, gallarum, quercus, rosarum ââ uncias duas. Concisis omnibus et contusis fiat pulvis subtilis. De hoc pulvere aeger saepius mane ante cibum et vespere post cibum in ore aliquid teneat, et post aliquod temporis spatium deglutiat. Ait ROLFINKIUS: „non frustrabitur suâ intentione aeger, si subsequenter pulverem assumat. R. Spongiam marinam novam lapidibus refertam. Combure in cinerem. Huic adde: Salis gemmei, corallorum rubrorum ustorum, cranii humani usti, pyrethri, papyri usti ââ unciam un. Calcinentur et comburentur in cinerem. Adde: scrophulariae majoris pulverisatae uncias tres. M. f. pulvis. S. *Kropfpulver*. Pulvis hic si luna decrescente sumatur, duplo majus praestabit commodum.“ (l. c. C. XV.). Commendarunt porro spongiam marinam ustam variis sub formis SINAPIUS in *Paradoxa med.* Vol. II. p. 72. (fumus sub combustione inhalatus et pulvis). BLEGNY l. c. (infusum). — LANE in *Mem. of the med. Soc. of Lond.* Vol. I. N. 14. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. B. p. 541. (lente deglutienda); RING in KÜMN'S *phys. med. Journ.* 1802. p. 268. (forma trochiscorum); FODÉRE l. c. (semiusta cum cinamomo et melle); HAUSLEUTNER l. c. R. Spongiae marinae, tartari crudi ââ uncias quatuor. Aluminis crudi, lapidum spongiarum, corii Russici (*Juchten*) ââ uncias duas. M. Calcinentur in vase fictili bene clauso per quartam horae partem, ut fiat pulvis niger. S. *Strumalis*. R. pulv. strumalis drachmas sex. Coque c. s. q. aquae ad Col. unciarum novem, adde aquae cinnamomi, syrupi florum aurantiorum ââ unciam semis. S. mane et ves-

poterit, ulterius decebit experientia⁵⁷). *Auxilium*

pere capiat cochleare majus. Ac re quidem vera tanta virtute istud pharmacum adversus strumam sporadicam in junioribus instructum est, ut multiplici experientia edoctus, illud cum vi cinchonae adversus febres intermittentes et mercurii contra luem aequiparare audeam. Miror hinc recentiores Galliae medicos illius cum contemptu mentionem injicere (*Dict. des sc. méd. T. XIII. Article éponge* p. 102. et RULLIER *Dict. l. c.* p. 547 sq.) aut illud in materiis medic. silentio praeterire (ALIBERT *Nouv. él. de thérapéut. et de méd. mod.*). At vero RULLIER parum infra contra secreta in struma jactata declamans (p. 549.) sibi ipsi in seipsum contradicit. Inquit nempe: „*Nous ferons toutefois, à ce sujet, une exception que notre célèbre maître M. le Prof. PERCY, juge tout-à-fait méritée en faveur d'une eau particulière, toujours innocente dans ses effets, que l'on donne à la dose de quelques cuillerées par jour, et par laquelle ce savant a vu guerir en différents pays, et notamment dans les Vogues, des milliers de goitreux. Il y a peu de tems encore que Mr. PERCY a reconnu ici même l'efficacité de cette eau sur une réunion de jeunes personnes, qui furent atteintes en commun du goître, dans un pensionnat peu éloigné de Paris, et qui furent gueris toutes en peu de tems, par l'usage exclusif qu'elles firent de cette composition, que leur conseilla Mr. PERCY. Cette eau, longtemps préparée à Strasbourg, où elle a joui d'une vogue méritée, paroît avoir été transmise à Mr. BATAILLE pharmacien de Paris.*“ Bene! Pater meus, qui studia sua *Argentoruti* absolvit, formulam hujusmodi secreti (ut ex illius Epitome l. c. p. 107. videre est) acquisivit. Quid vero ipsa contineat, illico videbis. R. Spongia-

lium manus chirurgicae, e. c. setaceum ⁵⁸), cau-

R 2

sti-

rum marinarum in fragmentis, — lapidum spongiarum
 ââ uncias quatuor, — pilae marinae unc. unam. In-
 gerantur haec crucibulo et fiant sub igne cinis. Hujus
 cineris uncia coquatur in aquae fontanae libris duabus
 ad remanentiam librae unius. Filtratis adde Syrupi
 Cinamomi unciam. Cap. aeger ter de die unciam di-
 midiam. Interea non dicam cum RULLIER, pharma-
 cum, de quo agitur, esse *toujours innocent dans*
ses effets; experientia enim mea plane sequentia
 Patris mei verba confirmat: „quod delicatior pecto-
 ris constitutio, stomachique major sensibilitas eun-
 dem (stimulum remedii); nisi moderate administra-
 tum, aegrius perferat, et sanguinis pauci hinc inde
 sputum, appetitus depravatus sub usu illius remedii,
 ut observatio nos quoque docuit, aliquando compa-
 ruerit.“ (l. c. p. 107). Sic professor quondam anato-
 mes Universitatis Vilmens. LOBENWEIN contra tumo-
 rem juguli, quem pro struma habuit, diu spongia
 marina usus est, quo facto ventriculi vires adeo labe-
 factatae sunt, ut in vomitum chronicum, subsequente
 letali marasmo, incideret. Et cel. HUFELAND ait:
 „*Ich habe die Spongia tosta häufig gegen Kröpfe ge-
 braucht, und ihre große Wirkung dagegen oft bestätigt*
gefunden, zugleich aber auch die Bemerkung gemacht,
dafs sie die Luftröhre und Lungen angreift (was
wegen ihrer specifischen Wirkung auf die Schilddrüse
leicht zu erklären ist); daher sie auch bei Personen,
die dazu geneigt sind, leicht Haemoptysis und bei sol-
chen, welche phthisische Anlage haben, leicht Aufregung
derselben und Uebergang in Phthisin erregt.“ (Journ.
 d. pr. Heilk. 1821. Febr. p. 39. Anmerk.).

57) Cl. COINDET (l. c.) cum observaverit, quod spongia

sticum ⁵⁹), punctiōem aut incisionem ⁶⁰), ex-
stir-

marina usta ventriculo et systemati nervoso infensa fieri solet, inquisivit, quodnam ex principiis illam constituentibus, utrum idem illud strumam sanans, num aliud quoddam pravos istos producat affectus? Videbatur illi, principium sanans esse *Jodium*, a chemico Edinburgensi *Fife* in spongia detectum; — principium vero nocens adhuc ignorari. Adhibuit hinc *jodium* et quidem cum successu; ait nimirum: „*Après huitains de jours de traitement, la peau devient moins tendue, elle est comme plus épaisse, la tumeur se ramollit d'abord avant que de diminuer, ce qu'on reconnoit sûrement au toucher; quelques jours après ce ramollissement est encore plus évident; le goitre, ou les tumeurs goitreuses, s'ils en existent plusieurs, deviennent plus distinctes, plus séparées les unes des autres; elles se ramollissent et se fondent graduellement, dans plusieurs cas le noyau qui les forme, ou plus exactement la partie qui est organiquement malade, devient plus dure, elle diminue, elle s'isole, quelques unes deviennent mobiles à mesure que ce qui les entoure se dissipe par l'iode.*“ Praescribit plerumque auctor *tincturam jodinae* — adultis ad guttas decem ter de die cum dimidio cyatho syrupi capillorum veneris et aquae. Tincturam parat ex quadraginta octo granis *jode* in ^{l'}uncia una alcohol solutis. Egregius Berolinensium medicus *FORMEY* a *COINDETO* allata confirmat (*HUFELAND'S Journ.* 1820. *Octobr.*) ac usum *jodii* imprimis ad illam speciem strumae circumscribit, quae in ipso corpore thyreoideo, non in cellulosa illud ambiente, sedem figit (*ibid.* 1822. *Jun.* p. 81). Addit *HUFELANDUS*, praecunte *GRAEFE*, *jodium* solum in struma, quae non dolet, conducere (*l. c.* p. 98). Haud dudum vero mo-

stirpationem ⁶¹), ligaturamque, tum tumoris
uni-

nita, certe non spernenda, de vi venefica jodii publici juris reddita sunt (*Bibl. universelle* 1820. Dec. p. 30.); quae FORMEY (*HUFELAND's Journ.* 1821. Febr. p. 31.) et DE CARRO (*Bibl. universelle* 1821. Mai, Septembre p. 65.) diluere satagerunt. Interea ipse auctor jam incipit potius usum externum jodii, utpote tutiorem commendare. v. *Notice sur l'administration de l'iode par friction: in Bibliothèque universelle. T. XVI. Avril* 1821. p. 320. R. Kali aut natri hydrojodini drachm. semis. Axungiae porcinae unciam semis. M. D. S. Illiniatur bis de die ad magnitudinem nucis avellanae strumae.

58) De setacei adversus strumam usu legantur FLAJANI (l. c. Obs. 68), FODÉRÉ (l. c. p. 75.), KLEIN (in *SIEBOLD Samml. chir. Beob.* 2. B. p. 11.), QUADRI (*medico-chir. Trans. by the medico-chir. Soc. of Lond.* 1819. Vol. X. P. I.), BRUN (l. c. p. 18.), COPLAND HUTCHINSON (*Medico-chir. trans., published by the med. and chir. Soc. of Lond. Vol. XI. P. II.* 1821.) etc. Locum habere potest setaceum in struma non varicosa, tumore molli, fluctuante, transparente. Favet illi hac sub rerum positione et PERCY (v. RULLIER in *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 554).

59) Proposuerunt causticum et ustionem CELSUS (*De re med. L. VIII. C. IV. Sect. I.*), TIMÆUS (*Cas.* p. 283.), MESNY (in *Journ. de méd. T. 24. p. 75.*), M. A. SEVERINUS (*De recondita abscessuum natura*), HEISTER (*Institut. chir. P. II. Sect. 3. C. CIV. p. 682.*) — at vero violenta haec auxilia periculum haemorrhagiae et degenerationis tumoris in carcinoma portendant. Caeterum si struma mollis omnino ac suppurata foret,

universi ⁶²), tum arteriae thyreoïdae superioris ⁶³),

tumor serosus aut purulentus, per foramen ope caustici excitatum, educi posset.

- 60) *Punctionem* strumae PETIT (l. c.) in propria uxore suscepit. Indicatur tumore fluctuante mollique reddito. Ad conditionem istam strumae accelerandam, cataplasmata adhibentur. Per cannulam tricuspidis injectiones ex alcohol ad inflammationem adhaesivam excitandam institui possunt, consilio CELSI inquentis: „Intus inspergenda adurentia linimentisque id curandum est, et caeteris pus moventibus.“ l. c. (Cfr. *Obs. d'un goître fibreux guéri p. l'incision*, p. LEMAIRE in *Nouv. Journ. de méd. redigé p. Mr. BÉCLARD, CHOMEL etc. T. X. Janv. 1821. p. 25*). Verum observationes FLAJANI (*Collezione d'osservaz. T. 3. Obs. 67. 68.*) periculum incisionum strumae patefacere, nunquam obliviscendum est.
- 61) *Exstirpationem* strumae proposuit CELSUS (l. c.) qui ait: „potest adurentibus medicamentis curari, sed scalpelli curatio brevior est.“ Illam cum successu locum obtinuisse narrant GIRAND (*DESAULT Journ. de Chir. 3. B.*), THEDEN (*Neue Bemerk. 2. B. p. 132.*), VOGEL (*Obs. quaedam chir. Kiel. 1771.*), FREYTAG (*Epist. de glandulac thyreoïdae, partim osseae, partim melliceridis speciem referentis, exstirpatione. Lips. 1778.*), FODÉRÉ (l. c.). Verum quot non casus letales, uni vel alteri fausto (forte magis alios tumores colli quam veram strumam respiciente) opponere possumus! Legant audaces et terrent ab observationibus a GOOCH (*Cases in Surgery. Append. p. 134.*), LASSUS (*Pathologie chirurgicale. T. I. p. 410.*) et RULLIER (*Dict. l. c. p. 557.*) candide enarratis. Intelligent sic, ab eventu confirmata fuisse dubia HALLERI, ubi ait:

ris 63), tunc solum (praeter rerum positiones in
notis

„An vero in tanta mole vasorum, quae cum ipsa glandula crescit, in tanta vicinia jugularis internae venae et arteriae carotidis, in tanta frequentia communicantium arteriarum thyroidaeorum superiorum inferiorumque, amputatio inter probabiles operationes sit, ego quidem vehementer dubito.“ (Opusc. pathol. p. 18). Accedit observatio, quod corpus thyroideum, praeter quatuor suas consuetas arterias, interdum *ramum directe ex arteria innominata accipit.* (ALLEN BURNS *obs. on the surg. anatomy of the head and neck.* Versio germanica auct. DOLHOF Halae 1821 comparuit). Nec solum haemorrhagiam, sed et effectus doloris a protracta operatione illum inflammationis sequentis timendos esse monet Cl. RULLIER (l. c.). Addam ex Galeno aphoniam periculum (De locis affectis C. 6.).

62) Strumam feliciter per ligaturam extirpatam fuisse dissertatio FR. B. JAESCHKE de strumae extirpatione per ligaturam. Jen. 1810, testatur. Quid de hac operatione sentiendum sit, chirurgis discernendum relinquo.

63) Teste SPERLINGIO (l. c. §. VIII.) „veterinarii quidem hoc modo procedere dicuntur et arteriam, quae ad strumosos tumores equorum defertur, abscindendo, efficere, ut strumae evanescant.“ Ipsam hanc operationem, contra strumam aneurysmaticam a JONAS (*Abh. üb. d. Prozeß, den d. Natur einschlägt, Blutungen aus zerschnitt. u. angestoch. Arterien zu stillen. A. d. E. übers. v. SPANGENBERG. Hannov. 1813.*) propositam, Cl. WALTHER (Op. c. p. 23. 27.) et COATER (medico-chir. Trans. Vol. V. P. 2. 1819.) cum successu perfecerant. Ulterior experientia, quid de hac operatione sentiendum sit, demonstrabit. Desideran-

notis indicatas) impetrabimus; dum struma ita vitae insidias struit, ut, annuente aegrotō, anceps remedium morti certae anteponendum sit.

DE

dum solum est, ut, et casus letales, si obveniant, publici juris reddantur. „*Les revers doivent être publiés de même que les succès: ne sont ils pas en effet, pour les praticiens à venir, placés comme des signaux propres à leur faire éviter les écueils contre lesquels leur inexpérience viendroit se briser.*“ RULLIER Dict. l. c. 556.

DE MORBIS
THECAE THORACICAE,
PLEURAE, MEDIASTINI,
THYMI
ET
PULMONUM.

DE MORTU

THEOLOGICAL
SCHOOL, BOSTON
1871

RECORDED

CAPUT VII.

De vitiis thecae thoracicae, pleurae, mediastini, thymi et pulmonum generatim.

§. XXVII.

Ordo rerum. De vitiis thecae thoracicae.

1. **M**orbis tracheae annectimus illos bronchiorum, pulmonis et pleurae; quaestio ideo erit ^{Ordo rerum.} de bronchitide, pneumonia, pleuritide (verbo de peripneumoniis), pneumonorrhagia, phthisi pulmonali, hydrothorace, laesa respiratione generatim, dyspnoeis et asthmate speciatim, tussi in genere, catarrho pulmonum et coqueluche in specie. Speciali istiusmodi morborum doctrinae, observationes quasdam generales praemittere iuvabit; praeceuntibus HEURNIO¹⁾, CASTELLI²⁾, GROSSIO³⁾, BELLINIO⁴⁾, MONTAGNANA⁵⁾, WALDSCHMIDT⁶⁾,

1) De morbis pectoris. Lugd. Bat. 1608. v. opp.

2) Exercit. medicin. ad omnes thoracis affectus. Tolos. 1616.

3) Lect. de morb. capitis et thorac. Ferrar. 1628.

4) De morbis capitis et pectoris. vide opp. de urina et pulsibus. Bonon. 1683.

SCHMIDT 6), VESTI 7), LA SALLE 8), STAHL 9),
 BARBEYRAC 10), FREYSLEBEN 11), LANG 12), CRAN-
 DEL 13), GANTER 14), JOUBERT 15), BORDEU 16),
 ORLANDI 17), BOEHME 18), FLEISCHMANN 19) etc.

De vitiis thecae tho-
 racicae. 2. Cum de morbis integumentorum 20), mus-
 culo-

5) Consilia N. 92 et sq. de aegritudinibus pectoris et
 pulmonis v. opp.

6) Diss. de morbis thoracis. Marb. 1683.

7) Diss. de pectoralibus affectibus illorumque remediis
 in genere. Erf. 1790.

8) *Traité des malad. de la poitrine. Bourdeaux. Lyon.*
 1704.

9) Diss. de affectibus pectoris. Hal. 1710.

10) *Diss. nouv. sur les malad. de la poitrine. Amst.*
 1731.

11) Diss. de morbis pectoralibus. Mogunt. 1735.

12) Diss. de pectoralibus affectibus et remediis. v. opp.
 T. III. p. 191.

13) *Traité de quelques malad. de la poitrine. Paris 1739.*

14) Diss. sistens diagnosis morborum pectoris. Vind.
 1764.

15) De affect. intern. partium thorac. v. opp. T. I.

16) *Von d. schleimigten Gewebe od. d. zellichten Werk-
 zeugen u. einigen Brustkrankheiten. Wien 1772.*

17) Tractatus de morbis pectoris. Romae 1779.

18) *Curmethode d. wichtigsten Brustkrankheiten. Leipz.*
 1788.

19) Diss. de vitiis congenitis circa thoracem et abdo-
 men. Erlang. 1810.

20) Exanthemata et impetigines plurimas, quae universo
 systemati cutaneo infensae sunt, nec integumentis

colorum ²¹⁾ thoracis atque de vertebrae ²²⁾ jam alibi locuti, cumque de illis mammarum serius mentio iniectione simus ²³⁾, nos directe ad vitia thecae thoracicae convertimus.

§. XXVIII.

thoracis parcere, sponte elucet. Cum his vero peculiarem affinitatem habere videtur *Zoster*, nullibi tam familiaris quam circa dimidium thoracis. (P. I. Vol. II. C. IX. §. XLI. p. 171).

21) Doctrinam *rheumatismi acuti* exponendo (P. I. Vol. II. C. XLIV. §. CLXXXIV. 5.), de illo quoque musculorum pectoris vulgo *pleuritide spuria*, pathologica *pleurodynia* (α πλευρά, latus, et δόρυγ, dolor) locutus sum. Nec *abscessum*, nunc inter musculos thoracis et tegumenta, nunc illos inter et pleuram locatum, silentio praeterii (l. c. 12. p. 361). Memorabiles praeterea sunt nonnullae illorum musculorum abnormitates. Spectant huc: praesentia musculi inconsueti, *sternalis brutorum* dicti (ALBINI hist. muscul. p. 291. HALLERI icones anat. Fasc. VI. T. I. LA FAYE in Hist. de l'ac. des sc. de Paris 1736. p. 82.); — extensiones musculi *sterno-mastoidei usque ad musculus rectum abdominis* (Journ. de méd. chir. et pharm. de Paris 1773. T. XXXIX. p. 45 et 309.) et musculi *pectoralis usque ad musculus obliquum abdominis* (MAYER Beschreib. d. ganz. menschl. Körpers. 3. B. p. 246.) — defectus musculi *triangularis sterni* (ALBINI l. c. p. 309. MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. XLIII. Art. 29.) et *duplicatio musculi subclavii* (BOEHMERI obs. anat. rar. Fasc. I. p. IX. Not. 66).

22) P. II. Vol. I. Sect. II. C. IV. §. XVII.

23) P. IV. Vol. II. de morbis sexus sequioris.

§. XXVIII.

Vitia costarum, sterni, scapularum et clavicularum.

Vitia co-
starum.

1. *Costae* aliquando in monstris plus minus deficiunt ²⁴⁾. Alias numero excedunt ²⁵⁾, vel deficiunt ²⁶⁾, vel nimis ²⁷⁾, vel parum ²⁸⁾ incur-

- 24) MECKEL *Handb. d. path. Anat.* 1. B. p. 146. MERY *hist. de l'ac. R. de Montpellier. T. I.* p. 103. GILIBERT *Mém. de l'ac. des sc.* 1720. p. 10. 13. KLEIN *Spec. inaug. sist. monstr. descript.* Stutg. 1793. p. 25. Narrat TOBIAS COBERUS (Obs. Ungar. VI.) de colonitore, qui ex matris gravidæ cataphractum intuentis imaginatione, pectus non ex costis, sed ex continuo solidoque osse habuit tanti roboris, ut ex durissimo ictu nihil doloris eo loco sentiret.
- 25) *Tredecim costas* describunt COLUMBUS de re anatomica. L. XV. Venet. 1559. p. 485. C. BAUHINI *theatr. anat.* L. II. C. 7. SCHENK *Obs. med.* p. 262. 266. HUNAULD in *Mém. de l'ac. des sc.* 1741. VAN DOEVEREN *Spec. anat. acad.* C. XIII. p. 198. MORGAGNI op. c. Epist. V. N. 10. *Fränkische Samml.* 4. B. p. 242. BOEHMER *Obs. anat. rar. Fasc. I. Praef.* p. 6. Not. 9. HALLER de *funct. corp. humani.* Vol. IV. p. 8. SABATIER *Traité d'anat.* T. I. p. 152.
- 26) *Undecim costas* invenerunt COLUMBUS l. c. p. 485. THOM. BARTHOLINUS *Hist. anat.* Cent. V. Hist. I. T. III. p. I. SCHENK l. c. BERTIN *Traité d'ostéol.* T. III. p. 97. MORGAGNI op. c. Epist. LVI. N. 17. ejusdem *advers. anat.* II. 32. HALLER l. c. BOEHMER l. c. *Obs. anat. rar. Anglipoli* 1786. Fasc. I. C. 3.
- 27) SOEMMERRING *Ueber die Wirkung der Schnürbrüste.* Berlin 1793.
- 28) FLEISCHMANN l. c. p. 7.

curvatae sunt. Porro obvenerunt par primum costarum spuriarum immediate sterno adhaerens²⁹⁾, — extremitas anterior costarum fissa et duplici cartilagine sterno alligata³⁰⁾, — duae vel plurimae costae invicem concretae³¹⁾, — defectus

29) ALBINI hist. musc. Lib. III. p. 290. SANDIFORT Obs. anat. path. Lib. IV. Cap. X. p. 138.

30) ALBINI Annot. acad. L. II. C. 13. p. 55. Tab. VII. SUE *ostéologie trad. de l'angl. Paris 1759. p. 141.* HALLER de corp. hum. fabrica. Vol. VI. p. 8. VAN DOEVEREN l. c. p. 203. BONN descr. thes. oss. morb. Hoviani p. 108. SANDIFORT obs. anat. path. C. X. p. 135. Ejusd. Mus. anat. Vol. I. Sect. 3. p. 99. N. X. p. 87. N. CCCLIII. p. 180. N. CCI. CCH. Tab. XLIX. fig. 3. WALTER's Anat. mus. p. 185. N. 681. 684.

31) MORGAGNI Epist. LVI. §. 17. KÖHLER *Beschr. d. physiol. u. pathol. Praepar., welche in d. Sammlung d. Herrn LODER's sind. Hal. 1795. p. 13. N. 55.* COLUMBUS l. c. p. 485. ALBINUS Ann. acad. L. II. C. 13. p. 55. ejusd. Index supell. RAVIANI p. 228. BERTIN l. c. p. 134. SUE l. c. p. 141. HUNAULD l. c. 1740. p. 535. MEDIKUS *Samml. v. Beob. aus d. Arzneiwissenschaft. Zürich 1764. 1. B. p. 80.* KALTSCHMID Progr. de costis duabus primis veris per substantiam osseam cohaerentibus. Jenae 1767. SANDIFORT Mus. anat. Vol. I. p. 87. N. CCCLIV. p. 173. N. CXLVI. Tab. XLVII. fig. 2. p. 174. N. CXLVIII. Tab. XLII. fig. 1. 2. p. 180. N. CXCVII. Tab. XLVIII. fig. 3. 4. N. CXCVIII. Tab. XLIII. fig. 1. 2. N. CXCIX. Tab. XLIX. fig. 45. ROSENMÜLLER *Beiträ, c*

ctus nonnullarum cartilaginum, sterno libero ³²), — cartilagine ossescentes ³³), — spuriae articulationes costarum ³⁴), — costae perforatae ³⁵), erosae, carie destructae ³⁶), a sterno avulsae ³⁷).

f. d. Zergliederungsk. 2. B. 1. St. p. 99. Tab. I. fig. 1.
2. Plurima exempla ipse vidi.

32) SANDIFORT *Obs. anat. pathol.* Lib. III. Cap. I. p. 45. Tab. V. fig. 4. p. 37. STOLL l. c. p. 105. (Periosteum distentum, sero plenum).

33) LIEUTAUD *hist. anat. med.* L. IV. Obs. 121. (in senibus). BLEULAND de sana et morbosa oesophagi structura p. 112. ACKERMANN *Bemerk. üb. d. Kenntniss u. Kur einig. Krankh.* 3. B. 1. Hest. HAARTMANN in *N. Abhandl. d. K. Schwed. Acad. d. Wissensch.* 21. B. 3. St. p. 81. KNEPPELHOUT *Sectiones cadaverum patholog.* Lugd. Bat. 1805. p. 5. JAHN in HUFELAND'S *Journ.* 23. B. 3. St. p. 81. STOLL *rat. med.* Vol. VII. FRANK *interpr. clin.* Vol. I. p. 271. Saepissime observavi.

34) SANDIFORT l. c. p. 135. et *Mus. anat.* Vol. I. Sect. 3. p. 98. N. VIII. VAN DOEVEREN l. c. C. VIII. p. 204. Tab. VII. fig. 4. OTTO *Handb. d. pathol. Anat.* p. 64. MECKEL *Beitr. zur vergl. Anat.* 1. B. 2. St. p. 138.

35) OTTO l. c. p. 63.

36) Ab aneurysmate aortae MORGAGNI *Epist.* XVIII. N. 25. *Epist.* XVII. 25. — *Epist.* XXVI. 5. WEIKARD *verm. med. Schriften.* 2. B. p. 37. SOEMMERRING *Anmerk. zu BAILLIE* p. 17. KÖHLER l. c. p. 89. N. 310. WALTER'S *anat. Museum.* 2. B. p. 113. N. 560. p. 114. N. 561. p. 121. N. 563. HUNTER in *Phil. Trans.* N. 468. RUYSCH *Obs.* 37. PORTAL *Cours d'anat. méd.* T. I. p. 329. LEE in *Lond. med. Review.* Jun. 1801. v. HUFELAND'S, SCHREGER'S u. HARLES'S *Journ. d.*

sae³⁷⁾, largiores solito³⁸⁾; ne de costarum luxationibus³⁹⁾, fracturis⁴⁰⁾ et aneurysmate arteriarum intercostalium⁴¹⁾, utpote ad chirurgiam spectantibus, dicamus. *Dolor costarum* plerumque symptoma morborum columnae vertebralis, pleurae, pulmonum et cordis sistit. Verum exstat et *neuralgia thoracica*, ut plurimum latus sinistrum, inter costam septimam et nonam, occupans, curriculum nervi, arteriam intercostalem
 comi-

ausländ. med. Literatur. 1. B. p. 23. Plurima exempla ipse vidi.

37) Per aneurysma aortae v. WERDEMANN in MÜRSIN-
 NA *N. Journ. f. d. Chirurgie.* 1. B. p. 195.

38) OTTO l. c.

39) BARTHOLINUS *Hist. anat. Cent. I. Hist. 22. Cent. V:*
Hist. 66. BULLET Mém. de chir. T. 4. p. 573. BLAN-
KARD Collect. med. phys. Cent. VI. N. 37. MARTIN
Journ. de méd. T. LIV. p. 328. PETIT in Dict. des sc.
med. Vol. VII. p. 146.

40) CELSUS L. VIII. C. 9. PAUL. AEGINETA L. VI. C.
 96. Fabr. *Hild. Cent. V. Obs. 85. LA MOTTE Chi-*
rurg. Obs. 345. SIEBOLD Chir. Tageb. N. 69. KLEIN
Chir. Bemerk. p. 141. BROMFIELD Chir. Wahrnehm.
N. 12. BERLINGHIERI in Mém. de la Soc. méd. d'ô-
mulation. T. 3. p. 151. MAOENDIE Biblioth. méd. v:
Journ. de med. continué. Vol. XII. p. 278. VIOLE diss.
de costarum fractura. Paris 1788. KERN Annal. 1. B.
p. 70. MANDT in SIEBOLD's Samml. chirurg. Wahr-
nehm. 3. B. p. 206.

41) J. HODGSON *Von den Krankheiten der Arterien und*
Venen. Aus d. Engl. Hann. 1817.

Frank Prax. II. 2.

comitantis 42), sequens, magis in feminis quam in maribus obveniens, nullam functionem, praeter respirationem, laedens, animi pathematum, abusus veneris effectus, a rheumatismo periostii costarum et a distractione musculorum pectoris 43) distinguenda, et valerianâ, asâ foetidâ, moscho, castoreo, fasciisque 44), curanda 45).

Vitia sterni.

2. Monstra interdum *sterno* carent, ita ut viscera pectoris in propatulo sint 46). Et in infante, ceterum bene constituto, et maxima pars sterni desiderabatur 47). Praeterea conspiciebantur

42) Ex nervorum dorsalium ramis anterioribus.

43) In commentariis SWIETENII (§. 326.), ubi de contusione agitur, monitum fuit ex HIPPOCRATE et ex GALENO, a cursu, lucta, onere majore sublato etc. fieri quandoque tantas musculorum distractiones, ut quaedam illarum fibrarum rumpantur; convulsiones, κράσματα, et rupturas, ῥήγματα, vocarunt veteres medici illa mala, monueruntque, intensos inde dolores, et quidem circa thoracem difficillimos fieri.

44) *The London medical Repository* edited by UWINS. Vol. XIII. N. 2. 1820.

45) Morbus iste sub nomine *neuralgiae thoracicae* a NICOD describitur (*Nouv. Journ. de méd. chir. et pharm. Paris* 1818. Novemb. p. 247. T. III. Unicum hujus morbi exemplum vidi. Cfr. POTERIUS Cent. I. Obs. cur. 83.

46) *Mém. de l'ac. des sc. de Paris* 1760. p. 86. (Ucerant quoque cartilagine costarum et claviculae).

47) WIDEMANN *Ueber das fehlende Brustbein. Braunschweig* 1794. p. 9. (Costae fluctuabant et pulsatio cordis tegumenta elevabat).

mumque ⁵⁸⁾, *cartilagine ensiformi fissâ* ⁵⁹⁾ *tricuspidatâ* ⁶⁰⁾, *perforatâ* ⁶¹⁾, *introflexâ* ⁶²⁾, *ossificatâ* ⁶³⁾, *maximâ* ⁶⁴⁾, *deficiente* ⁶⁵⁾. *Dolor sterni* ex iisdem morbis viscerum, praesertim cordis et hepatis, ac ille costarum, pullulat. Dum dolor ille ad cartilagine, imprimis costae tertiae, quartae, obvenit, reconditae syphilidis saepe est indi-

56) MARRIGUES in *Mém. de mathémat. présentés à l'Ac. des sc. T. IV.* (In monstro ad symphysin ossis pubis).

58) SANDIFORT *Mus. anat. Tab. XLVI. p. 4.* MECKEL l. c. p. 115.

59) MECKEL l. c. p. 114.

60) MAUR. HOFFMANN *disqu. corp. hum. anat. pathol. Spec. IX. §. 6. p. 148.*

61) SANDIFORT *Mus. anat. Vol. I. p. 179. N. CLXXXVII.* BLUMENBACH *Gesch. d. Knochen. §. 296.*

62) CODRONCHI l. c. SEPTALIUS l. c. BARBETTE *anat. pract. L. I. C. 4. p. 16.* PISO *de med. Brasil. L. II. SCHENK Obs. L. II. N. 264.* BARTHOLINUS *Epist. IV. p. 453.* BROUZET *sur l'éducat. méd. des enfans. T. II. p. 151.* (Asserit per risum immodicum introsum pelliculi). Vidi introflexam apud sutorem, ut vomitus chronici causam (Cfr. P. III. Vol. I. Cap. de vomitu).

63) OTTO l. c. p. 66.

64) ALBINI *tab. os. XIV.* CODRONCHI *de morbo novo sive prolapsu cartilaginis mucronatae. Bonon. 1683. Edit. GRUNERI. Jen. 1786. (usque ad umbilicum).* I. SEPTALIUS *de morb. ex mucr. cartil. proveniente. Mediol. 1632. G. II.* TROSCHELL *de morb. ex alieno situ partium abdominis.*

65) HALLER *de corp. hum. fabrica. T. VI. p. 25.*

indicium ⁶⁶⁾. Tandem membrana sterno propria, seu periostium, saepe rheumate vel arthritide tentatur, cui in recenti malo hirudines, in senescente autem emplastrum SCHIFFHAUSII ⁶⁷⁾ cum successu opponimus.

3. *Claviculae* in homine sine brachiis nato ^{Vitia claviculae.} deficiebant ⁶⁸⁾; aliquando laborant carie ⁶⁹⁾, fracturà ⁷⁰⁾, exostosi ⁷¹⁾, et luxatione ⁷²⁾.

4. *Sca-*

66) BAGLIVI Prax. med. L. I. p. 96. („Dolor fixus in medio pectoris diu perseverans ac moleste sine tussi etc. signum est luis Gallicae latentis multis ante annis ab agris susceptae et hoc signo se solum manifestantis“).

67) Empl. balsamic. SCHIFFHAUSII. Empl. Moscovitic. R. Olei olivarum libras tres. Saponis veneti libram unam. Pulveris tenerrimi cerussae venetae, miuii ad libram unam. Camphorae uncias tres. Castorei Sibirici unciam unam et semis. M. f. l. a. Emplastrum (J. F. MOLLER's *Reise von Vollynien nach Cherson. Hamburg. Campe 1802. p. 58*).

68) JESSEN de ossibus p. 24.

69) LUDWIG apud VOIGTEL l. c. PEZOLD Obs. med. chir. N. 62. SIMMONEAU in DESAULT *auserl. chir. Wahrn. 3. B. N. 75*. D'ANGERVILLE *Mém. de chir. T. V. p. 361*. NEUMANN in *Abh. d. Josephin. Akademie in Wien. 2. B. p. 206*.

70) LE VACHER diss. de fractura claviculae. Paris 1766. DISDIER diss. de fract. clavic. Paris 1768. VOGT diss. ambarum scapular. dextraeque claviculae fract. rara.

71) KULMUS diss. de exostosi steomatode claviculae ejusque felici sectione. Gedan. 1732.

Vitia scapulae.

4. *Scapula* dextra fissa inveniebatur ⁷³). In rhachitide subjicitur curvaturis et facile fracturis ⁷⁴).

§. XXIX.

Vitia pleurae, mediastini et thymi.

Vitia pleurae.

1. Pleura aliquando efformat in recens natis saccum herniosum, pulmones aliaque viscera includentem ⁷⁶). Haud raro illa super primam costam saccum, partem superiorem pulmonis continentem, constituit ⁷⁷). Herniae hujusmet pulmonis quoque inter costam veram sextam et septi-

72) WHITE in *Medic. Reposit. Hexade II. Vol. I. N. I. Art. 4.* (a sterno dimota per aneurysma aortae). COWPER *Anatomy of the human body.* v. HALLER *Bibl. chir. Vol. I. p. 519.* (ad acromium) et *Opera chirurgica.*

73) HOCHSTAETTER apud VOIGTEL *Handbuch d. pathol. Anat. 1. B. p. 328.*

74) SANDIFORT *mus. anat. Vol. I. Sect. 4. N. 1. p. 123. Vol. II. Tab. IV. fig. 1. Cfr. VOGT l. c.*

76) *Pleurocele* a Gr. *πλευρά*, pleura, et *κῆλη*, tumor, v. HALLER *opusc. pathol. Obs. XXIX. p. 60.* VOIGTEL *fragmenta semiologiae obstetriciae p. 77. Tab. V. LACHMANN in Misc. N. Cur. Dec. I. An. 3. Obs. 103. T. III. PELARGUS Med. Jahrgänge. 3. B. p. 85. MICHAELIS in RICHTER'S chir. Bibl. 6. B. p. 728. MERCIER Journ. gén. de méd. chir. et pharm. p. SÉDILLOT. T. XXXIV. Avril.*

77) HUBER *Observ. anat. Cassell. 1760. p. 30.*

septimam lateris sinistri 78), et alibi, imprimis praevia destructione costae unius alteriusve *), observatae fuere. Praeter inflammationem et illius exitus 79), praeterque varia exanthemata 80), pleura, *glandulas scirrhosas* 81), *tumores sarcomatosos* 82), *lamellas sero repletas* 83), *adipem* 84), ejusdemque partem in *cartilaginem* 85), alteramve in os 86) conversam exhibuit.

2. Me-

78) GRATELOUP *Journ. de méd. T. LIII. p. 410.* GILBERT *Beobacht. und Krankengesch.*

*) SABATIER v. RICHTER *v. d. Brüchen p. 4.* MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl. 6. B. p. 728.*

79) Cap. VIII. §. XXXIV. N. 17.

80) e. c. peticulae (STOLL *Heilungsmethode. 2. B. 2. Th. p. 195.*), variolae (WRISBERG *Comment. Soc. Goetting. T. V. Comment. med. anat. physiol. et obstetricii argumenti. Vol. I. N. 4*).

81) CAMPER in *Genees-Natuur-en Huiskundig Kabinet 1779. N. III. p. 194. v. Abh. f. pr. Aerzte. II. B. p. 518.* (vidi et ego in duabus matronis ex cancro mammae defunctis).

82) HERZ in *Misc. N. C. Dec. III. An. 4. Obs. 103.* (In juvene post lapsum in thoracem, dolore obtuso pectoris et dyspnoea laborante et suffocato). *Mém. de l'Ac. des sc. 1740.* (In viro dyspnoea et ictero laborante. Sarcoma dimidium cavitatis pectoris adimplebat ac pulmones, diaphragma et hepar comprimebat). Cfr. LIEUTAUD *Op. c. T. II. p. 235. Obs. 750.*

83) CHAMBON DE MONTAUX. *Merkw. Krankengeschichte p. 48. Bemerk. 13.*

84) RHODIUS *Mantiss. anat. Obs. 9.*

85) LIEUTAUD *l. c. p. 279. Obs. 855.* HALLER *Opusc.*

Vitia mediastini.

2. *Mediastinum* interdum desideratur ⁸⁷).

Vi.

pathol. Obs. 60. HAUTESIERK *Recueil d'observations medicales*. T. 2, p. 583.

86) Pluries lamellas osseas in pleura detexi. Multa hujus generis referunt: HENKEL in SCHAAERSCHMIDT'S *med. chir. Nachrichten*. Jahrgang 3. St. 39. p. 311. HAEN *Heilungsmethode*. 9. Th. I. Kap. §. 3. B. 4. p. 187. LIEUTAUD l. c. p. 234. Obs. 746. BLUMENBACH *Gesch. u. Beschreib. d. Knochen*. §. 277. p. 338. *Ann.* BAILLIE *Series of engravings*. Fasc. II. Tab. 3. SOEMMERRING in *Anmerk. ad illud op. serm. Germ. Ann.* 73. SCHACHER *diss. de ossificatione praeternat.* Lips. 1726. in HALLERI *Coll. disp. pract.* T. VI. p. 337. LÖSEKE *observ. anat. chir. med. nov. et rar.* Berol. 1754. PEQUAULT *Recueil périod. d'obs. de méd. chir. etc.* p. VANDERMONDE. Paris 1757. Vol. 7. p. 212. MORGAGNI *Epist.* XXI. N. 19. LESKE *Auserl. Abh. aus d. phil. Trans.* 2. B. p. 47. VETTER *Aphorismen aus d. pathol. Anatomie*. 2. B. p. 217. Stupenda exempla ossificationis pleurae leguntur apud HALLER *Coll. disp.* Vol. 2. p. 390. et *elem. physiol.* T. III. p. 119. WALTER *Obs. anat.* XI. p. 43. Tab. VII. fig. 6. *Anat. Museum*. 1. B. p. 161. N. 326. PROCHASKA *Annotat. acad.* Fasc. 3. C. 3. Obs. 5. BLUMENBACH *Med. Bibl.* 2. B. p. 68. Interdum massae ossificatae potius pleurae adhaerent (MOHRENHEIM *Wienerische Beyträge*. 2. B. p. 217).

87) DIEMERBROECK v. LIEUTAUD *Hist. anat. med.* L. II. Sect. 6. Obs. 792. p. 252. (In puero septenni dyspnoea et tussi chronica laborante. Deerat simul diaphragma). BECKER *ibid.* L. I. Sect. 2. Obs. 216. T. I. p. 72. (In puero quinque annorum dyspnoea tussi et colica a secundo aetatis anno laborante. Praeter mediastini de-

Visum est continere cruorem ⁸⁸⁾, aërem ⁸⁹⁾, adipem ⁹⁰⁾. Degenerat etiam in sarcoma ⁹¹⁾ et in massam osseam ⁹²⁾.

3. *Thymus*, corpus hoc incomprehensibile, ^{Vitia thymi.} aberat interdum in monstris acephalis ⁹³⁾ aliisque ⁹⁴⁾,

fectum inveniebantur pulmones, cor et hepar in thoracis dextro cavo positi, ventriculus et lien in sinistro).

88) TROMBALLI v. MORGAGNI Epist. XXVI. N. 39. (Inter lamellas mediastini).

89) BAILLIE l. c.

90) In hominibus aetatis provectoris vix pro abnormi haberi potest, secus vero in junioribus (K. BELL *Zerglied. d. menschl. Körpers. 1. B. p. 216.* VOIGTEL *Handb. 2. Th. p. 187*). Casus collectionis morbosae adipis in mediastino describuntur a LIEUTAUD l. c. Obs. 753. p. 236. (In viro 50. annorum dyspnoea laborante ac suffocato. Tanta erat adipis in mediastino et pericardio collectio, ut pulmones inde omnino comprimerentur), a PORTALIO ib. Obs. 754. p. 237. (Librae tres ad quatuor adipis). Cfr. *Mém. de l'ac. R. des sc. de Paris 1784. p. 51. v. Samml. auserl. Abh. 2. B. p. 710.* (Foemina diu dyspnoica et post iter mortua. Adeps videbatur motum cordis impedivisse; unde hoc viscus disruptum fuit. In *Med. observ. and inquiries. Vol. 3. p. 69*).

91) MORGAGNI Epist. XVI. N. 26.

92) METZGER Prolusio de spina ventosa in vertebrae dorsi divisa. Regiom. 1787. v. *N. Samml. f. W. A. 5. St. p. 313.*

93) WINSLOW v. RIEGEL de gland. suprarenalibus. Hafn. 1790. p. 23. MECKEL *Handbuch etc. p. 486.*

que⁹⁴⁾, aut in illis modo minimum⁹⁵⁾, modo maximum⁹⁶⁾, inveniebatur; porro persistebat in adultis⁹⁷⁾, et senibus⁹⁸⁾; alias praemagnum⁹⁹⁾ fuit et suppuratum¹⁰⁰⁾, nigrum et durum¹⁾, osseum²⁾, concrementisque cretaceis repletum³⁾,

con-

94) BRODIE *Journ. de méd.* 1810. Oct. p. 281.

95) RENARD *Journ. de méd. p. Roux. T. XXIII.* p. 118.

MECKEL l. c. p. 488. OTTO Op. c. p. 237.

96) KELCH *Beiträge z. pathol. Anat. Berl.* 1813. p. 85.

97) MECKEL *Mém. de l'ac. des sc. de Berl.* 1755. *Collect. Acad. part. étrang. Vol. IX.* p. 144. *Frank. Samml.* 3. B. p. 65.

98) SANDIFORT *Obs. anat. pathol. Lib. III. Cap. II.* p. 45. *Nol. 9. Mus. anat. Vol. I. Sect. V. N. XIV.* p. 244.

MECKEL l. c. p. 490. *Eph. Nat. Cur. Dec. III.* p. 278.

COOPER *Tabul. anat. XXI.*

99) CAILLOT et DURET in *Bull. de l'école de méd.* 1807. p. 23. (In puero 13. annorum aderat simul perforatio septi cordis, ac morbus coeruleus). HEISTER *Comp. anat.* p. 118. (puer 13. annorum, phthisicus), MORGAGNI *Epist. XVII.* N. 10.

100) CRANZ de vomica pulmonum et glandular. vicinar. *Jen.* 1740. p. 16. Cfr. LIEUTAUD l. c. *Obs.* 766. 768. p. 241.

1) HARDERY *apiarium Obs.* LXVI. p. 260. LIEUTAUD l. c. L. II. *Sect. 2. Obs.* 761. T. II. p. 240. BAILLIE l. c. *vers. germ.* p. 61. *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 26. B. p. 361.

2) J. N. BINNINGER *Obs. et cur. med. Cent. V.* MONBELGARD 1673. *Cent. III. Obs.* 29. LIEUTAUD l. c. T. II. p. 240. VETTER *Aphor.* 1. B. p. 141.

3) CHR. VATER in *Eph. Nat. Cur. Dec. IX.* *Obs.* 161. (Puella undecim annorum ab infantia dyspnoea labo-

conversum nunc in massam adiposam ⁴⁾ nuncque in tumorem mucosum ⁵⁾.

§. XXX.

Vitia pulmonum.

1. De morbis pulmonum in specie scripserunt VISCHER ⁶⁾, LUTHER ⁷⁾, CLOSIUS ⁸⁾, BÜCHNER ⁹⁾, HALLER ¹⁰⁾, COSTE ¹¹⁾, FALK ¹²⁾, VAN DER

rans). Exempla calculorum thymi describuntur a HARDERO l. c. Obs. XLV. HOFMANN Cardianastrophe p. 6. Act. med. Berol. Vol. I. Dec. III. p. 28. SCHURIGII Lithologia. C. II. §. 66. p. 233. LIEUTAUD l. c. Obs. 769. p. 242.

4) WADE in *Lond. med. Observ. and Inquiries. Vol. 3.* p. 69.

5) TARGIONI TOZETTI v. GONNELLI *Krankengeschichte e. Mannes, der an den Folgen einer Vergrößerung d. Brustdrüse starb.* v. ESCHENBACH *vermischte med. und chir. Bemerk. Leipz. 1784. 1. Th. N. 1.*

6) De differentiis et causis morborum pulmon. Tubing. 1581.

7) Diss. de pericardii, pulmonis et partium genitalium anomaliis. Kil. 1704.

8) Diss. de juvenum dispositione ad morbos pulmonum. Halae 1720.

9) Diss. de praeservandis morbis pulmonum tam communibus quam propriis. Hal. 1749.

10) Progr. de morbis pulmonum observationes. Goett. 1749.

11) *Traité des maladies des poulmons. Paris 1765.*

12) *Treatise on the disorders of the Lungs. 1773.*

DER VOORT ¹³⁾, DAVIDSON ¹⁴⁾, BELEN ¹⁵⁾, CAMPER ¹⁶⁾, PORTAL ¹⁷⁾, METZKE ¹⁸⁾, VAN DER BOSCH ¹⁹⁾, MONTFALCON ²⁰⁾ et anonymus ²¹⁾.

Consideratio pulmonum.

2. Si consideremus opus respirationis et oxygenationis sanguinis a pulmonibus gubernari, et pulmones per nervum vagum et sympathicum magnum arctissimum commercium alere cum cerebro ²²⁾, corde et vasis sanguineis majoribus ²³⁾, he-

- 13) Diss. de morbis pulmonum. Lugd. Bat. 1787.
 14) App. ad *Observations anatomical, physiological and pathological on the pulmonary system.*
 15) Diss. de morbis pulmonum v. Collect. dissert. Lovaniens.
 16) De theoria et curatione morb. chronic. pulmon. v. Ejusd. diss. X. N. 4. et *Samml. auserl. Abh. etc.* 18. B. p. 58. 414.
 17) *Mémoires sur la nature et le traitement de plusieurs maladies.* 1. Vol. p. 218.
 18) Diss. de morbis pulmonum ex mixtura formaque laesa explicandis. Hal. 1800.
 19) Commentatio exhibens anatomiam systematis respirationi inservientis pathologicam. Harlem 1801.
 20) *Dictionnaire des sciences médicales; article des maladies des poulmons.* T. XLIV. p. 581.
 21) *Outlines of a treatise on the disordered state of the lungs.* Lond. 1804.
 22) BOEHMER de pulmon. cum cerebro consensu. Hal. 1763. BICHAT *Recherches physiologiques sur la vie et la mort,* Paris 1805.
 23) Ob nexum pulmonum cum corde et vasis majoribus, morbi istarum partium tractatui de morbis partium respirationi inservientium alligabuntur.

hepate²⁴⁾, aliisque visceribus abdominalibus²⁵⁾, renibus²⁶⁾ et cute; de summo illorum momento²⁷⁾ nec umbra dubii locum habebit.

3. Mirum hinc non est, *defectum pulmonum* dumtaxat in monstris humanis pro vita non idoneis, locum habere posse²⁸⁾. Contra unius *lateris pulmo* per primae conformationis vitium, sine incommodo respirationis defecisse visus est²⁹⁾. Vitia formae.

24) EBELINO diss. de pulmonum cum hepate antagonismo. Goett. 1806.

25) Legatur de hoc argumento SOEMMERRING et REISEISEN (*Ueber d. Bau u. d. Verrichtung d. Lung. Berl. 1808.*), DUMAS (*Principes de physiologie. Paris 1807. T. 2.* et SÉDILLOT *Recueil périod. de la Soc. de méd. de Paris. T. 33. p. 353.*), DUPUYTREN (*Nouv. Bullet. de la Soc. philom. de Paris. T. I. p. 228.*), BLAINVILLE (*ib. T. I. p. 226.*), PROVENÇAL (*Mém. lu à l'institut le 27. Nov. 1809.*).

26) Quatenus *nervus venalis posterior superior* ex gangliis thoracicis decimo et undecimo oritur.

27) De necessitate propria nosocomia pro cura morborum pulmon. erigendi jure loquitur J. BUXTON in *Monthly Mag. J. 1814. Nov.*

28) Hujus generis monstra describuntur in Misc. N. C. Dec. II. An. 2. Obs. 143. *Mém. de l'acad. R. des sc. de Montpellier. Journ. de TREVoux Juill. 1706.* DANIEL's *Samml. med. Gutachten* p. 275. *Tab. I. 5.* ROEDERER de foetu parasitico in *Comment. Soc. Goett. T. IV. p. 118.* — VALLISNIERI in monstro acephalo, pulmones sub forma vesicae, invenit (*MALPIGHI Opp. posth. p. 87.*).

est ²⁹⁾. Desiderabatur pulmo *sinister*, in infante thorace normali instructo ³⁰⁾, in alio autem una cum costis et sterno imperfecte evolutis ³¹⁾, in hydropica ³²⁾, in juvene dyspnoea periodica affecto ³³⁾; ac *dexter*, in viro difficultate chronica respirationis laborante ³⁴⁾. Pulmones aliquando copiâ excedunt, non solum in monstris gemellis infra pectus secum cohaerentibus ³⁵⁾, sed et in aliis ³⁶⁾. Excessus iste praesertim

29) RIVIÈRE in Sepulchr. anat. Lib. III. Sect. 18. Obs. 27. §. 2. MORGAGNI de sed. et causis morb. Epist. LIV. art. II.

30) SOEMMERRING *Anmerk. zu BAILLIE* p. 44.

31) *Museum der Heilkunde. Zürich* 1794. 2. B. p. 204.

32) *Miscell. N. Cur. Dec. I. An. 4. Obs. 30.*

33) JOHN BELL *Ueber d. üble Bildung d. Herzens* (in dextro thorace positi) u. andere Ursachen, welche d. gehörige Säurung d. Blutes verhindern. v. et auctoris ejusdem: *Anatomy of the human Body. Vol. 2. p. 201.* ac versionem in *Abh. f. pr. Aerzte. 17. B. p. 497.*

34) HÄBERLEIN in *Abhandl. der Joseph. Academie in Wien. 1. B. p. 271.*

35) BUCHWALD in *Prodrom. praevent. continuata acta med. Hafn. 1753. p. 18. Samml. auserl. Wahrnehm. aus d. A. W. Aus d. Franz. Frankf. 1757. 1. B. p. 457.* WALDSCHMIDT *diss. cit. Phil. Trans. 1781. N. 2.* ALBRECHT in *Fränk. Samml. 2. B. p. 182. Die Geburt zweier an d. Bauchen ganz zusammengewachs. Kinder. von J FR. MAYER Frankf. 1772. RICHTER's chir. Bibl. 2. B. 1. St. p. 165.*

36) FAHNER *Beiträge z. gerichtl. Arzneyk. Stendal* 1799. 1. B. 2. *Abth. N. 6. (Tertius pulmo locum glandulae*

sertim relate ad pulmonem dextrum contingere videtur ³⁷⁾. Interdum pulmones *aliena loca* occupant, ut (ne de herniis loquamur ³⁸⁾), superficiem externam corporis ³⁹⁾.

CAPUT

thymi occupabat). JAC. SYLVIVS isagoge in HIPPOCRATIS et GALENI physiologiae partem anatomicam cum observatis in corporibus secandis. Paris 1555. L. III. C. 16. (quinque lobi separati pulmonum). MAYER *Magazin f. d. Thiergeschichte*. 1. B. 2 St. p. 178. (in monstro bicephalo, cor duplex et duo lobi pulmonum superflui). MOLLINETTI mantissa anat. Obs. XI. (quatuor lobi ut in ruminantibus). Miscel. Berol. Dec. II. Vol. 2. p. 82. (in plurimos parvulos lobos divisi erant). BRODIE in *Journ. de méd.* 1810. Oct. p. 281.

37) MECKEL *Handb. d. pathol. Anatomie* p. 479.

38) §. XXIX. N. 1.

39) KACHMUND *Miscell. N. Cur. Dec. I. An. 3. Obs.* 103. Tab. III. PROCHASKA *Annot. acad.* 1784. Fasc. 3. p. 172.

CAPUT VIII.

De Peripneumoniis.

§. XXXI.

Notio. Literatura.

Notio. 1. **M**orbos, qui febre, dolore pectoris, respiratione laesa, et tussi insigniuntur, quatenus ex inflammatione pleurae, parenchymatis pulmonum et bronchiorum pullulant, nomine generali *peripneumoniarum* ⁶⁴⁾ comprehendimus.

Literatura. 2. Quarum *peripneumoniarum* doctrinam, medici omnis aevi, omniumque sectarum, longius

64) A Gr. Περὶ, circa, et Πνεύμων pulmo. Patet inde vocabulum *peripneumoniae* potius affectionem pleurae, quam ipsius pulmonis, denotare. At vero cum CELSO (L. IV. C. 7.) praepositionem *περὶ*, *de*, significare lubeat, et morbum *pneumonia* vocet, ita ut tractatio insigniatur de *pneumonia*, cumque mihi, vocabulo, quod generatim inflammationem pleurae, parenchymatis pulmonis et bronchiorum, hinc partium continentium et contentarum, designaret, opus fuerit; *peripneumoniae* illud, ut genericum, elegi. Ut species subjiciuntur *pleuritis*, *pneumonia*, *bronchitis*, eorumque complicationes *pleuro-pneumonia* scilicet et *broncho-pneumonia*. Cfr. §. XXXIV. N. 4.

gius majorique industria prosecuti sunt, quam illam reliquorum morborum. Sic milleni scriptores, quos singulos in medium afferre mortalis patientia vetat, docent. Ad potiores spectant inter Graecos — HIPPOCRATES ⁶⁵⁾, CAELIUS AURELIANUS ⁶⁶⁾, ARETAEUS ⁶⁷⁾, GALENUS ⁶⁸⁾; inter Arabes — AVICENNA ⁶⁹⁾; inter restauratores aliosque observatores — BALLONIUS ⁷⁰⁾, SYDENHAMUS ⁷¹⁾, BAGLIVIVS ⁷²⁾, DODONAEUS ⁷³⁾, FORSTUS ⁷⁴⁾, SARCOME ⁷⁵⁾, LITRE ⁷⁶⁾, STOLL ⁷⁷⁾, FERRO ⁷⁸⁾; inter systematum et compendiorum auctores —

BOER-

- 65) Opp. locis citandis.
 66) De acut. Lib. II. C. 13. 25.
 67) Curat. acut. Lib. II. C. 1. 10.
 68) De locis affectis. Lib. V. C. 3.
 69) Canon. Lib. III. Fen 10. Tract. 4. Cap. 1. 10. Tract. 5. Cap. 2. 4.
 70) Opp. Vol. I. p. 24. 62. Consil. II. N. 20. Opp. IV. p. 313.
 71) Opusc. p. 334. 342.
 72) Prax. med. Lib. I. Cap. 9.
 73) Obs. Cap. 21.
 74) Lib. XVI. Obs. 4. 26. 44.
 75) *Istoria ragionata de' mali osservati in Napoli, nell' intero corso dell' an. 1764. Napoli 1765. Parte seconda* §. 131. Versio Germ. Zurich, edita est a. 1770.
 76) *Observ. sur le point de côté. Mem. de Paris A. 1714. Hist. p. 16. Ed. in oct. A. 1714. Hist. p. 21.*
 77) Rat. medendi. T. I. p. 148. 155. III. p. 49. 50. 58. IV. p. 59. VII. p. 50. 70. 77. 114. 117. 180. 194. 214. 221.
 78) *Med. Ephemeriden.*

Frank Prax. II. 2.

T

BOERHAAVIUS ⁷⁹⁾, SWIETENIUS ⁸⁰⁾, FR. HOFFMANNUS ⁸¹⁾, BURSERIUS ⁸²⁾, CULLENIIUS ⁸³⁾, J. P. FRANKIUS ⁸⁴⁾, REILIUS ⁸⁵⁾, S. G. VOGELIUS ⁸⁶⁾; inter anatomiae pathologicae studiosos — DIEMERBROECKIUS ⁸⁷⁾, BONETUS ⁸⁸⁾, LIEUTAUDIUS ⁸⁹⁾, MORGAGNIUS ⁹⁰⁾, HALLERUS ⁹¹⁾, PORTALIUS ⁹²⁾, BAILLIEUS ⁹³⁾, BICHATIUS ⁹⁴⁾, BAYLEIUS ⁹⁵⁾, LAEN-

NE-

- 79) Aphor. de cognosc. et curandis morb. §. 875 — 904.
 80) Comment. in Herm. BOERHAAVE Aph. T. III.
 81) Med. rat. Syst. T. IV. Sect. V. C. VI. De febris
 pneumonicis sive pleuritide et peripneumonia.
 82) Institutionum medic. pract. Vol. IV. Cap. IV. De
 pulmonum pectorisque inflammatione.
 83) *First lines of the practice of Phys.* Edinb. 1788.
 Vol. I. p. 362.
 84) Epitome. T. II. Interpret. clin. P. I. p. 102.
 85) *Fieberlehre.* 2. B. 13. Kap. p. 463.
 86) *Handb. d. pr. Arzneywissensch.* 4. B. 7. Kap. p. 194.
 87) Anat. Lib. II. C. 13.
 88) Sepulchr. Lib. IV. Sect. I. Obs. 3. 20.
 89) Hist. anat. med.
 90) De sedibus et caus. morb. Epist. XX. XXI. Art. 13.
 14. 37 sq.
 91) Pr. de morb. pulmon. Goett. 1750. Opusc. pathol.
 Obs. 15.
 92) *Observ. qui prouvent que la pleurésie n'est pas une ma-
 ladie essentiellement differ. de la péripneumonie.* V. Mé-
 moires de l'ac. des sc. Paris 1789. Et Cours d'anat.
 méd. T. V.
 93) *Series of engravings accompan. with explanat. which
 are intended to illustrate the morbid anat. Plate III et
 IV. Neue Bemerk. in Samml. auserl. Abh.*

NECIUS ⁹⁵); inter monographiarum scriptores — FONSECA ⁹⁷), TRILLER ⁹⁸), STRACK ⁹⁹), SAALMANN ¹⁰⁰), SACHTLEBEN ¹), KREYSIG ²), HORN ³), CONRADI ⁴), MORTEHAN ⁵), VALENTIN ⁶), BADHAM ⁷); inter dissertationum editores — PAR-

T 2

CO-

- 94) *Anatomie générale. T. II. p. 540. v. Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. 21. B. 1. St. p. 99.*
- 95) *Recherches sur la phthisie pulmonaire. Paris 1810. Sect. 7. 8.*
- 96) *De l'auscultation médiate. Paris 1819. T. I. Part. II. Chap. 2. p. 160.*
- 97) *Pleurologia, de pleuritide ejusque curatione. Lisb. 1701.*
- 98) *Succincta commentatio de pleuritide ejusque curatione. Francf. 1740.*
- 99) *Nova theoria pleuritidis verae et recta eidem mendi ratio. Mogunt. 1786.*
- 100) *Descript. pleuritidis, peripneumoniae. Monspel. 1789.*
- 1) *Bemerkungen über die Natur und Heilung der Brustentzündungen. Gött. 1790.*
- 2) *Programmata de peripneumonia, imprimis nervosa. Vitemb. 1800.*
- 3) *Ueber d. Erkenntnifs u. Heilung d. Pneumonie. Frankf. 1802.*
- 4) *Pneumonie und Pleuritis in nosologischer und therap. Hinsicht. Marb. 1803.*
- 5) *Traité de la pleurésie. Paris 1805.*
- 6) *Mém. sur les fluxions de poitrine. Nancy 1815.*
- 7) *Obs. on the inflammatory affections of the bronchiae, Lond. 1809. An essay on bronchitis. Lond. 1814. (Utor versione germanica auct. KRAUSS, cum praef. et not. ALBERSII. Brem. 1815).*

COVIUS ⁸⁾, BOYVIN ⁹⁾, BRENDL ¹⁰⁾, ADOLPHUS ¹¹⁾,
 VARUS ¹²⁾, SENNERT ¹³⁾, MEIBOMIUS ¹⁴⁾, ADEL-
 GEHR ¹⁵⁾, KAEMPF ¹⁶⁾, FÜRICH ¹⁷⁾, KLEIN ¹⁸⁾,
 HOMMEZ ¹⁹⁾, FESELIUS ²⁰⁾, SALZMANN ²¹⁾, SE-
 BIZ ²²⁾, CONRINGIUS ²³⁾, ROTH ²⁴⁾, SERIZ ²⁵⁾,
 HAFENREFFER ²⁶⁾, MARSCHAL ²⁷⁾, SCHELHAM-
 MER ²⁸⁾, BAUHINUS ²⁹⁾, GATTINSHAL ³⁰⁾, SCHNEI-
 DER ³¹⁾,

- 8) Diss. de pleuritide ejusque curatione. Helmst. 1594.
 Diss. de peripneum. Helmst. 1610.
- 9) Ergo peripneumonia pleuritide periculosior. Paris
 1601.
- 10) Diss. de pleuritide vernali et aestiva. Jen. 1604.
- 11) Diss. de pleuritide. Basil. 1615.
- 12) Diss. de peripneumonia. Jen. 1619.
- 13) Diss. de pleuritide. Vitemb. 1621. Diss. de peri-
 pneumonia. Witteb. 1650.
- 14) Diss. de peripneumonia. Helmst. 1623.
- 15) Diss. de pleuritide. Basil. 1629.
- 16) KAEMPF De peripneumonia. Marb. 1627.
- 17) Diss. de pleuritide. Argent. 1628.
- 18) Diss. de peripneumonia. Marb. 1620.
- 19) Ergo peripneumonia aemula pleurit. Paris. 1631.
- 20) Diss. de pleuritide legitima. Argent. 1634.
- 21) Diss. de pleuritide. Argent. 1637.
- 22) Diss. de peripneum. Argent. 1639.
- 23) Diss. de peripneumonia. Helmst. 1644.
- 24) Diss. de peripneumoniae causis, signis, remediis.
 Lips. 1648.
- 25) Diss. de pleuritide. Argent. 1649.
- 26) Diss. de pleuritide. Tub. 1653.
- 27) Diss. de peripneumonia. Argent. 1657.
- 28) Diss. de peripneumonia. Jenae 1657.

DER ³¹⁾, MICHAEL ³²⁾, DE VRIES ³³⁾, FRIDERICI ³⁴⁾, CASPARI ³⁵⁾, WEDEL ³⁶⁾, DONCKER ³⁷⁾, REICH ³⁸⁾, DRAPER ³⁹⁾, MUSCULUS ⁴⁰⁾, HELWIG ⁴¹⁾, VAN DIEDENHOVEN ⁴²⁾, WACHENDORF ⁴³⁾, KOAT ⁴⁴⁾, ROELANDE ⁴⁵⁾, VATER ⁴⁶⁾, RUYSH ⁴⁷⁾, SHAMBERG ⁴⁸⁾, BARTHOLINUS ⁴⁹⁾, BUCHWALD ⁵⁰⁾,
PA-

29) Diss. *περὶ τῆς περιπνευμονίας*. Basil. 1658.

30) Diss. de pleuritide et peripneumonia. Lugd. Bat. 1659.

31) Diss. de peripneumonia. Witteb. 1660.

32) Diss. de peripneumonia. Altdorf. 1661.

33) Diss. de peripneumonia. Lugd. Bat. 1665.

34) Diss. de peripneumonia. Edinb. 1666.

35) Diss. de pleuritide vera. Lugd. Bat. 1668.

36) Diss. de pleuritide. Jen. 1673. *Aegra pleuritica*. Jen. 1674.

37) Diss. de pleuritide. Lugd. Bat. 1674.

38) Diss. de peripneumonia. Altd. 1676.

39) Diss. de pleuritide. Lugd. Bat. 1681.

40) Diss. de pleuritidis natura et cura. Erf. 1685.

41) Diss. de pleuritide. Gryphiswaldiae 1686.

42) Diss. de peripneumonia vera. Lugd. Bat. 1688.

43) Diss. de pneumōnia. Ultraj. 1691.

44) Diss. de peripneumonia. Ultraj. 1692.

45) Diss. de peripneumonia. Lugd. Bat. 1695.

46) Diss. de morbo letali acuto pleuritide dicto. Vitemb. 1695.

47) Diss. de peripneumonia. Francf. 1696.

48) Diss. de peripneumonia. Lips. 1698.

49) Diss. de pleurit. et peripneum. Hafn. 1700.

50) Diss. de pleuritide et peripneum. Kopenh. 1700.

PASCOLI ⁵¹), VESTI ⁵²), SPERLING ⁵³), CASSIUS ⁵⁴),
 GOLZIUS ⁵⁵), VAN ODENHOVEN ⁵⁶), LE CERF ⁵⁷),
 BREDIUS ⁵⁸), DE MILDE ⁵⁹), NÖBSTER ⁶⁰), MAN-
 GOLD ⁶¹), SCHOTT ⁶²), COSCHWITZ ⁶³), LESSE-
 RUS ⁶⁴), BROWN ⁶⁵), STAHL ⁶⁶), VOORERINCK ⁶⁷),
 VON AERLAKEN ⁶⁸), GROOTENACKER ⁶⁹), JUN-
 CKER ⁷⁰), HOFFMANN ⁷¹), CRUSE ⁷²), HALLE-
 WARD ⁷³), BUCKLEY ⁷⁴), FARGUHORSON ⁷⁵), KA-

NEN-

- 51) *Observationes de pleuritide.* Venet. 1702.
 52) *Diss. de peripneumonia.* Erford. 1702. *Diss. aegeri
 pneumonicus.* Erford. 1704.
 53) *Diss. de pleuritide.* Witeb. 1703.
 54) *Diss. de pleuritide exquisita.* Groen. 1706.
 55) *Diss. de pleuritide.* Regiom. 1707.
 56) *Diss. de pleuritide.* Harder. 1711.
 57) *Diss. de pleuritide.* Jen. 1714.
 58) *Diss. de peripneumonia.* Harder. 1718.
 59) *Diss. de peripneum. utraque.* Lugd. Bat. 1722.
 60) *Diss. de pleuritide.* Altd. 1722.
 61) *Diss. de peripneumonia.* Rint. 1724.
 62) *Dissert. de pleuritide.* Altd. 1724.
 63) *Diss. de pleur. et peripneumonia.* Halae 1725.
 64) *Diss. de peripneumonia.* Ultraj. 1726.
 65) *Diss. de pleuritide.* Edinb. 1730.
 66) *Diss. de peripneumonia.* Erford. 1730.
 67) *Diss. de peripneum. utraque.* Lugd. Bat. 1730.
 68) *Diss. de pleuritide.* Lugd. Bat. 1738.
 69) *Diss. de pneumonitide vera.* Lugd. Bat. 1736.
 70) *Diss. de pectoris inflamm. intern.* Hal. 1737.
 71) *Diss. de peripneumonia.* Tub. 1738.
 72) *Diss. de pleuritide.* Harder. 1739.
 73) *Diss. de pleuritide.* Lugd. Bat. 1740.

NENGIESSER ⁷⁶⁾, KALTSCHMIED ⁷⁷⁾, DE MEZA ⁷⁸⁾,
 WEDDING ⁷⁹⁾, HARTMANN ⁸⁰⁾, BÜCHNER ⁸¹⁾,
 BOUILLET ⁸²⁾, NANHEIMER ⁸³⁾, CARNIER ⁸⁴⁾,
 WENDT ⁸⁵⁾, HASING ⁸⁶⁾, BACHMANN ⁸⁷⁾, RAN-
 CY ⁸⁸⁾, RICHTER ⁸⁹⁾, BOEHMER ⁹⁰⁾, NUNN ⁹¹⁾,
 BOVE ⁹²⁾, STACK ⁹³⁾, ITTNER ⁹⁴⁾, FERRIOL DE
 GAL-

- 74) Diss. de pleuritide. Edinb. 1747.
 75) Diss. de peripneum. vera. Edinb. 1749.
 76) Diss. de pleuritide vera et spuria. Kil. 1749.
 77) Diss. de pleuritide vera et spuria. Jen. 1751.
 78) Diss. de peripneumonia. Lugd. Bat. 1751.
 79) Diss. de pleuritide vera. Lugd. Bat. 1755.
 80) Diss. duplex peripneumoniarum generum. Halae 1756.
 81) Diss. de singularibus quibusdam ad peripneumoniam
 et pleuritidem spectantibus. Halae 1758.
 82) *Mem. sur les péripneum. épidém. Besiers* 1759.
 83) Diss. de peripneumonia. Mogunt. 1760.
 84) Diss. de peripneumonia vera. Lugd. Bat. 1761.
 85) Diss. observ. de pleuritide et peripneumonia. Goett.
 1762. v. BALDINGER *Sylloge Opusc. T. IV.* et SANDI-
 FORT *Thes. II. N. 4.*
 86) Diss. de pleurit. vera. Lugd. Bat. 1763.
 87) Diss. de pleuritide. Prag. 1764.
 88) Diss. de peripneumonia vera. Lugd. Bat. 1764.
 89) Diss. de pleuritide vera singul. casu illustr. Goett.
 1768.
 90) Diss. peripneumoniarum verarum. Halae 1769.
 91) Diss. de peripneumonia. Erford. 1769.
 92) Diss. de pleuritide. Edinb. 1771.
 93) Diss. de pleuritide. Lugd. Bat. 1771.
 94) Diss. de peripneumonia. Mogunt. 1773.

GALLOT ⁹⁵), NEUFVILLE ⁹⁶), Ô DRISCOLLE ⁹⁷), SCHROEDER ⁹⁸), MOSELEY ⁹⁹), CRAUSIUS ¹⁰⁰), CRAMER ¹), FORSYTHE ²), MENU ³), PLENGE ⁴), GILLY ⁵), KER ⁶), KLEINHOF ⁷), KÜSTER ⁸), DE LOGES ⁹), SMITH ¹⁰), BIRCKHOLZ ¹¹), MICHELS ¹²), GIRARD ¹³), BELL ¹⁴), EMERSON ¹⁵), TAYLOR ¹⁶),
BE-

95) Tentamen de pleuritide. Monsp. 1775.

96) Diss. pneum. et ejus sedis historia. Edinb. 1776.

97) Diss. de inflammatione pneumonica. Monspel. 1777.

98) Diss. de pneumonitide ejusque specieb. Goett. 1779.

99) Diss. de peripneumonia vera. Edimb. 1780.

100) Diss. de pleuritide. Jen. 1781.

1) Diss. exhibens aegrum pleuritide laborantem. Ald. 1782.

2) Diss. de peripneumonia. Edinb. 1782.

3) Diss. de pleuritide vera. Lugd. Bat. 1782.

4) Diss. de peripneumonia vera. Duisb. 1783.

5) Diss. de peripneumonia vera. Lugd. Bat. 1784.

6) Diss. de pneumonia. Edinb. 1785.

7) Diss. de placitis nonnullis tum veterum tum recentiorum circa curam peripneumoniae verae. Lugd. Bat. 1785.

8) Diss. de pleuritide. Hal. 1785.

9) Diss. nova peripneumoniae sanguin. distinctio. Montisp. 1788.

10) Diss. de inflammatione pneumonica. Edinb. 1788.

11) Diss. de partitione pleuritidis secundum methodum medendi rationalem. Lips. 1789.

12) Diss. de pleur. inflammatione simplici. Colon. 1790.

13) Diss. de pneumonia. Edinb. 1791.

14) Diss. de pneumonia. Edinb. 1792.

15) Diss. de pneumonia. Edinb. 1794.

BEAMISH ¹⁷⁾, JACKSON ¹⁸⁾, ROEMER ¹⁹⁾, WAI-
 WRHITER ²⁰⁾, WETZEL ²¹⁾, BOYWIN ²²⁾, GAL-
 WAY ²³⁾, DENT ²⁴⁾, FINN ²⁵⁾, ANNESTY ²⁶⁾,
 BAIRD ²⁷⁾, FERLET ²⁸⁾, RUETTIGER ²⁹⁾, BE-
 RENDS ³⁰⁾, ELVERFELD ³¹⁾, FEHLAN ³²⁾, HOLZ-
 MÜLLER ³³⁾, KLETTEN ³⁴⁾, ADRIAN ³⁵⁾, BEUER-
 MAN ³⁶⁾,

16) Diss. de pneumonia. Edinb. 1795.

17) Diss. de pneumonia. Edinb. 1796.

18) Diss. de pneumonia. Edinb. 1800.

19) Diss. de peripneumoniae diagnosi et exitu. Francf.
 ad Viadr. 1800.

20) Diss. de pneumonia. Edinb. 1800.

21) Diss. de peripneumonia. Francf. 1800.

22) Ergo peripneumonia pleur. periculosior. Paris. 1801.

23) Diss. de pneumonia. Edinb. 1801.

24) Diss. de pneumonia. Edinb. 1802.

25) Diss. de pneumonia. Edinb. 1802.

26) Diss. de pneumonia. Edinb. 1803.

27) Diss. de pneumonia. Edinb. 1803.

28) *Diss. sur la pèripneumonie ou inflammation du pòumon.*
 Paris 1804.

29) Diss. de pneumonit. inflammatoria simplici. Duisb.
 1805.

30) Diss. de recto venae sectionis in pneumonicis affe-
 ctionibus usu. Frsf. ad Viadr. 1806.

31) Diss. de pneumonia. Edinb. 1806.

32) Cogitata quaedam de peripneumoniae curatione veteri
 et nova. Viteb. 1806.

33) Diss. de peripneumonia. Viteb. 1807.

34) Pr. de signis in peripneumonia quam maxime func-
 stis et letalibus. Viteb. 1807.

MAN³⁶), BLONDY³⁷), DE LA FAYE³⁸), BUISSON DE LA JOURDANIÈRE³⁹), DE LAMARE⁴⁰), HEINSIUS⁴¹), POIRSON⁴²), BAZILE⁴³), BERGOUNIOUX⁴⁴), PICHERY⁴⁵), NEIBEISER *), HURYN⁴⁶) etc. nec VAIDY⁴⁷) silentio praetereundus.

§. XXXII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Symptomata.

1. Peripneumoniarum evolutionem pro re nata praecedunt morositas, lassitudo, anorexia, vel

35) *Diss. utrum a peripneumonia pleuritis distingui possit.* Paris. 1808.

36) *Diss. de pneumonia.* Duisb. 1809.

37) *Diss. sur la péripneumonie d'après les règles de l'analyse.* Paris 1810.

38) *Diss. sur la péripneumonie latente.* Paris 1812.

39) *Essai sur la péripneumonie.* Paris 1814.

40) *Essai sur la péripneumonie.* Paris 1814.

41) *Diss. de pneumonia inprimisque sithenica.* Lips. 1814.

42) *Diss. sur la pleurésie.* Paris 1814.

43) *Diss. sur la péripneumonie simple.* Paris 1815.

44) *Diss. sur la pneumonie ou fluxion de poitrine et sur quelques unes de ses complications.* Paris 1815.

45) *Diss. sur la péripneumonie simple et compliquée.* Paris 1815.

*) *Diss. de peripneumonia.* Mosquae 1817.

46) *Diss. observationes nonnullas circa peripneumonias mense Aprilis anni 1817 Vilnae grassantes exhibens.* Viln. 1817.

47) in *Dict. des sciences médicales.* Tom. 43. *Art. Pleurésie* p. 185 sq. et *Pneumonie* p. 392.

vel ciborum auctum desiderium ⁴⁸⁾, dolores vagi lumborum, artuum ⁴⁹⁾, coryza ⁵⁰⁾, raucedo et tussicula. Haud raro morbus derepente ingruit. Adoritur plerumque *frigore*, modo intercurrente vicissim calore, modo continuo ad horam unam alteramve protracto, saepe cum peculiari angustia et inquietudinis sensu ⁵¹⁾. Sequitur *calor*, alias per se scenam aperiens. Est ille amoenus, urens, mordax. *Pulsus* creber, plenus, mollis, durus. Urget *sitis*. Ocyus serius *dolor* acutus, pungens, obtusus, pressorius, tensivus ad costas, sternum, clavículas, scapulas, dorsum, accedit, augeturque, nunc sub inspiratione, nunc sub expiratione. *Respiratio* brevis, crebra, anhelans, illa-

48) „Incipit cum appetitu ciborum saepe magno.“

BOERHAAVE l. c. §. 883. Confirmant hoc phaenomenon SWIETEN (l. c. p. 19.) ac mea experientia. Prae aliis cibos anomalos appeti, asserit REIL (l. c. §. 183.), dubito jure id fieri. Utut sit, mirum non est, ventriculum irritamenti pulmonis participem fieri, cum haec viscera uno eodemque nervo, vago scilicet (rectius pneumo-gastrico a Cl. CHAUSSEUR dicto), regantur.

49) Praecesserat saevissimus genu sinistri dolor peripneumoniam, qua ego puer, Ticini a. 1787. laboravi.

50) „Et fluxio a capite ad pectus pleuritis causa est.“ HIPPOCRATES Libr. de locis in homine.

51) „Un frisson plus ou moins long pendant lequel le malade est quelquefois fort inquiet et angoissé: symptôme essentiel, et qui n'a servi plus d'une fois à distinguer cette maladie (la péripneumonie), à coup sûr, dès son premier moment.“ TISSOT avis au peuple. Chap. IV.

illaque profunda tum ob dolorem, tum ob tussim, impedita. *Tussis*, dolorem augens, ab initio plerumque sicca, serius ut plurimum cum sputis mucosis, cruentis, flavis, viridescens, nigris, polyposis⁵²⁾, absolvitur. *Decubitus* modo in alterutrum latus, modo in utroque latere, impeditus, solumque in dorsum concessus. *Lingua* brevis, intersecta cum anhelitu. *Deglutitio* interdum impedita. Cuncta symptomata horis vespertinis et noctu augentur, cum pervigiliis, quandoque cum deliriis. Ingravescente malo respiratio evadit laboriosa, abdominalis. Facies aliquando subtumidula, accensa, alias livida, pallida, subflava; genae rubrae, oculi splendentes, lingua et fauces siccae. Aeger praeterea de capitis gravedine, plenitudinis sensu in pectore et anxietate conqueritur. Cor vibrat, carotides vehementer pulsant et jugulares oscillant. Nonnulli nauseam experiuntur et vomunt. Lotium prius paucum, rubrum, jumentosum, dein sedimentum copiosum, puriforme, roseum, deponit. Alvus, nisi liquida ac copiosa, in multis est obstructa. Hypochondria saepe tensa, attactum respicientia. Haud raro sudor universum obtegit corpus, maxime ad faciem et partes obvias. Pulsus protracto in malo vi decrescit, mollis fit, irregularis, parvus, contractus, aliquando sano len-

52) L. I. SCHMIDTMANN Summa obs. clin. praxi clin. triginta annorum depromptarum. Vol. I. Berol. 1819.

lentior. Quarto, septimo, undecimo, decimo quarto die, interdum tardius, ad acmen morbo deducto, accedentibus signis infra speciatim indicandis ⁵³⁾, peripneumoniae vel in sanitatem, vel in alios morbos, vel in mortem transeunt.

2. Superficies *cadaveris* externa, saepe livida ⁵⁴⁾, aut saltem maculis lividis ad dorsum et latera thoracis notata, cernitur; quae maculae licet aliquando loco, qui sub morbi curriculo doluerat, respondeant ⁵⁵⁾, in genere tamen accidentales sunt. Aperto thorace, saepissime magna copia seri nunc flavi, nunc limpidi, nunc purulenti, caseosi ⁵⁶⁾, aliquando cruenti ⁵⁷⁾ obviam prosilire solet. Illud libras decem adacquasse observavimus ⁵⁸⁾. Pulmones interdum adeo turgent, ut sternum sublevent ⁵⁹⁾, utque illorum
super-

Autopsia
cadaverum.

53) §. XXXV. N. 6.

54) MORGAGNI op. c. Epist. XXI. Art. 31.

55) Pleuritide correpti antiquis dicebantur βλητοί, seu, *sidere icti*, quod in mortuis *latus lividum* reperiretur, et plagae simile quidpiam appareret. HIPPOCR. de vict. rat. in acut. aphor. 35.

56) CULLEN l. c. STOLL l. c. T. I. J. P. FRANK l. c. p. 126.

57) MORGAGNI Ep. XX. Art. 17.

58) J. P. FRANK l. c. p. 126. FERRO l. c. p. 221. (Peripneumoniae epidemicae mentionem injicit, ubi pulmones sero purulento constanter innatabant).

59) STOLL op. c. Vol. I.

superficies (colore livido, violaceo, rubro ⁶⁰), variegato ⁶¹), subnigro ⁶²) notata), vestigia costarum ⁶³) impressarum exhibeat. Praeerea superficies pulmonum modo in toto ambitu, modo in una tantum parte, pseudomembranarum ope,

pleurae

60) MORGAGNI Epist. XXI. Art. 6. 19. 27. Epist. XX. Art. 15. 16. 24. Epist. XXIX. Art. 10. Epist. XXXVI. Art. 11. STOLL *Heilungsmethode*. 1. B. p. 148. LIEU-
TAUD hist. anat. med. T. II. p. 24.

61) Inprimis *striis bruneis, nigris* insignita. MORGAGNI Epist. IV. Art. 9. Epist. XV. 6. Ep. XVI. 4. Ep. XVII. 6. 16. 19. Ep. XIX. 4. 19. Ep. XX. 7. 15. Ep. XXII. 8. Ep. XXVII. 2. 21. Ep. XLIII. Ep. XLIX. 2. Epist. LIII. 9. Ep. LVI. 7.

62) MORGAGNI Epist. VI. 12. Epist. XX. 33. Epist. XXI. 33. 34.

63) „In tantum vero tumorem inflammatus pulmo aliquando effertur: ut in eodem thoracis cavo vix non ampliori *costarum frequenter vestigia*, formamque albescente ex flavo materia delineatam, ostenderimus; quod in dextro inprimis thorace, per hepatis, interdum praegrandis et ad quartam, tertiamve ex veris, costam, apud multos in pectus ascendentis volumen adhaerens non raro contingit.“ J. P. FRANK l. c. p. 130. Miror hinc valde LAENNEC (l. c. p. 163.) tale quid, negare, miranturque PINEL et BRIGUETAU dicentes (*Dict. des sc. méd. Vol. XLIII. p. 426.*): „Nous avons plusieurs fois observe les traces de cette compression, dont FRANK fait une mention speciale; autorité qu'on peut opposer avec avantage à ceux qui nient la possibilité d'un tel phénomène, fonde sur ce que l'augmentation du volume du poumon n'est qu'illusoire, ce qui nous semble erronée.“

pleurae costali, mediastino ⁶⁴), pericardio, diaphragmati ⁶⁵), adhaeret. Pseudomembranae hujusmodi, aliquando densissimae ⁶⁶), vasis sanguineis instructae ⁶⁷), interdum superficiem partium inflammatarum, quin illi adhaereant ⁶⁸), obducunt ⁶⁹). Inter pseudomembranas et pleuram,

64) SENNERT Prax. L. II. P. 2. C. 16. PLATERUS L. II. C. 16. ETTMÜLLER Opp. med. p. 330. BONET Sepulchr. L. II. Sect. 4. Obs. 2. PORTAL *Cours d'anatomie médicale. T. V.* p. 28. HAYGARTH in *Arzneyk. Abhandl. von London.* 3. B. p. 32.

65) „Non raro ad diaphragmatis arcum, cui hepar subjicitur, inferior dextri pulmonis lobus cum hoc septo connascitur.“ J. P. FRANK l. c. p. 130.

66) MORGAGNI Epist. IV. V. VI. VII. XIV. XX. L. LIV.

67) „Aliquoties in novissima ac tremula adhuc membrana, innumera, quinque vel sex dierum spatio generata vascula auditoribus, quod iterum alii ante nos jam fecerant, ostendimus.“ J. P. FRANK l. c. p. 132. Sic mense Decembr. 1794. in clinico instituto Ticinensi, formosam puellam ex dira peripneumonia necatam vidi. Pseudomembranae, a Patre meo, dexterrimo anatomiae Professori BRESCIANI commissae sunt, qui illorum vasa sanguinea, ope mercurii, injecit. Pulcherrimum hocce praeparatum museo pathologico illius Universitatis commissum est.

68) PORTAL l. c. p. 67. RENARD in *Journal général de méd., chir. et pharm.* 1814. Octobr.

69) Pseudomembrana pulmonis veluti saccum referebat apud MORGAGNI l. c. Ep. XX. Art. 47. STOLL op. c. Vol. II.

ram, aut inter illas et pulmonis superficiem, lobosque, saepe materies purulenta, veluti in saccis, colligitur. Simulatur inde abscessus; simulatur, inquam, nam hujus generis collectiones purulentas neutiquam ad legitimos abscessus pertinere, ex eo, cognoscitur, quod, nullam substantiae, sive pleurae, sive pulmonum erosionem sociam habent⁷⁰⁾. Non desiderantur vero exempla, nec rara admodum⁷¹⁾, legitimorum abscessuum pulmonum. Detinent hae vomicae plerumque lobos pulmonum inferiores⁷²⁾ et quidem in parte posteriore et laterali⁷³⁾. Verum et in superiori deteximus. Vomicae pulmonum sunt variae magnitudinis ac diametros habent a dimidio saepe ad tres pollices et ultra. Utplurimum

70) „Hunc saccum inter ac pulmonem non raro plurimum purulentae colligitur materiae; quae, primo quidem intuitu, abscessum pulmonis amplissimum mentitur; sed attentius ab hoc ipso abstersa, visceris superficiem *intuctam* prorsus ostendit.“ J. P. FRANK l. c. p. 132.

71) Quamvis enim persuasus sim medicos saepe pseudo-abscessus pro legitimis vomicis habuisse, attamen neutiquam conveniam cum LAENNECIO dicente (l. c. p. 164.): „*il n'y a pas de lesion organique plus rare qu'une véritable collection de pus dans le tissu pulmonaire.*“

72) „*Les parties inferieures du poumon sont le lieu qu'occupe le plus ordinairement la pèripneumonie.*“ LAENNEC l. c. p. 167.

73) J. P. FRANK l. c. p. 134.

num ovi formam exhibent. Dum integrae sunt, liquidum continent aut album, aut flavum, cinereum, viridescens, et aliquando foetidum: dum rumpuntur hoc liquidum colorem induit plus minus rubrum. Plures rami bronchiales in cavum vomicae aperiuntur, sicque communicationem cum vicinis et contiguis ramis constituunt. Rami arteriae et venarum pulmonalium, vomicam superascendentes, contracti observantur, et aliquando fibrosa materia oclusi, qualis materia et extremitates vasorum sanguiferorum in vomicae cavitatem desinentes obturat. Pars pulmonum vomicae contigua, detegitur inflammata, et plus minus aëri, per tracheam inflato, resistens. Parenchyma pulmonis lymphâ coagulabili, aliquando brunea ⁷⁴⁾, repletur, quae, per compressionem ex eo, ut aqua ex spongia exprimi potest. In minori tamen mali gradu parenchyma adhuc crepitat, ac structuram suam alveolatam retinet. Alias inflammatio substantiam pulmonis adeo compactam reddit, ut si frustulum illius

anato-

74) A. 1818. die 18. Martii cadaver viri 60. annorum aperui, qui sub curriculo peripneumoniae, qua, die morbi octava, obierat, sputa veluti *cioccolata* eaque foetida rejiciebat. Pulmo sinister erat friabilis, ac parenchyma illius lymphâ cruenta, sputis simili, repletum. Pseudomembranae superficiem ejusdem pulmonis cum pleura conjungebant. Bronchiorum superficies interna colore ex rubro livido notata erat. Cystis fellea calculos continebat.

anatomico expertissimo exhiberes, illud hepatis⁷⁵⁾ partem sistere, jure jurando affirmaret. Non mirum, si pulmo ita constitutus, amissa structura cellulari⁷⁶⁾ eaque granosa assumpta, pondere augeatur⁷⁷⁾ et aquae impositus ad fundum vasis cadat⁷⁸⁾. Reperiuntur inflammatio et ejusdem sequelae nunc in utroque, nunc in alterutro pulmone⁷⁹⁾; quo ultimo in casu, saepe quidem, at non semper, latus in cadavere affectum, illi vigente morbo dolenti, respondet. Pulmonis alterutri

- 75) *Poumon hépatisé. Poumon carnifié.* PORTAL l. c. p. 72. Talem pulmonum statum etiam sine inflammatione obvenire posse, immerito, ut reor, contendit quis medicorum in *the Edinb. med. and surgical Journ.* 1807. Vol. 3. Cfr. ib. 1809. Vol. 5.
- 76) Solum pulmo, cujus parenchyma inflammatum et compactum est, fundum vasis petit; secus autem ille, cujus inflammatio solam superficiem, pleuram scilicet costalem attingeret. STOLL op. c. Vol. I.
- 77) „*Un des caractères physiques de l'induration des poumons est l'augmentation de leurs poids, qui, de sept à huit onces, s'élève jusqu'à quatre livres et plus dans les pneumonies très intenses.*“ (PINEL et BRIGUETAN in *Dict. des sc. méd.* Vol. XLIII. p. 426).
- 78) HALLER opusc. pathol. p. 32. MORGAGNI Epist. VII. 4. 9. Epist. XIII. 3. Epist. XVI. Epist. XIX. 58. Epist. XXI. 27.
- 79) Unum tantum pulmonis lobum inflammatum invenerunt JOUBERT tract. de affect. thorac. C. 7. p. 355. ROLFINK Epit. affect. partic. L. II. p. I. C. 4. p. 133. SENNERT med. pract. L. II. P. II. C. 3. SCHENK L. II. Obs. med. de peripn. Obs. 33.

matris pulmonis, vel pleurae obvenit⁸⁴). De pleurae solitariâ inflammatione plurimi quoque testantur⁸⁵); ast, et aliorum observationes⁸⁶), et nostrae docent, in cadaveribus peripneumonicorum, pleuram *costalem*, rarissime, quin et pulmo aut bronchia simul phlogosi correpta sint, inflammata esse. Pleuram, inquam, *costalem*, nam pleuram, quae pulmones obducit, pluries roseo, veluti erysipelaceo⁸⁷), colore notatam inve-

84) J. P. FRANK l. c. BADHAM l. c. saepe et ego.

85) Solam pleuram in cadaveribus inflammata inveniunt DIEMERBROEK l. c. p. 447. RIVERIUS L. VII. C. 2. RIOLANUS Anthropologia L. III. C. 5. BONAE anat. pract. L. II. Sect. 4. p. 498.

86) WELSCHIUS (CONS. et curat. Dec. I. C. I.) scribit de Archiatro Romano *Servio*, quod gloriatus fuerit, se plus quam trecentos in nosocomio ad spiritum sanctum pleuritide defunctos disseccasse, et semper alterutrum pulmonis latus inflammatum invenisse, *membrana pleura*, ait, *vel leviter inflammata*. — LIEUTAUD, inquit: „inter innumeros inflammatione pectoris sublatis, quos secandos curavi, binos dumtaxat genuina pleuritide affectos reperii.“ Idem fatetur SARCOLE, PORTAL, J. P. FRANK l. c. qui ait: . . . „centenorum inquisitio cadaverum nos docuit, quod jam a magno nominis scriptoribus animadversum fuit, *in paucissimis*, qui ex pleuritide aut pleuro-pneumonia cum singulis aliis decubuerant, inflammationis *sedem ad ipsam pleuram haesisse*; vix autem non omnibus, sine pleura pulmones inflammatos fuisse.“

87) MORCAONIUS (Epist. XX. N. 12) pulmonis inflammationem in *rubore fugace* aliquando consistere non

invenimus. Frequentissima est simultanea inflammatio pleurae tum costalis, tum pulmonalis parenchymatis pulmonis et bronchiorum. Rara quidem, at tum aliis, tum nobis ipsis visa est *gangraena* pulmonis⁸⁸⁾ et pleurae⁸⁹⁾, ab *ecchymomatibus* sedulo distinguenda. Praesente enim *gangraena*, substantia nigra pulmonis flaccida friabilisque est, ac saniem foetidam largitur. *Ecchymoma* vero sanguinem in textum pulmonis extravasatum⁹⁰⁾ refert. Ecchymomata haec duplicis sunt generis, alia subnigra, postque mortem orta (dum scilicet cruor sub horizontali cadaveris positione ob proprium pondus in partibus

negat, quando nimirum est de genere *legitimi erysipelatis*. HAENIUS quoque eandem sententiam tuetur (P. IX. C. IV. p. 125.), cum inflammatos quidem pulmonum infimos lobos observavit, non tamen, ut in reliquis peripneumoniis, *duros*.

88) BLANCARD Anat. pract. rar. Cent. I. Obs. 67. p. 149. LIEUTAUD op. c. Obs. 297—325. T. II. p. 93. WATSON in *Medic. observat. by a Soc. of London. Vol. IV.* LAENNEC l. c. p. 181.

89) Pleurae gangraena correptae exemplum refert LIEUTAUD Hist. anat. med. Obs. 741. 742. Adfectus erat et pulmo.

90) Sanguinem pluries in parenchyma pulmonis extravasatum conspexi; conspexerunt HALLER (opusc. patholog. p. 28.), CULLEN (*First lines of the pract. of phys. 1. Vol. §. 338*). REIL l. c. p. 469. et memorab. clin. Vol. II. Fasc. p. 127.

tibus posterioribus pulmonis colligitur ⁹¹⁾), alia rubra ex vi inflammationis producta ⁹²⁾. Enimvero et arteriae et venae pulmonis et bronchiorum universalis incendii participes fieri solent. Atrium cordis dextrum saepe cruore turget ac concreciones 'polyposas' ⁹³⁾ continet. Vena cava ascendens et hepar ut plurimum sanguine turgent ⁹⁴⁾. In intestinis vermes detecti fuere ⁹⁵⁾. Encephalum et specus vertebralis saepe congeries cruentas atque interdum serum extravasatum exhibuit ⁹⁶⁾. Referente REILIO ⁹⁷⁾ nec nervi vagi inflammationis expertes sunt.

§. XXXIII.

91) MORGAGNI Epist. LII. Art. 34.

92) BAILLIE op. e. vers. SOEMMERRINGII Not. 77.

93) VORSTER l. c.

94) „Maximam in letalibus peripneumoniis vasorum abdominalium, hepatis imprimis, repletionem frequenter deteximus: ut ex quacunq̄ue in hoc ipsum facta incisione, copiosus mox sanguis proflueret, ac mesenterium ac intestina vasa undique cruore distenta ostenderet.“ J. P. FRANK l. c. p. 129.

95) QUERCETANUS. Pharmacop. restit. Cap. 7.

96) „..... on trouve fréquemment le cerveau plus ou moins engorgé de sang, et même quelquefois aussi la moelle épinière dans des sujets qui ont éprouvé pendant la maladie la résolution des extrémités supérieures et inférieures, dont l'anatomiste BERTIN a cité quelques exemples. J'ai aussi trouvé de l'eau épanché dans le cerveau et dans le crâne, ainsi que dans le canal vertébral de quelques sujets qui avoient éprouvé l'inflammation du poulmon la mieux marquée, et par les symptômes de la

§. XXXIII.

C a n s s a e.

1. Peripneumoniae nullo non tempore infe-
stant⁹⁸⁾; praesertim hyeme⁹⁹⁾ et vere¹⁰⁰⁾, po-
tissi-
Prædis-
ponentes.

maladie et par le resultat de l'ouverture du corps."

PORTAL l. c. p. 71. Cfr. CAHAGAN v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. B. p. 561.

97) *Fieberlehre* l. c. §. 185. p. 484.

98) Peripneumonias aestivo tempore raro obvenire, ex dissertatione TRILLERI de pleuritide aestiva rarius occurrente. Viteb. 1752. (Opusc. med. Vol. I. N. 3.) concluderes; ast observationes meae contrarium docent. Habui enim sat frequenter tum in Insubria, tum in Austria, tum in Lithuania peripneumonias aestivo tempore curandas.

99) HIPPOCRATES morbos hybernos recensens pleuritidum mentionem injecit (Aphor. 23. Sect. 3. edit. CHARTER T. IX. p. 118.) monetque hyeme pleuritides et peripneumonias maxime fieri et quidem vehementissimas (de affect. C. 3. edit. CHARTERI. T. VII. p. 621). Consentit ARETAEUS (de caus. et signis morborum acutorum. L. I. C. X. p. 9). Sicque res in climatibus calidioribus se habet, ut ipse in Insubria edoctus sum. Secus autem in climatibus frigidis. Vilnae enim peripneumonias sub maximo gelu raro videre contigit. Rigidissima fuit hyems a. 1812; tamen nequidem in fugitivo Napoleontis exercitu, intemperiei atmosphaerae omnino exposito, obveniebant peripneumoniae.

100) Jam SYDENHAM monuerat, pleuritides inprimis illa parte anni, „quae inter ver atque aestatem ambigens utriusque quasi fabula est“ conspicit. Accedit et SWIE-

tissimum dum sudum est coelum, mercurius in barometro alte elevatus, flante septentrione et borea. Saepissime vero *occulti quid* in atmosphaera est ¹⁾, praesertim si agatur de peripneumoniis epidemicis ²⁾. Peripneumoniae parcent
non

TEN (l. c. §. 879.). Ego etiam peripneumonias tum in Austria, tum in Lithuania tempore inprimis vernali epidemice grassantes observavi.

- 1) Vanum est, originem peripneumoniarum solum ductibus barometro ac thermometro explicare velle. Enimvero sicuti oculus non mordet sua lachryma, sicuti urina non vellicat vesicam suam, ita etiam aer densus et frigidus per se non laedit pulmones. Unde SWIETEN sapienter ait (l. c. §. 881.): „observatio fidelis docuit, nasci et pleuritides, multosque homines affligere eodem tempore, licet *nulla causa* noscitur, cui morbi origo tribui possit.“ Jam SYDENHAM (Sect. V. C. 5. p. 305.) mirabatur, quod febres epidemicae nunc caput affligerent, alio tempore intestina et dysenteriam facerent, alio iterum tempore *pleuram potius et pulmones invaderent*.
- 2) Saeculum XVI hoc sub respectu fatale fuit. (SPRENGEL *Versuch e. pragmatischen Geschichte d. Arzneyk.* 3. Th. 2. Aufl. p. 107). Legantur de peripneumoniarum epidemiis NIC. MASSA de febre pestilentiali. Tr. III. C. 3. f. 62. Venet. 1556. ALOYS. MUADELLAE epist. 16. p. 134. Basil. 1543. DUNUS Epist. med. f. 4. fig. 1592. et Miscel. med. C. 10. S. 130. GESNER epist. L. I. f. 46. DODONAEUS med. observ. exempl. rar. C. 21. p. 55. SCHENK L. VI. p. 777. WYER Obs. med. rar. p. 56. ANTON. TOSSIO Lib. de epidemica Gualdensi peripneumonia. An. 1611. BARONIUS de pleuro-

non aetati; homines tamen mediae aetatis saepius quam pueros ³⁾ et senes ⁴⁾ invadunt: non sexui;

peripneumonia a. 1633. Flaminiam infestante. SYDENHAM Opp. BOUILLET *Mém. sur les péripneumonies épidémiques. Besiers 1759.* MORGAONI op. c. Ep. XXI. Art. 28. STRACK l. c. CLEGHORN *Obs. on the epidem. d seases in Minorca.*

3) MONUerat HIPPOCRATES (Coac. praenot. N. 512. Edit. CHARTER T. VIII. p. 882.), peripneumoniam et pleuritidem non fieri ante pubertatem. Mitigat prudenter istam sententiam SWIETEN (l. c. §. 879.) dicens: „interim tamen quandoque, licet rarius et junioribus hic morbus contingit.“ At necdum satis. Quamvis peripneumoniae frequentissime in aetate media observentur, attamen illas etiam ad morbos puerorum, infantum, quin immo et *recens natorum* revoco. Pulchre id demonstravit ANDREAS LOBENWEIN in Programmate suo de *peripneumonia recens natorum.* (In *Pamiętnikach Towarzystwa C. Lekarskiego Wilenskiego. T. I. Wilno 1818. N. IV. p. 118*). Jure scriptoribus de morbis infantum LOBENWEIN objicit, illos nimis obiter peripneumoniaram, huic vitae periodo propriarum, mentionem injicere. Fit inde, ut medici inexperti, quorum mens doctrinâ asthmatis Millari, hydrocephali acuti obruta est, evidentissimas cacterum peripneumonias praetervideant, et scribant: *von Lungenvereiterung mit täuschenden (!) Symptomen der hitzigen Hirnhöhlen-Wassersucht.* (HUFELAND's *Journ.* 1820. Dec. p. 5). Inter centenos infantes, quos peripneumoniâ laborantes curavi, nunquam illius pusionis obliviscar, qui *primo a partu nycthemero* in saevam pneumonitidem incidit, quam hirudinibus, venis braehii adnotis, aliisque antiphlogisticis fugavi. Nil mi-

sexui; at viros potius, quam feminas⁵⁾ aggrediuntur: non conditioni; sed rusticos, pistoros, vitriarios, fabros ferrarios, aurigas, veredarios, bajulos⁶⁾ potius, quam urbium superioris ordinis in-

rum, quod pulmones recens natorum, eo ipso momento, quo primum imperio simultaneo et aëris et cruoris exponuntur, veluti oculi inopinate luci expositi, inflammationis praeda fiunt.

- 4) ARETAEUS (op. c. L. I. C. 10. p. 9.) crediderat, senes imprimis pleuritidi obnoxias esse. Ac re quidem vera, peripneumoniis epidemice grassantibus, illos prae caeteris laborasse observavi. Vere an. 1817. uno eodemque tempore tres senes peripneumonia affecti in clinico meo decumbabant, quorum computatae aetates annos 225 efformabant.
- 5) Notaverat AURELIANUS (l. c. C. 13.), maribus frequentiore quam feminis esse peripneumoniam. Testatur autem TRILLERUS (de pleuritide p. 4.), feminas pejus affici, quam viros, si hoc morbo corripiantur. AURELIANI sententiae subscribo, si agatur de adultis; inter infantes enim ambo sexus, aequali prorsus ratione, peripneumoniis obnoxii sunt. Peripneumoniae mihi praecipue in *lotricibus*, *coquis* et *nutricibus* obvenerunt. De his ait BALLONIUS (Epid. et Ephem. L. I. Edit. Genev. p. 69.): „Quum *nutrices* fiunt pleuriticae, graviter aegrotant et magna dyspnoea tenentur: idque fieri puto, quoniam et mammae attrahunt et ad eas impetu humor fertur.“
- 6) Pulchre ait SYDENHAM, quod peripneumonia aggreditur „rusticos et duro jam fractos membra labore.“ (Sect. VI. C. 3.). Contendit STOLL, opifices, vitam sedentariam ducentes, e. c. sartores, textores, utpote congestionibus sanguinis circa pulmones obnoxios,

incolas,prehendunt: non temperamento; verum plethoricos et robustos potius, quam laxos⁷⁾, acidumque eructantes⁸⁾ infestant: non regioni, sed paludosis⁹⁾ potius, quam reliquis addictae sunt.

2. *Excitant* peripneumonias vulnera et ^{Excitan-} contusiones pectoris¹⁰⁾, imprimis cum fractura^{tes.} costa-

etiam ad peripneumonias dispositos esse, — ast assertio ista neutiquam mea confirmatur experientia.

7) Solidarum enim partium firmum robur huic morbo favere, colligi etiam potest ex illis, quae apud HIPPOCRATEM in libro de aëre, locis et aquis (CHARTER T. VI. p. 19.) habentur. Notat enim, homines, qui incolunt urbes septentrioni oppositas, robusta et sicca habere corpora, sed et pleuritidi obnoxios vivere: contra vero illos, qui civitates austro oppositas habitant, imbecilliora plerumque corpora habere, sed et raro pleuritide corripri. — Et SYDENHAM ait (l. c.), hunc morbum prae caeteris *temperamento sanguineo* infensum esse. Fatetur TRILLER (l. c. p. 3.) se in macilentis et siccis corporibus frequentius pleuritidem observasse, quam in obesis et humidis.

8) „Qui acidum eructant, raro pleuritici fiunt.“ HIPPOCRATES Aphor. Sect. VI. N. 33. CHARTER T. IX. p. 269.

9) HIPPOCRATES (in libro de aëre, locis et aquis) peripneumonias in *locis paludosis* frequentissimas esse contendit; — ac re quidem vera nullibi tot tantaque specimina hujus morbi eaque terribilia vidi, quam *Ticin*, inter rusticos, agros, culturae oryzae dicatos, inhabitantes.

10) STOLL ratio medendi P. VII. p. 93. Acta mea clinica. An. I. p. 88.

costarum ¹¹⁾, interdum quoque violentiae partibus dissitis ¹²⁾ illatae; operationes chirurgicae, imprimis amputationes ¹³⁾, nisus in ponderibus elevandis ¹⁴⁾, inspiratio vaporum arsenici ¹⁵⁾, acidi muriatici, tum simplicis ¹⁶⁾, tum oxygenati ¹⁷⁾,

sul-

11) Plurima exempla mea praxis suppeditat et luculentissimum describit WILKINSON in *Lond. med. Journ. Vol. XI. P. II. p. 125. v. Abh. f. pr. Aerzte. 13. B. p. 591. Cfr. PETIT Traité des malad. chirurg. Vol. I. p. 84.*

12) „On a de plus remarqué que de coups violents sur les parties les plus éloignées de la poitrine l'avoient (la péricapnemonie) aussi déterminée.“ PORTAL *Cours d'anat. méd. T. V. p. 72. Cfr. LIEUTAUD hist. anat. T. I. p. 464.*

13) „L'amputation de membres affectés de diverses maladies chirurgicales produit souvent des pneumonies, et surtout des pneumonies latentes, ainsi que l'un de nous a été à même d'observer à l'Hôtel-Dieu de Paris où l'on pratique un grand nombre d'opérations chirurgicales.“ *Dict. de sc. méd. art. Pneumonie p. 387.*

14) Vidi a. 1794. in clinico Ticinensi bajulum, qui post gestationem centum saccorum oryzae, quorum unum incongruè dorso imposuerat, sensum crepitationis in cavo pectoris expertus est, subsequente illico peripneumonia, ex qua tamen convaluit.

15) Sic docet exemplum TACHENII (Hippocrates chem. C. 21. p. 149.), quod SWIETEN (l. c. §. 824.) enarrat.

16) SWIETEN l. c.

17) Dum an. 1801. subfumigia ex acido muriatico oxygenato in nosocomio universali civico Vindobonensi, scopo contagium typhi extinguendi, introduxeram; femina, custodis aegrorum officium gerens, in sufflu-

sulphuris *) et exhalationum Vesuvii ¹⁸⁾; — corpora peregrina pulmonibus illapsa ¹⁹⁾; aër nocturnus ²⁰⁾, ventus frigidus corpus exaestuatum, prae-

miglo illo parando, sine debitis cautelis, intenta, extemplo in peripneumoniam, cum saeva pneumorrhagia, inciderat.

*) Oenopolas, dum dolia, ut vina a fermentatione praeserventur, sulphuris vapore replent, in peripneumoniam incidere, SWIETEN exemplo confirmat (l. c. §. 824. p. 715). Vidi Ticini ancillam, quae cum tibialia sericca recenter lavata, ut candida evadrent, super carbones accensos, quibus sulphur inspersum erat, teneret, in peripneumoniam sputo copioso cruento stipatam, incidit.

18) VIVENZI in Epist. ad HALLERUM Script. IV.

19) e. c. pulvis lapidum a lapicida cum aëre attractus (DIMERBROECK l. c. p. 306.); ossiculum devoratum (SALMUTH Cent. I. Obs. 85.), spica deglutita (RENAUDOT spicilegium seu historia medica mirabilis spicae gramineae extractae e latere aegri pleuristici, qui eam ante menses septem incaute devoraverat. Paris). Vidi die 1. Jul. 1794. in nosocomio Ticinensi senem, tussi, dolore pectoris punctorio caeterisque symptomatibus peripneumoniae laborantem, qui de causa morbi interrogatus retulit, se optime valuisse, dum in campis frumentum messisset et tunc spiculam seu glumam cum arista fortuito deglutisset, quae se profunde in fauces infixit et enarratis malis ansam porrexit. Peripneumoniae exemplum a frustulis amygdalae refert DEGRANGES (in *Journ. général de médec.* T. XXXVIII. p. 37. 113. 225).

20) DODONAEUS ait (l. c.): „nulli autem citius aut gra-

praesertim praeviis sermone ²¹⁾, cantu, clamore, tubarum tractatione, lucta, cursu, gravioribus laboribus ²²⁾, allidens; equitatio vento obviam flante; haustus aquae glacialis sub aestu ingestus ²³⁾, vestium levitas ²⁴⁾, aestus solis ²⁵⁾,
 potus

vius (a pleuritide) affecti, quam qui hora una aut saltem post *solis occasum* aëri sese exposuerunt.“

21) Act. Nat. Cur. Vol. IV. Obs. 94. *Commerc. lit. Norimb.* 1739. p. 29.

22) „Hinc tot rustici, bajuli et similes homines talibus morbis pereunt, quod a valido labore aestuantes nudo fere corpore quiescant et gratam adeo auram frigidinsculam captent.“ SWIETEN l. c. §. 881. p. 16. Imo SYDENHAM putabat, plures homines ab hac causa perire, quam peste, gladio et fame. (Sect. VI. C. I.).

23) Medicus non datur, qui ex hac causa peripneumonias non viderit. Celebrata sunt exempla a RIVERO Obs. 14. DIEMERBROECKIO (l. c. p. 309.) et SWIETENIO (l. c.) collecta. Jam HIPPOCRATES dixerat: „Frigida veluti nix et glacies, pectori inimica, ruses movent, venarum repletiones et destillationem efficiunt.“ Sect. V. Aph. 24.

24) Communissima omnium causa, praesertim in regionibus temperaturae repentinis mutationibus insignitis, ut VINDOBONAE, PETROPOLI etc. Quare STOLL et PATER meus nunquam domum sub calidissima licet temperie derelinquebant, quin vestes veluti hyemales in promptu secum habuerint.

25) Messis tempore et in exercitiis sub ardente sole iter instituentibus peripneumonias observavi. v. Acta mea clinica. Ann. II. p. 5.

potus cerevisiae²⁶⁾, vini²⁷⁾, punch²⁸⁾, musti²⁹⁾; largior pastus post inediam³⁰⁾, risus³¹⁾, ira³²⁾, contagium³³⁾ morbillorum³⁴⁾, scarlatinae³⁵⁾, variolarum³⁶⁾ et typhi³⁷⁾; erysipelatis faciei³⁸⁾,
croup

26) FELDNER Pleuritis letalis a frigidiore cerevisiae hor-
daceae potu, in viro, qui paulo ante cura lactis erat
usus. v. Miscel. Acad. Nat. Cur. Dec. I. a. 2. p. 384.

27) WILLIS Pharm. rat. Sect. I. Cap. 9. p. 103. SCHENK
obs. med. Lib. II. p. 248. HORST Lib. III. Obs. 10.
FORESTUS Lib. XVI. Obs. 3.

28) Inter plurima mala ex hoc potu, subsequente refri-
gerio orta, peripneumonias maxime recenseo.

29) ZACUTUS LUSITANUS, Prae. admir. Lib. I. Obs. 85.
p. 205.

30) BURGRAF in Act. Acad. N. Cur. Vol. 6. p. 442.

31) BARTHOLINUS Act. Hafn. Vol. II. Obs. 85. p. 205.

32) „Praeceptis atque acerba iracundia cor et pulmonem in-
sese, et ad caput calorem et humorem trahit.“ HIP-
POCRATES VI. Epid. C. 5. Cfr. ZACUT. LUSIT. Op.
c. Lib. II. Cap. 3.

33) MARET sur la qualité contagieuse de quelques espèces
de fluxions de poitrine. Nouv. mém. de Dijon. a. 1784.
Semestr. 2. p. 1.

34) SYDENHAM Opusc. p. 347. BIERLING Advers. Vol.
I. p. 119. COSCHWITZ diss. de morbillis cum pur-
pura alba et peripneumonia complicatis. Hal. 1772.
REIL Memor. clin. Vol. I. Fasc. II. p. 11. Cfr. praes.
operis. P. I. Vol. II. C. XII. §. LV. 2.

35) Praes. op. l. c. C. XI. §. XLIX. 3.

36) C. XIV. §. LXV. 2. 5.

37) Symptomata catarrhalia, quibus typhus saepe ingruit,
(P. I. Vol. I. C. IV. §. XLIX. I.) aliquando ita invale-
seunt, ut praesentia peripneumoniae admitti possit,

croup ad pectus propagatio³⁹⁾, podagrae impedita evolutio⁴⁰⁾; psora⁴¹⁾, herpes⁴²⁾, ut dicunt, retro pulsus; tumores evanescentes⁴³⁾, ulcera inveterata incaute consolidata⁴⁴⁾, dysenteriae⁴⁵⁾, evacuationes habituales, praesertim haemorrhoides⁴⁶⁾, cohibitae⁴⁷⁾, saburrae et vermes, bilis⁴⁸⁾,

quae aliunde ex autopsia cadaverum typho demortuorum, utpote interdum extravasatum, tum serosum, tum cruentum puriforme in cavitate pectoris exhibentium (l. c. 10.), confirmatur. Plurima de hoc argumento infra §. XXXIV. N. 23. tradentur.

38) P. I. Vol. II. C. VI. §. XXVI. 7. et XXIX. 1. Cfr. PLANCHON in *Journ. de méd. T. XLVI.* p. 24.

39) Cap. III. §. X. N. 1. (11).

40) BIERLING *Advers.* T. I. p. 53. MUSGRAVE de arthritide anomala Cap. 11.

41) FAVARELLE *Placial tableau etc. Obs.* 27.

42) AASKOW *Act. soc. med. Hafn.* T. I. p. 205. GARDANE *Gazette de Santé* 1773. p. 28.

43) BIERLING *Medicus* p. 525. BANG in *Act. reg. soc. med. Hafn.* Vol. II. p. 274.

44) *Eph. N. Cur.* Dec. III. An. 4. Obs. 43. An. 5 et 6.

Obs. 286. RIEDLIN *Cent. II.* Obs. 77. FABRICIUS HILDANUS *Cent. III.* Obs. 39. RANOE in *Act. reg.*

soc. med. Havn. Vol. I. p. 459.

45) SENNERTUS *Prax.* L. II. P. II. C. 16. p. 228.

46) Ajebat quidem HIPPOCRATES: „qui haemorrhoides habent, illi nec pleuritide nec peripneumonia etc. corripuntur.“ (De tumoribus textu XXVI. CHARACTER T. VIII. p. 576). Testatur vero GALENUS, se a suppressis haemorrhoidibus vidisse multos pleuritide correptos (Comment. III. in lib. HIPPOCR. de alimento

lis 48), vomitorium tempore catameniorum porrectum 49), et pharmaca calefacientia 50).

3. Quaevis schola circa causam proximam C. Proxi-peripneumoniatarum suas hypotheses jactabat. ^{ma.} -

Quaerebatur modo in resina, quae generatur ex chao, in quo decocta est stella et minera auri-pigmenti 51); modo in spina pleuritica, acido videlicet hostili, pleurae et intercostalibus locis infixo 52), modo in mechanismo venae azygae 53), modo in materia inflammatoria vasis pulmonis impacta 54), modo in actione istorum vasorum aucta

CHARTER T. VI. p. 271. Vidi ex hac causa potius pneumonias ortas, aut saltem vidi suppressas haemorrhoides ad hunc morbum disposuisse.

47) e. c. haemorrhagiae (Commerc. Lit. Norimb. 1735. p. 14. 1739. p. 29.) lac (S. G. VOGEL *Beobachtungen*. N. 17.), blennorrhoeae urethralis (FORCADE in *Annales de Montpellier*. T. VII. Teor. N. 4.).

48) Cfr. §. XXXIV. N. 20.

49) MÖHRING in Act. acad. Nat. Cur. Vol. 4. p. 344.

50) SYDENHAM (opusc. p. 330.) jam monuerat methodum calefacientem in variis febribus adhibitam peripneumonias gignere; quod ipse temporibus, ubi nefandae methodo Brunonis addictus fueram, expertus sum.

51) PARACELsus tract. de morb. metal. C. 14.

52) HELMONTIUS Opp. capitulum, quod inscribitur: pleura furens p. 217.

53) LOESCHER Diss. de mechanismo venae azygae pleuritiidis causa. Viteb. 1724.

54) BOERHAAVE Aphor. v. SWIETEN Comment. §. 382. 3. §. 875.

aucta et spasmō⁵⁵⁾, modo sanguinis in vasa capillaria effusione⁵⁶⁾ etc. Scriptores prudentia excellentes futilem istam disquisitionem jure evitarunt.

§. XXXIV.

D i a g n o s i s.

Examen
aegri.

1. Medicus si narratori morbi attentas praebeat aures, si aegrotum denudato, inter decentiae limites, collo, pectore et abdomine¹ examinet; si respirationis, maxime inspirationis, jussu profunde institutae, item decubitus, tussis, sputorum, febris loquendique modi, rationem habeat, sique, dum agitur de pusione, illum vicissim undequaque vertat, observetque qualis situs symptomata morbi et vagitum vel adaugeat vel imminuat, numque unum thoracis latus praeter alio elevet, aut potius respirationem diaphragmatis ope absolvat⁵⁷⁾, — si, inquam, medicus haec prae-

55) CULLEN l. c. §. 240. 245.

56) BROUSSAIS *Traité des phlegmasies chroniques etc.*

57) „Die Brust erhebt sich auf der Seite, in welcher die Lunge entzündet ist, bei der Inspiration nicht so hoch, als auf der andern. Sind beide Lungen entzündet, erhebt sie sich wohl gar nicht, zieht sich vielmehr ein, und das Athmen geschieht blos mit dem Unterleibe. Bey Kindern, die ihre Beschwerden nicht angeben können, ist diese Untersuchung besonders wichtig.“ VOGEL l. c. §. 4. p. 193. —

praecepta sequatur, praesentem peripneumoniam ut praetervideat, fieri haud poterit.

2. Nec credas hanc sententiam illi summo-^{Per. occult-}
rum virorum, quibus doctrinam de peripneumo-^{ta.}
niis *occultis* debemus ⁵⁸), adversari; nemo enim
illorum vocabulum *occultum* sensu adeo stricto
sumsit, ut per id morbum, assiduam examen
eludentem, designare voluerit.

3. Potest tamen confundi peripneumonia ^{Facilis}
cum aliis morbis, nempe cum *rheumatismo acuto* ^{confusio.}
musculorum intercostalium, cum *neuralgia thora-*

X 2 cica

Legi etiam meretur HUFELAND's Journ. 6. B. p. 819
— 826.

58) Debetur doctrina *peripneumoniaram occultarum*, ma-
xime BAGLIVIO (Prax. med. L. I. C. IX. §. 1.): „Pleu-
ritides frequenter sunt *occultae*, ait, quia indolentes,
unde gravissimi errores in praxi succedunt: ut hi
imposterum vitentur scopuli, *signum dabimus* latentes
et indolentes pleuritides manifestandi: fac aeger in
dextrum, vel sinistrum latus decumbat, decumbenti
impera, ut fortiter respiret, et tussiat, finita una aut
altera respiratione, pete ab illo, an inter respirandum
et tussendum dolorem aut gravedinem alicubi in
pectore persentiat; quod si affirmet, pro certo habeto
pleuritidis sedem illic esse, ubi gravedinem aut dolo-
rem indicaverit.“ Secuti sunt STOLL (Rat. med. P. VII.
p. 200. et Aphor. de febr. p. 58.), BAYLE (Op. c.
p. 336. 373.), LAENNEC (Op. c. II. Partie. Chap. 2 et
5 etc.), TODE (diss. de inflamm. pectoris chronicis.
Hafn. 1788.), REYLAND (*Von verborg. u. langwierigen*
Entzündungen p. 33.), RACINE (*Recherches sur la pleu-*
résie et la péripn. latente, chronique. Paris 1803).

cica et pleuralgia, cum pericarditide et carditide, cum licnitide, hepatitide, rhachialgitide, pneumonorrhagia, febris catarrhalibus et morbillis.

Sedes varia.

4. Confusiones istiusmodi ut evitentur, propius in peculiarem *peripneumoniarum sedem* inquirendum est. Argumentum istud omni aevo maximis ansam porrexit controversiis⁵⁹⁾, quas plurimi minoris momenti habuerunt, contendendo, quod, qualiscunque fuerit inflammationis sedes, semper eadem medendi methodus requiratur. Nil vero magis a veritate alienum, cum plurima discrimina in cura locum obtineant, prout inflammatio detineat vel membranam serosam, pleura, dictam; vel
muco-

59) Legantur de hoc argumento: BALDI disceptationes de loco affecto in pleuritide. Paris 1640. J. MANELPHI de parte affecta pleuritidis decertatio. Rom. 1642. Acc. append. ib. 1648. AETII CLETI Animadv. circa partem affectam pleuritidis. Rom. 1643. — ANT. VITAOLIANI Schol. ad Manelphicam decertationem de parte affecta pleuritidis. Rom. 1644. — Tutelaris columna, in qua statuitur, pleuritidem fieri, dum una pulmonis ala afficitur, rationum Hippocratisque stabilita tutela auct. JUL. CAES. BENEDICTO 1644. MORGAGNI op. c. Ep. XX et XXI. Comment. Bononiens. T. I. p. 153. NICOLAI's Pathologie. 3. B. S. Kap. §. 189—195. p. 41. LABAND de locis in pleuritide affectis p. 27. 31. 35. — SARCONE op. c. BALDINOER in variis programmatis in GRUNERI delcct. diss. med. Jenens Vol. I. recus. — TISSOT in BALDINGER's med. Journ. 23. St. p. 23. VOGEL op. c. p. 249 etc.

mucosam illam, quae bronchia investit; vel vasa sanguinea, quae in parenchymate serpunt. Praeterea in sede peripneumoniae determinanda, non solum de *inflammatione* quatenus inflammatio agitur, sed de illius quoque *exitibus*, unde sapienter MORGAGNI: „cum si res ad suppurationem vergat, tunc saltem requiri aliam curandi rationem, si pus in pleura sit, adsitisque musculis; aliam si in pulmonibus ⁶⁰⁾.“ Est autem sedes peripneumoniarum modo in *pleura costali*, modo in *pleura pulmonali*, modo in ipso *pulmonum parenchymate*, modo in *bronchiis*, modo in *plurimis locis simul* quaerenda.

5. Peripneumonias, quarum sedes *pleura co-* **Pleuritis.**
stalis est, pleuritides ⁶¹⁾ nuncupamus. Objicitur a WELSCHIO, LIEUTAUDIO, SARCONE, PORTAL, J. P. FRANKIO aliisque, cadaverum sectiones vix unquam *solius* pleurae inflammationem exhibere. Verum id est, si quaestio exclusive de pleura costali ⁶²⁾ sit. Quid vero inde concludere licet?

Nil

60) Epist. anatom. II. N. 21.

61) GALL. *Pleurésie.* GERM. *Brustentzündung, Seitenstechen.* Ross. КОЛОШЕ ВЪ БОКУ, возпаленіе подреберной плевы. Pol. *kłocie w boku, zapalenie błony piersiowej.*

62) *Simultanea* enim pleurae costalis et pulmonalis inflammatio, illaeso caeterum pulmone, tam rara in cadaveribus non est. Observavi illam in puella sedecim-annorum die 22. Jan. 1822. ex rheumatismo acuto neglecto in clinico defuncta. Praeter abscessum am-

Nil sane aliud, praeterquam quod solius pleurae inflammatio non est letalis. Monitum hic valet SEBIZII ⁶⁵⁾: „conclusionem a mortuis in vivos non esse nimis extendendam.“ — Verum ipsae sectiones cadaverum, nisi solius pleurae inflammationem, saltem hujus inflammationis *effectum*, hydropem nempe acutum cavitatum pleurae, exhibent. Adhaesiones morbosas pleurae costalis cum pleura pulmonum, perstante hujus visceris substantia illaesa in cadaveribus hominum, quondam peripneumoniâ laborantium, modo vero, ex morbo longe alio quam pectoris defunctorum, cum aliis ⁶⁸⁾ invenimus. Porro cum peritonaei inflammatio quotidie observetur, cur de illa pleurae dubitandum foret? Immo pleura, utpote minus, quam peritonaeum, a musculis densis tecta, caussis externis inflammationum magis exposita est ⁶⁹⁾. Postremo, concessâ inflammacione

plissimum, musculos gastrocnemios et soleos depascentem, pleuram costalem obscuro rubore obductam, pulmonalem vero laete rubentem et pseudomembranulis obsessam inveni. Pulmonis substantia sanissima erat.

65) Exercit. patholog.

68) LIEUTAUD adhaesiones inter pleuram costalem et pulmonalem adeo saepe detexit, ut illas pro *normalibus* habuerit, cui opinioni, rite monente PORTALIO (*Cours d'anat. méd. T. V. p. 21.*), nemo subscripturus est.

69) Ait HIPPOCRATES: „Latus est pars debilis, reli-

tione musculorum intercostalium, quam nemo negabit, et inflammationis ad contiguam pleuram transitus concedendus est, et vice versa 70).

— Utinam vero tam facile foret, *signa pleuritidis* tradere, quam illius existentiam demonstrare. Neutiquam enim illis assentiri possumus, qui *pulsus durum* 71), *laterisque dolorem punctorium* 72) pro certis pleuritidis signis habuerant; ex WELSCHII enim, LIÉUTAUDII, PORTALII, J. P.

FRAN-

quo corpore natura carne demudatior, nihilque inest, quod renitatur, nisi cavitas.“ De morbis Lib. I.

70) Audiatur GALENUS: „Intercostalibus musculis internis inflammatis membranam pariter cum ipsis inflammari necesse est. Veluti rursus ubi ipsa (scilicet pleura) aliquando *primario affectu* infestatur, intercostalium musculorum partes internae similiter ei *consentunt*.“ (De locis affectis. C. 3.).

71) „Si vis cognoscere pleuritidem, praecipuam curam in natura pulsus cognoscendo reponito, *pulsus durities est signum fere infallibile omnium pleuritidum*.“ BAGLIVI l. c. §. 1.

72) „..... haec (pleuritis) quidem habet *inseparabilia symptomata*, febrem acutam, *dolorem* ac si *loca* (affecta) *distraherentur* vel *pungerentur*.“ GALENI (De locis affectis L. V. C. 3. CHARTER T. VII. p. 488). Simili etiam definitione usi sunt ARETAEUS (De causis et signis morborum acutorum. L. I C. 10. p. 8.), AEGINETA (L. III. C. 23. p. 40.), TRALLIANUS (L. VI. C. 1. p. 266.) etc. Ait SWIETEN: „Bina ergo haec in omni pleuritide adsunt, febris acuta continua et *dolor* . . . *dolor* vero pleuriticus non est mitis et obtusus, sed *acutus et punctorius* . . .“ (l. c. §. 875.).

FRANKII et nostris observationibus, constat, alata symptomata saepe ipsius pulmonis inflammationis esse effectus. Nihilominus dum febris, pulsu duro stipata, atque dolor punctorius lateris 73) (praecipue inter sextam et septimam costam, vel etiam sub sterno 74), ad scapulas, dorsum), *in prima morbi origine* comparent, quin respirationis difficultas, loquela intersecta, tussis crebra et sputum cruentum, affectionem pulmonis ipsius adhuc indicent; dum dolor sub inspiratione (qua costae a se mutuo deducuntur, adeoque pleura distrahitur), et sub compressione fortiori augetur; dumque aeger in latus affectum decumbere nequit; — de *pleuritis* praesenti haud dubitare licet.

Distinctio plenitidis a rheumatismo acuto musculorum intercostalium. 6. *Pleuritis a rheumatismo acuto musculorum intercostalium* 76) (vulgo *pleuritis spuria* vel *falsa*, Gallis *pleurodynie* 77)) distinguitur, quod hîc, *levissimus* jam attactus lateris affecti et maxime motus brachii vel trunci, item quivis inspi-

73) Dolor pleuriticus *indiscriminatim* alterutrum latus aggredi, mense docent observationes. Saepius dextrum latus laborare viderunt SWIETEN (l. c. §. 879.) et TRILLER (l. c. p. 4).

74) Arguere tunc licet *inflammationem mediastini*. (KERSTENS Progr. de pleurite mediastini. Kil. 1784).

76) P. I. Vol. II. Cap. XLIV. §. CLXXXIV. 5.

77) „*On est convenu de réserver le nom de pleurodynie à l'inflammation des muscles de la poitrine.*“ *Dict. des sciences méd.* l. c. p. 217.

spirandi conatus, dolorem magnopere augent, ac pulmonis functio, profecto etiam morbo, plane illaesa manet.

7. A pleuritide distinguuntur *neuralgia thoracica* ⁷⁸⁾ et dolor pleurae, cui flatus et vermes ^{Distinctio pleuritidis a neuralgia thoracica et pleuralgia.} *pleuralgia* nuncupandus ⁷⁹⁾, habita ratione absentiae febris, naturae transitoriae, variabilis dolorum, nunc ad dextrum, nunc ad sinistrum latus obvenientium, modo valde remittentium, modo recrudescentium, conditionis aegri hypochondriacae, hystericae atque aetatis illius infantilis.

8. Dolore pleuritico in locis, quae *pericardio*, *lieni* et *hepatis* plus minus respondent, urgente, cavendum, ne harum partium inflammationes cum pleuritide confundas; de quo argu- ^{Distinctio pleuritidis a pericarditide, splenitide et hepaticide.}
mento

78) Cap. VII. §. XXVIII. N. 1.

79) „Plures enim cognitae sunt caussae, quae dolorem lateris faciunt, non pleuriticum tamen.“ SWIETEN I. c. §. 875. „Ita et hystericis et hypochondriacis tales laterum dolores observantur, et quidem acutissimi saepe, sed sine febre; quibus doloribus pleuritidis medela per venae sectionem validam et repentinam minime conveniret.“ Idem ibid. De flatibus dolores lateris thoracis excitantibus testantur praeter quotidianam experientiam: FIENUS de flatibus C. 7. FORESTUS L. XVI. Obs. 42. Ad vermes quod spectat, non negaverim, omnino illos interdum veram pleuritidem excitare posse, de quo argumento infra (N. 20.).

mento in capitibus de *pericarditide*, *splenitide*, *hepatitide* plura dicentur.

Distinctio
pleuritis
a rhachial-
gitide.

9. Monuimus dolorem pleuriticum interdum ad *dorsum* obvenire⁸⁰). Morbus tunc ab antiquis *pleuritis dorsalis* vocabatur. HIPPOCRATES⁸¹), ARETAEUS⁸²) (docte a PETITO⁸³) commentati) et BALLONIUS⁸⁴) hujus morbi peculiarem injecerunt mentionem. Nil vero certi ex illorum disquisitionibus erui potest. Solus enim ARETAEUS clare pleuritidem indicat⁸⁵). HIPPOCRATES contra sub *pleuritidis ad dorsum* nomine, nisi *hepatitidem*, saltem *mictum cruentum* describere videtur⁸⁶). BALLONIUS dubiis dubia addit⁸⁷). Verum inter haec ipsa dubia, lucis afful-

80) N. 3.

81) De morbis Lib. III. Cap. XV. p. 590.

82) Op. c.

83) Comment. in ARETAEUM p. 151.

84) Opp. omnia T. IV. Edit. Genev. 1762. p. 328.

85) Monuerat „per omnem continuitatem succingentis membranae dolorem protendi, quibusdam etiam ad *dorsum* et *scapulas pertingere*, huncque dorsalem pleuritidem ab antiquis vocatam fuisse.“ Op. c. L. I.

C. X. p. 8.

86) „In pleuritide ad dorsum, dolet ipsum dorsum velut ex plaga, suspirat et acervatim spirat. Statim sputat pauca, tertia aut quarta die *saniem megit subcruentam*.“

87) „*Pleuritis* ex dorso affectus est, ab HIPPOCRATE nominatus a paucis quod sciam observatus. Mihi nec unquam contigit videre, licet fere annus vertatur

affulget radius, indicans quaestionem esse de morbo

undevicesimus, quo in urbe medicinam factitavi. Erat autem mulier-gravida gerens septimestrem fere foetum, dolor erat *punctorius paullo infra duodecimam spinæ vertebrae*, dolor inquam insignis, pertinens ad regionem hepatis, febris assidua, tussis inanis, quum inflammatio fere extra thoracem esset, ut pulmo serum ab inflammatione manans apprehendere nequiret. Inter signa pathognomonica erat dolor circa dorsum, membrana affecta *non quae costis obtenditur, sed quae vertebrae cingit*. Inter signa demonstrativa erant urinae planae vinosae ac si sanguis multus eas protulisset ac tinxisset; quia enim coaescit lepar, urinae tales apparent. Terruerunt me valde, unde HIPPOCRATEM super ea re consului, num talis urinarum color in pleuritide dorsali vulgo appareret. De ea affectione ita scribit: *in pleuritide ad dorsum, dolet ipsum dorsum velut ex plaga, suspirat et acervatim spirat. Statim sputat pauca, tertio aut quarto die saniam mejit subcruentam.* Plura signa eo loci perpendens memoratu digna. Et idem HIPPOCRATES loquens de morbo dorsali, quem *πυριὰξ* vocat, et aliquid affine habet cum pleuritide dorsali, ita scripsit; *dolet dorsum et inguina, tertia et quarta die cruentam mejit urinam* (L. II. de morbis), inflammatio igitur pertinet ad partes thoracis inferiores. Et quod *urina sanguinolenta* legatur, id potest bifariam explicari, vel quod prae calore et inflammatione serum et succus urinae appareat vinolentus ob bilis mixtionem quamplurimam: vel quod rapse sanguis remisceatur, ipsi urinae facta translatione quadam ad vesicam, eodem enim modo id possumus interpretari. Inflammationes enim et phymata inflammatoria in

morbo columnae vertebralis. Istum morbum et CONRINGII⁸⁸⁾ verba indicant. Elucet denique illius

spinac partibus orta per cruentam dysenteriam, aut cruentam urinam liberari possunt: unde illud HIPPOCRATIS, distorsionem rhacheos cum difficultate spirandi sanguinis fluxus copiosus exsolvit; fluxus sanguinis vel per nares, vel per urinas, vel per alvum fieri potest (De Coacis). Atque ut de urinis istis dicam cruentis (quae ex HIPPOCRATIS prognosticis initio morbi apparentes longitudinem significant) aliud est iudicium quum apparent ad longitudinem, aliud quum ad acutiem, ut in morbo dorsali, in contorsione spinac, in pleuritide ex dorso. Atque, ut in genere dicam, numquam observavi tam cruentas bileque saturatas urinas. In eo ergo affectu, duo symptomata rara comperimus: unum est mictio cruenta: alterum difficile spirare erecto corpore, quod novum est in morbis thoracis. HIPPOCRATES in Coacis meminit cujusdam pleuritidis, in qua dorsum rubet per erysipelas a fluxu concitato per venam thoracicam, per quam fit pleuritis dorsalis, de qua hic agitur; haec a reliquis differt. Dolor est dorsi, ejulatus et spirationis oppressio: inter certa mala est, quod talis pleuriticus dum residet magis tussit et difficilius spirat, contra autem evenire deberet. Interea, quae mirati sumus in hoc morbo, fuit excretio urinae cruentae: aut sanguis erat, aut serum ejus aut nescio quid erat, quod eo effusi mixtique cum urina sanguinis opinionem fecit.“ l. c.

88) „His annis proximis in hac quoque vicinia (Helmstädt) peripneumoniae frequentes fuerunt, et in non paucis malignitatis participes et manifesto contagiosae

illius cum pleuritide similitudo et ex nostris observationibus ⁸⁹⁾. Nec mirum, propterea quod
in-

et plerumque letales, in quibus etiam hoc observare licuit: *quod praefer malum in pectore primo dolores quidam in scapulis, dorso, artubus se manifestarunt, dein rigiditas quaedam spinae et artuum impotentia ad motum, et quasi leves paralyses obrenerunt.*“ l. c. §. XVII.

89) In Dr. BENIEWSKI diss. *de rhachialgide pneumon. et praesertim pleuritidem dorsalem mentiente.* Vilnae 1821. editae, sequentes casus obveniunt. *Observatio I.* Coqua triginta annos nata, ex frigore, calefacto corpore, suscepto, in febrem incidit, cum vehemente vertebrarum dorsi, tactui refragantium, dolore, cum summa respirandi difficultate, anxietate, ponderis sensu circa sternum, torpore brachii sinistri et tussi sicca, levamen aliquod respirationis offerente. Decubitus in latus sinistrum fuit impeditus, supinus facillimus. Binae venae sectiones domi cum levamine, ad tempus solum, institutae fuere. Cum his symptomatibus, aegrâ, decima die Xbris 1820. morbi-que duodecima, in clinicum receptâ, morbus, rhachialgitis dorsalis cum affectione catarrhali, esse declaratur. Duodecim cucurbitularum scarificantium columnae vertebralis lateribus admotarum ope quindecim unciae cruoris detractae sunt, tanto cum successu, ut omnia symptomata praeter febrem, tussim, sternique levem dolorem, illico evanuerint. Exhibito decocto althaeae cum nitro febris etiam decima quarta morbi die, praegressa exacerbatione, crisin per sudorem absolvit. Exinde tussis quoque cessavit. Relictum sterni dolorem vesicatorium quoque sedavit. *Observatio II.* Viginti annorum puerpera sexta Xbris

inflammatâ medullâ spinali ad dorsum, nervo-
rum

1818. die, a felici partu vigesima, et quinta morbi, ad clinicum medicum Viluense delata est, laborans febre conspicuâ cum pulsu tamen molli, et respiratione gemebunda, câdem erecto (nisi omnino antrotrorsum flexo) trunco difficillima. Corpus in latera convertere nullo modo potuit. Loquela vix concessa erat, ponderis ad sternum sensu affligebatur, doloreque saevo a nucha ad os sacrum pertinente, et brachiorum torpore. Aderant praeterca pauca tussis cum sputis nonnullis striis sanguineis insignitis, urina copiosa et aquosa. Percussus ex artis medicorum praeceptis thorax, veluti sanus resonuit. Quum rhachialgitidem junctam affectioni catarrhali adesse appareret, cucurbitulae scarificantes sedecim lateribus columnae vertebralis appositae sunt, decocto mucilaginoso cum nitro ad usum interiorem adhibito. Cucurbitularum ope octo sanguinis uncias eductis, dolor spinae extemplo evanuit, cum eoque omnis spirandi decumbendique difficultas ac brachiorum torpor. Remansit tantum febris valde mitigata, cum tussicula, quae septima morbi die, superveniente sudore universali et sedimento puriformi in urinis, itidem cessarunt. *Observatio III.* (Dns BENIEWSKI). Pusio quatuordecim mensium, mammis adhuc admotus, in febrem incidit, cum respiratione difficillima ac gemebunda. Accitus medicus, morbum pro *croup* habens, octo linudines collo admoventi jubet, mixturam nitratam usui interno praecipiens. Vespere symptomata quodammodo remittebant, sed die secunda morbi omnia in pejus vertuntur. Praeter allata enim, eaque in majus aucta symptomata, anxietas, et corporis jactatio accesserunt. Alius deinde medicus in consilium vocatus, quum ad-

rum musculos thoracem aduentium laeditur officium, ex quo magna respirationis difficultas, cum dorsi dolore societatem iniens, oritur. Distinguitur rhachialgitis a pleuritide, quod ibi, dolor ad vertebrarum corpora obveniat, quod aeger (nisi forte antrorsum flexo corpore) difficilius sedendo, quam decumbendo respiret; quod potius oppressionem, quam dolorem pectoris accuset; quod peculiare gemitus suffocatos anhelando edat; quod impotens sit thoracem in latera movendi, quodque saepissime de brachiorum torpore conqueratur. Difficillima interea est diagnosi dum affectio catarrhalis, ut vidimus, cum rhachialgitide complicatur.

10. Sicuti blepharitis ad conjunctivam oculi propagata, blepharo-ophthalmia dicitur ⁹⁰⁾; ita ^{Pleuro-pneumonia.}

pleu-

esse catarrhum suffocativum suspicaretur, pectori vesicatorium admovei et moschum adhiberi suasit. Tertia die superveniunt convulsiones et moritur infans. Secto cadavere, larynx, trachea, bronchia, pulmones normales reperti sunt. Sed aderat sugillatio magnitudinis nucis avellanae ad nucham. Adaperto ibi specu, apparuit *inflammatio meningum medullam cervicalem involventium atque ipsius medullae*. Vasa enim sanguinea illarum partium veluti arte injecta conspiciebantur. Praeterea specus vertebralis circiter tres drachmas serii exsudati continebat. Tum demum palam factum est, pusionem, de quo agitur, vim externam libro quodam desuper in nucham illapso, expertum fuisse.

90) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XVIII. §. XCV. N. 2.

pleuritis ad pleuram pulmonalem propagata, *pleuropneumonia* ⁹¹⁾ dicenda. Hujus morbi praesentia arguitur, dum symptomata inflammationem ipsius pulmonis indicantia pleuritidi superveniunt.

Pneumonia.

11. Sunt autem symptomata *pneumoniae* febris, (cum pulsū ut plurimum molli ⁹²⁾, aliquando duro, pleno et genis ac si fuso coloratae essent)

91) A GR. Πλευρά, pleura, περί, circa, πνεύμων, pulmo. Cfr. AMMAN diss. aeger pleuroperipneumonia laborans. Basil. 1687. RUDOLPH diss. de pleuroperipneumonia. Eiford. 1721. BOURGARD diss. de pleuroperipneumonia. Argent. 1754. BAUER diss. de pleuroperipneumonia. Ingolst. 1774. BARONIUS de pleuroperipneumonia. DEPLAIGNE *Recueil d'obs. de méd. Juill.* 1757. T. 7. p. 168.

92) Difficultas, quam cruoris circuitus per pulmones inflammatos invenire debet, de *pulsu* potius in pneumonia quam in pleuritide *molli* rationem abunde reddit. Quoties enim ventriculus dexter cordis, sese difficulter a sanguine per arteriam pulmonalem liberare potest, toties minor cruoris pars ad ventriculum sinistrum a venis pulmonalibus deducitur, minorque in aortam pellitur. Congestiones sanguinis circa cor dextrum sectiones cadaverum peripneumonicorum confirmant. Quod praeterea confirmant rubor genarum et tensio hypochondrii dextri, propterea quia impedita evacuatione venae cavae descendens et ascendens in cor dextrum, aliunde congestione laborans, aliter fieri nequit, quin congestio sanguinis in venis jugularibus portarumque oriatur.

essent), *urina rubra*, *respiratio difficilis*⁹³⁾; *laboriosa*, *anhelosa* (interdum ad quadraginta vices in sexagesima horae parte cum suffocationis periculo), *loquela intersecta* (ita ut aeger difficulter et nonnisi sensim sensimque historiam morbi enarrare possit⁹⁴⁾), *dolor pectoris* (saepe paucus⁹⁵⁾), *internus*, *aestuosus*, *oppressivus*, *lancinans*;

93) Haec difficultas respirandi saepe a medico non animadvertitur, nisi ad diaphragma respiciat, quod opus respirationis plus quam thorax, utpote quem aeger elevare timet, absolvit.

94) „Omnes vero, qui hoc morbo decumbunt, dum sermocinantur, breviter et anhelationibus intersecta verba proferunt.“ J. P. FRANK l. c. p. 128.

95) Pulmonis parenchyma paucos, saltem respectu ad bronchia, accipere nervos, inter alios Ill. SOEMMERING docuit. (*Ueber d. Bau d. Lungen. Berlin 1808.*) Explicatur inde absentia doloris magni multis pneumoniis propria. Pulchre hinc ait CELSUS: „Hoc genus morbi (pneumonia) plus periculi quam doloris habet.“ (Lib. IV. C. 7.). Ex hac vero doloris absentia, ex pulsu molli, ex respiratione primo intuitu non laboriosa, accidit ut pneumonia longe frequentius pleuritide praetervideatur. Error iste (cujus in juventute mea pluries ipse particeps fui) praesertim in recenti, necdum plane evoluto morbo, locum obtinet. Cum vero solum in illa recenti periodo ab artis conaminibus quid boni jure expectare liceat, concludendum, per diagnosin nimis sero institutam aegros mori, qui alias salvari potuissent. Hortor hinc, iterumque hortor, ut quoties quis febre, *urina rubra*, *oppressione*

nans, modo lateris thoracis alterutrius, modo utriusque) exasperatus vel a tussi (ab initio sicca, dein cum sputis puriformibus, tenacibus, viscosis, spumosis, flavis, viridescentibus, saepe cruentis ⁹⁶) absoluta) vel a decubitu (hic plerumque potius in latus affectum concesso), et anxietas praecordiorum. Aërem exspiratum calidiorum esse, vulgus credit; verum potius contrarium invenimus; quod ex brevi aëris in pulmone, citius respirante, mora facile explicatur. Provectiori in morbo, thorax lege artis percussus sonum obscurum edere solet, et quidem in universo suo ambitu, si ambo pulmones inflammati fue-

aestuosa pectoris, genae alterutrius rubore et tussi cum sputis viscidis, imprimis si illa indicia cruenta exhibeant, corripitur, malum, etiamsi adpectu leve, flocci haud pendatur, illudque viriliter indicandis auxiliis aggrediatur.

96) „Qui sanguinem spumosum exspuunt, illis e pulmonibus talis fit dejectio.“ HIPPOCR. Aph. XIII. Sect. V.
 „De tous les symptômes de la peripneumonie (pneumonie) le seul qu'on puisse regarder comme pathognomonique, par ce qu'il n'existe que dans cette maladie (?), est l'expectoration de crachats d'un blanc légèrement jaunâtre ou verdâtre, un peu demi-transparent mélangés de bulles d'air qui ne peuvent s'en échapper à raison de la viscosité de cette matière, viscosité tellement tenace, que l'on peut souvent renverser le vase et le tenir longtemps dans cette position sans que les crachats, quoiqu'en grande abondance, se détachent de ses parois.“
 LAENNEC l. c. p. 170.

fuerint, alias in alterutro latere ⁹⁷). Sicuti enim ophthalmias, quae unum tantum oculum afficiunt, ab illis, quae utrumque oculum invadunt, distinguimus; ita peripneumoniam dextram, sinistramve a *duplici* distinguere oportet. Talem distinctionem et exactiorem quoque, utpote ad lobum affectum spectantem, HIPPOCRATI non latuisse, sequentia divi senis verba docent: „in
 Y 2 pul-

97) Absit interea ut dicam cum LAENNEC (l. c. p. 171.): „*la percussion de la poitrine suivant la méthode D'AUENBRUGGER, est un moyen beaucoup plus sûr (!) que l'examen des symptômes extérieurs pour reconnoître la péripneumonie à quelque époque (!!)* que ce soit de la maladie.“ — Ulterior porro observatio docebit, quid de laude, quam idem auctor tubo acustico tribuit, cogitandum sit, ubi scilicet ait: „*L'exploration par le cylindre indique l'engorgement pulmonaire dans tous les cas possibles (!),* (l. c. p. 71.):“ — „*Lorsqu'une péripneumonie se termine heureusement, le cylindre devient un moyen sûr (!!)* d'apprécier les progrès de la guérison.“ (l. c. p. 175.) „*Dans le premier degré de la péripneumonie, (§. 186.) la respiration s'étend encore dans le point affecté, mais elle est moins grande et moins sonore que dans les autres parties de la poitrine; elle est, en outre, accompagnée, dans l'inspiration surtout, d'une espèce de crépitation ou de râle léger, dont le bruit peut être comparé à celui du sel que l'on fait décrepiter en le chauffant dans une bussine.*“ (l. c. p. 172.) „*Le second et le troisième degré de la péripneumonie (§. 188 et 192.) se reconnoissent à l'absence total du murmure produit par la respiration.*“ (l. c.)

pulmonum inflammationibus, si lingua tota fiat alba et aspera, *utraq;ue pulmonis pars laborat*: quibus vero dimidia lingua, *quâ parte id apparet*, eam inflammatio affligit. Quibus ad unam claviculam dolor subit, iis *una superior pulmonis ala laborat*; quibus vero ad ambas claviculas dolor extenditur, *ambae superioris partis alae laborant*: quibus ad mediam costam, *media*; quibus vero ad quam partem pulmo extenditur dolor permeat, *inferna ala laborat*: quibus vero una tota pars laborat, quae ei parti respóndent, omnia aegrotant ⁹⁸⁾.“

Distinctio a pericarditide, carditide et pneumonorrhagia. 12. *Pneumonia* pulmonem sinistrum aut utrumque lobum anteriorem pulmonum detinens, facile cum *pericarditide* et facillime cum *carditide* confundi potest ⁹⁹⁾. Item *pneumonia* multis sputis cruentis insignita, pro *pneumonorrhagia* haberi posset.

Bronchitis. 13. *Peripneumonias*, quae praecipuam sedem in membrana mucosa *bronchia* investiente inveniunt, nomine *bronchitidis* salutamus. Hujus morbi symptomata, variis sub nominibus ¹⁰⁰⁾, jam

98) Coac.

99) Cfr. Cap. de carditide.

100) Catarrhus suffocativus, catarrhus pituitosus, angina bronchialis, et *peripneumonia notha*. „*Peripneumonia notha* fortior nobis *bronchiorum catarrhus* est, quo in pituitosis, obesibus, senibus, cachecticis, laxisque hominibus, frigida et humida sub tempestate, ab accedente membranae mucosae, hos canales investientis

JANI ARETAEUS ¹⁾, AETIUS ²⁾, ACTUARIUS ³⁾, SYDENHAM ⁴⁾, FRID. HOFFMANN ⁵⁾, SIMS ⁶⁾, SELLE ⁷⁾,

irritatione, 'copiosior tenaxque pituita celeriori passu secreta, bronchiorum fines opplendo, suffocationem sat cito minatur.' J. P. FRANK l. c. sunt vero alii, qui sub nomine peripneumoniae nothae, intellexerunt peripneumoniam mitiorem sine febre, aut etiam inflammationem musculorum intercostalium. ORTLOF l. c. f. 3.

1) Περὶ χρόνιων παθῶν, Βιβλ. Α', Κεφ. ι' in fine.

2) Tetrab. II. IV. 68.

3) Methodus mcdendi. T. II. 18.

4) Opera universa Lond. 1705. C. 4. de *peripneumonia notha*. „Primo febris insultu nunc incalescit aeger, nunc friget. Vertiginosus est, de capitis dolore queritur lancinante, quoties tussis importunius fatigat. Urina turbida cernitur et rubens intense. Sanguis destractus pleuriticorum more sanguinem refert. Anhelus saepenumero spiritum crebro et celeriter ducit. Si moveatur ut tussim provocet, laud aliter dolet caput, ac si in partes innox desiliret. Dolet et thorax omnis. Pulmonum coarctatio auribus adstantium percipitur.“

5) Med. rat. Syst. Sect. I. XVII. 16. „Trahitur in hoc morbo summa cum difficultate et anxietate spiritus, et quia, bronchiis secedente a sanguine humore viscido seroso repletis, nil tamen sputi rejicitur, aër admissus strepitum et rhonchum in fistulis eddit, donec, praeccluso penitus aëre, aeger suffocetur. Quod antequam evenit, pulsus aliquot saepe ante horis intermittit, sensim gracilescit, penitusque intercidit. Nonnunquam etiam mentis turbatio cum extremorum frigore supervenit.“

LE 7), describere; — verum, genuinam illius causam, inflammationis scilicet bronchiorum, primum J. P. FRANK 8) indicavit. Patris et magistri exemplum secuti sumus 9), secuti sunt et alii 10); Bronchitidis porro clare meminerunt BROUSSAIS 11), et CHEYNE 12). BADHAMO hinc solum

- 6) *Bemerkungen über epidemische Krankheiten, a. d. E. von MÜLLER. Hamburg 1775, p. 33.*
- 7) *Medicina clinica, oder Handb. d. med. Praxis. Berlin 1793. p. 79.*
- 8) l. c. „cum vero profundius per tracheam penetrat, ac in bronchia descendit inflammatio; tunc in primo casu tracheitidis speciem, in altero peripneumoniae imaginem refert, in qua ultima vix non constantem internorum bronchiorum phlogosin in centenis cadaveribus deteximus.“ Cfr. et ejusdem auctoris *Interpr. clin. Tub. 1812. p. 110 — 128.*
- 9) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXV. N. 6. „... rectam habebis febrium catharrhalium saltem fortiorum ideam, si eas pro inflammatione bronchiorum, sive pro bronchitide consideres.“
- 10) VETTER *Aphor. aus d. pathol. Anat. Wien 1803. §. 131.*
- 11) *Hist. des phlegmasies ou inflammations chroniques. T. I. p. 75. Paris 1800. — „Et la membrane muqueuse qui tapisse l'interieur de cette bifurcation (des bronches) étoit rouge, épaisse et enduite en plusieurs endroits d'une exsudation blanchâtre, analogue à celle du croup. Cette disposition commençait dans chaque bronche à deux pouces à-peu-près au dessous de la division de la trachée, et se perdoit dans chaque parenchyme en se confondant enfin avec l'induration.“*

solum laus, primam de bronchitide scripsisse monographiam, relinquitur ¹³⁾). Accessit HASTINGS *). Bronchitis plerumque ex frigore humido aestuante corpore suscepto, ex contagio sive morbillorum, sive coqueluche, ex croup ¹⁴⁾ et corporibus pulmonibus illapsis, oritur. Adgreditur saepissime infantes et senes, haud raro homines, praecipue mares, aetatis florentis. Incipit aegritudo derepente, cum febre (pulsu frequenti, saepe duriusculo, contracto, vix forti, calore cutis sicco, vespertinis horis adaucto, siti, anorexia, urina turbida profunde tincta, stipata) et cum sensu constrictionis, tensionis, ponderis et titillationis ardentis in pectore. Respirationis frequentior cum strepitu, veluti rhoncho, absolvitur. Sub profunda inspiratione, tussis siccae insultus excitatur. Decubitus undique liber,

12) *The Pathology of the Larynx and bronchia.* Edinb. 1809. *Of the epidemic peripneumony of Children* p. 187 — 195. „in dissection we scarcely find the effects of the disease corresponding with what we should expect from the severity of the symptoms. The only very distinct morbid appearance is increased vascular action of the bronchial membrane. The secondary effects of the diseases are effusions into the cavities of the thorax and pericardium and cellular substance of the lungs.“

13) l. c.

*) *Abhandl. über d. Entzündung d. Schleimhaut d. Lungen.* A. d. E. übers. v. G. VON DEM BUSCH. Brem. 1822.

14) Cap. III, §. X, N. 1 (94).

liber, aeger tamen libentius sedet, quam decumbit. Bis terve de die respirationis difficultas accedit, aucta simul tussi, frontis dolorem, si adfuerit¹⁵⁾ exacerbante. In nonnullis raucedo animadvertitur. Singula haec mala, interdum primis morbi diebus letalia, plerumque ad hebdomadem protrahi solent. Morbo in melius procedente, tussis post quartum diem humida fit, aegroti, sputa mucoso - puriformia (aliquando striis sanguineis, aut corpore quodam extraneo quondam pulmonibus illapso, notata) cum levamine rejiciente. Alias tussis sicca perstat, respiratio difficilior evadit, vires franguntur, facies livescit, ac aeger suffocatus perit.

Distinctio
a febre catarrhali et
morbillis.

14. *Febres catarrhales a bronchitide* ita gradu tantum differre, ut fortiores illae ad hanc revocari possint, jam monuimus¹⁶⁾. Ne interim nomine bronchitidis ibi, ubi inflammationis praesentia a dolore in pectore et a respirandi difficultate non confirmatur, abutamur! *Bronchitidem* posse a *morbilorum* contagio excitari, jam dictum est¹⁷⁾. Ut hujus exanthematis stadium invasionis a genuina bronchitide distinguas, respicien-

15) Frontis dolor certe non spectat ad symptomata genitalia bronchitidis et saepe complicationi hujus morbi cum coryza sinuum frontaliu tribuendus videtur.

16) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXV. N. 6.

17) N. 13.

spiciendum est ad aetatem, conditionemque aegri et ad annuam constitutionem.

15. Inflammationem e bronchiis ad paren-
chyma pulmonis posse propagari, non dubitan-
dum; cum tot morbi cum symptomatibus bron-
chitidis incipiant, ac tandem supervenientibus
illis pneumoniae terminentur, cadaveribus dein
inflammationem simultaneam bronchiorum et
parenchymatis pulmonis offerentibus ¹⁸⁾. Nil
impedit quominus morbo sic constituto nomen
bronchio-pneumoniae imponatur. Nec complica-
tio *bronchitidis* cum *pleuritide* (*bronchio-pleu-
ritis*) rara est. Sic tum ex simultanea existentia
symptomatum inflammationis bronchiorum et pleu-
rae ¹⁹⁾, tum ex copioso sero in cavitatem pleurae
extra-

Bronchio-
pneumo-
nia et
bronchio-
pleuritis.

18) „Nullum scilicet nos, nec ad hanc usque diem, ne-
que serius, pulmonum incendium, absque bronchiorum
simul inflammatione plus minus conspicua, perspexi-
mus; quotiescunque vero, a morte, *bronchitidem* for-
tiores, — toties etiam parenchymatis pulmonalis mo-
lem, duritiem, pondus adaucta, et puriformis in eo-
dem materiae collectionem reperimus.“ J. P. FRANK
Interpr. clin. l. c. p. 125. Fateor vero, me aliquoties
sola bronchia sine ullo visibili parenchymatis pulmo-
nalis vitio detexisse.

19) Ait quidem J. P. FRANK (l. c. p. 126.), posse inflam-
mationem bronchiorum dolores lateris, *quin pleura in-
flammata sit*, producere. Verum potius ALBERSIO (nota
81. ad opus BADHAMI) adhaereo dicenti: „*Wenn ein
stechender Schmerz dabei statt findet, so ist wahr-*

extravasato, quod cadavera ex bronchitide defunctorum saepe exhibent ²⁰⁾, concludimus ²¹⁾. Quodsi incendium singula respirationis instrumenta in cavitate pectoris sita, prehenderit, tale malum nomine generico *peripneumoniae* salutandum foret.

Indoles peripneumoniarum. 16. Determinatâ sede peripneumoniae, ad illius *indolem* eruendam deveniendum est. Unae enim eademque peripneumoniarum causae, pro vario corporis, in quod agunt, statu, temperamento, pro varia annua constitutione, morborumque regnantium naturâ, proque variis rerum positionibus accidentalibus, morbum excitare solent, ita a se invicem discrepantem, ut medendi ratio, quae uni casui conveniat, alteri adversetur. Hujusmodi discrepantiam, scholae, a GALENO ²²⁾ ad nostra usque tempora, varias peri-

pneu-

scheinlich Pleuritis oder Peripneumonia mit der Bronchitis verbunden."

20) Sic observationes BADHAMI (l. c. 4. Kup.) et meae docent.

21) „Uebrigens läßt die bei den Leichenöffnungen in der Brusthöhle gefundene ungeheure Menge von Wasser glauben, daß die Pleura doch entzündet gewesen sey, welche eben durch diese große Ausschwitzung des Serum gehoben worden wur; wenigstens so, daß nach dem Tode nur geringe Spuren der Entzündung wahrgenommen werden konnten.“ ALBERS l. c. p. 81.

22) Lib. I. de cris. Cap. 5. GALENUS peripneumoniam

pneumoniarum species statuendo, designarunt. Nos sequentes statuimus.

17. *Peripneumonias*, quae ex violentiis externis thoraci illatis, vel ex corporibus bronchiis illapsis, aut ex vaporibus acerbis ad illa perductis originem trahunt, *traumaticas* nuncupamus. Ad illas dignoscendas, exploratio superficiæ externae thoracis saepe requiritur, sub qua inprimis fracturae costarum ²³⁾, vulnerum, herniarum et emphysematis pulmonum ratio habenda est. In infantibus ad corpora fortuito et alienâ viâ deglutita respiciendum, potissimum, si moribus, nullâ aliâ evidenti praeviâ causa et derepente oriatur. Peripneumoniae enim traumaticae id gentilitium habent, quod in parte inflammata derepente incipiunt, et serius tantum universum corpus in consensum trahunt.

18. *Peripneumoniae inflammatoriae*, frequentissimae omnium, ingruunt frigore conspicuo, diuque protracto ²⁵⁾. Subjiciuntur illis quam
maxi-

juxta quatuor humores, in sanguineam, biliosam, pituitosam et melancholicam diviserat.

23) Casum novi, ubi doctores medicinae peripneumoniam a fractura costarum ortam, quini hoc vitium cognoverint, farragine internorum pharmacorum bacclicorum et expectorantium curaverant. Beati qui praxin chirurgicam a medica non sejungunt!

25) BAGLIVIVS Prax. med. L. I. App. ad pleuritidem §. I. ait: „Rigoriferae igitur pleuritides sunt vere inflammatoriae pleuritides, in iisque sanguinis missio juven-

maxime qui prius haemorrhagiis obnoxii ²⁶⁾ ac potui liquorum fermentatorum dediti erant, senibus non exceptis ²⁷⁾. Morbo sedem suam, ut saepe accidit, in parenchymate pulmonum habente; cavendum ne mollities pulsum, pneumoniis familiaris ²⁹⁾, ut statum inflammatorium praetervideamus, efficiat.

Peripn.
rheumati-
cae et me-
tastaticae.

19. *Peripneumoniae rheumaticae* ex transpiratione suppressa ortum ducunt. Febre cum symptomatibus rheumaticis ³⁰⁾ stipantur, urget inprimis dolor pectoris, locum crebro mutans. Sedes praecipua morbi *pleura* tum costalis tum pul-

bit, dummodo caetera consentiant, ac permittant.*
Addit: „Si vero cum rigore non inceperit, spuria solet esse, ab aliis causis, non vero inflammatoriis dependens.“ Idem ib. Dari utroque sub respectu exceptiones, alibi (Acta mea clin. An. II. p. 55.) docui.

26) „Et quia corpora haemorrhagiis admodum obnoxia, plerumque sanguineae sunt complexionis et spasticis in imo ventre stricturis patent, hinc fit, ut juvenes, qui largas narium haemorrhagias, sputum cruentum et haemorrhoides praematuras experiuntur, perquam facile accedentibus occasionalibus causis in pleuriticis et pneumonicis febres incidant.“ FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. Sect. V. C. 6. §. VIII.

28) Nil magis a veritate alienum, senes morbis inflammatoriis parum esse obnoxios. Pneumonias summo pere inflammatorias in octogenariis venae sectionum ope feliciter curavi.

29) N. 11. (92).

30) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXIV. 3.

pulmonalis. Quodsi caussa rheumatica (aut *ex-anthematica*) ad bronchiorum membranam mucosam conjiciatur, *bronchitis* praesto est.

20. *Peripneumoniae gastricae*, praecipue *biliosae*, pulchre a BALLONIO ³¹⁾, PORTAL ³²⁾, COLOMBIER ³³⁾, LEPECQ DE LA CLOTURE ³⁴⁾, STOLL ³⁵⁾, ROMAIN ³⁶⁾, ACKERMANN ³⁷⁾, JANSEN ³⁸⁾, GUIDETTI ³⁹⁾ aliisque ⁴⁰⁾ descriptae sunt. Grassantur saepe epidemice (praesertim aestivo tempore, caractere annuo morbis gastricis favente) inter plebem male nutritam, hominesque gulae indulgentes, aut animi pathematibus ingratis obnoxios. Induunt saepenumero formam *pleuritidis* aut *pleuro-pneumoniae*. Febris, signis gastricis insignita, scenam aperit. Ipsius aegri adpectus (flavido nempe faciei et oculorum, rubor genarum circumscriptus, pallor nasi et labiorum) Peripn. gastricae, biliosae et verminosae.

statum

31) Opp.

32) *Dict. des sciences médicales*. I. c. p. 405.

33) *Code de médecine militaire*. T. 4. p. 89.

34) *Obs. sur les maladies épidémiques*. Paris 1776.

35) *Rat. med.* P. II. V. VII. p. 112. 117. 346.

36) *Essai sur la manière de traiter les péripneumonies bilieuses*. Mez. 1779.

37) *Pr. pleuritidis biliosae brevis adumbratio*. Kilon. 1785.

38) *Diss. de peripneumonia biliosa*. Goett. 1787.

39) *Diss. de pleuritide biliosa*. Heidelb. 1790.

40) CHATELANAT in *Museum der Heilk.* 2. B. CAUCANOS fils in *Annales de la soc. de méd. pratique de Montp.* T. 32. p. 347.

statum gastricum indicant. Adsunt praeterea capitis gravedo, oris amaror, sputa flavescentia ⁴¹⁾, exacerbationes vespertinae et remissiones matutinae admodum conspicuae, insignis virium lapsus cum pulsu saepe parvo, molli, irregulari. Vomitus spontaneus et diarrhoea biliosa symptomata leniunt; quorum nonnulla, ut virium jactura, pulsuumque mala conditio, a venae sectionibus repetitis augentur. Cave, ne diagnosin hujusmodi peripneumoniae duce uno dumtaxat alterove gastrico signo instituas. Contingit enim haud raro quod pneumoniae summopere inflammatoriae (ne dicamus de carditide), apparatus symptomatum gastricorum et maxime vomitum biliosum exhibeant. Nec id mirum. Sicuti enim stimulus in abdomine haerens statum inflammatorium pulmonis, ita stimulus inflammatorius pulmonis tumultum gastricum excitare potest; lusus enim *nervi pneumo-gastrici* aequali pacto sursum et deorsum valet. In origine symptomatum gastricorum explicanda, praeter nervorum consensum, ratio etiam habenda est *plethorae abdominalis* (ob difficultatem, quam depletio venae

nae

41) Colorem istum flavum non bilis, sed sanguinis paucae copiae, multo muco seu puriformi humore mixtae, tribuendum esse, ex eo concludo, quod talia sputa, etiamsi biliosum habeant aspectum, super lingua tamen medici gustantis nequaquam saporem amarum excitant.

nae cavae ascendentis experitur 42)) et *jecinoris inflammationis* (propterea quod peripneumoniae, praesertim in haemorrhoidariis, potatoribus et moerentibus, saepe cum hepatitis 43) societatem inire solent). De *peripneumoniis verminosis* prolixè mentionem fecerunt QUERCETANUS 44), PAULLINI 45), SCHENK 46), RIVERIUS 47), aliique 48). Illarum suspicamur praesentiam, si aetas aegri, regio et annua constitutio faveant affectionibus verminosis, si pulsus fit nonnunquam parvus, mollis, debilis et inaequalis, si experiantur aegri sensum ac si aliquid versus jugulum ascenderet et suffocationem minitaret, si nunc caleant et rubeant, nunc frigeant et pallescant, sique vermes vomitu aut alvo in conspectum veniant. Interea talem evacuationem accidentaliter contingere posse, ne obliviscaris.

21. *Febres intermittentes sub larva peri-* Peripn.
pneumoniae obvenire posse monuimus 50). Tales ^{intermit-} tentes.
peri-

42) §. XXXII. N. 2. (94).

43) *Pleuritis hepatica Bianchi* (Hist. hepat. Spec. I. T. I. p. 234).

44) Pharmac. dogm. rectific. C. 3. p. 651.

45) Misc. Ac. N. C. Dec. 3. An. 4. p. 114. Obs. 68.

46) Lib. II. Obs. 92.

47) Cent. I. Obs. 75.

48) HUFELAND'S *Journ.* 6. B. p. 826—829. ROUSTAN
Journ. de méd. T. IX. p. 269. REVELTAT in *Annal. de*
la soc. de méd. prat. de Montpellier. T. 4. P. I. p. 302.

50) P. I. Vol. I. Cap. II. §. XXIV. 2.

peripneumonias intermittentes seu periodicas descripserunt MORTON ⁵¹⁾, SENAC ⁵²⁾, TORTI ⁵³⁾, HAEN ⁵⁴⁾, STRACK ⁵⁵⁾, MEDICUS ⁵⁶⁾, BLOM ⁵⁷⁾, HOVEN ⁵⁸⁾, J. P. FRANK ⁵⁹⁾ aliique ⁶⁰⁾, vidimusque illarum haud paucas in Insubria et Austria, ita ut REILIIUM ⁶¹⁾ eas in dubium vocare, miremur. Morbus, veluti febres intermittentes perniciosae, ut plurimum vertigine, frigore vomituque ingruit. Accedit dolor circa alterutram mam-
mam, isque pro re nata pungens, ardens, obtu-
sus,

- 51) De intermitt. diagnosi p. 33. Pyret. p. 141.
 52) De recondita febrium natura 1759: CXVIII.
 53) Therapeutice specialis ad febres quasdam perniciosas inopinatae ac repente letales, una vero china, peculiari modo ministrata, sanabilis: Mutinae 1712. L. V. C. 5. p: 323.
 54) Rat. med. T. II. p: 91.
 55) l. c. p. 115.
 56) *Von periodischen Krankh.* p. 118.
 57) in MECKEL's *Neuem Archiv d. pr. Arzneyk.* 1. Th. p. 232.
 58) *Versuch über das Wechselfieber.* 1. B. p. 35.
 59) l. c. p. 143.
 60) HORN l. c. MARCUS *Magaz. f. specielle Therapie.* 2. B. p. 337. MATTHEY *Giorn. della Soc. med. chir. di Parma.* Vol. 2. p. 117. BONDI ib. p. 125. MORTON in *Annal. de la soc. de méd. pr. de Montp.* T. 27. p. 133.
 61) l. c. p. 509. „Ob auch die Pneumonie vollkommen intermittirend gefunden werde, und in der Apyrexie die Entzündung vollkommen verschwinden könne, bezweifle ich sehr.“

sus, fere semper sub profunda inspiratione auctus. Respiratio fit difficilis, ac urget tussis sicca. Symptomata hujusmodi subsequente calore acmen attingunt, aegro delirante, sputa puriformia, subcruenta rejiciente. Sudor universalis et urina, vel jumentosa, vel sedimento lateritio instructa, singulis malis, excepta debilitate, pro tempore finem ita imponere solent, ut convalescentem coram habere dixeris. Apyrexia protrahitur per sex horas, octo, aliquando per nychthemera, donec novus insultus, descripto similis, accedat et sic vicissim ad sanitatem aut mortem usque. Morbum sub adpectu febris tertianae duplicis vidimus, quarum paroxysmi alternis tantum diebus symptomatibus peripneumoniacis insigniebantur. Diagnosi peripneumoniae periodicae difficilis non est, si aeger diu noctuque ⁶²⁾ rite observetur, — si inconsuetarum, alias in peripneumoniis mutationum repentinarum in pejus vicissim et in melius, ac

cha-

62) Decumbebat vere a. 1801. in Nosocomio civico Vindobonensi femina peripneumonia gravissima laborans. Custos mihi narrabat aegram tota nocte placide dormivisse. Cum talis quies nocturna nullo pacto cum gravi statu diurno cohaereret ac febres intermittentes tunc aliunde grassarentur, ipse aegram circa mediam noctem visitavi, ac omnino apyreticam inveni. Exhibitus cortex ulterioribus paroxysmis obstitit.

characteris epidemici febribus intermittentibus faventis ratio habeatur.

Peripn. ar-
thriticae.

22. Contingit interdum, quod impedita *podagrae* aut *erysipelatis* habitualis ad extremitates evolutione, morbus vicarius in pulmonibus, praecipue in bronchiis evolvatur. Alias simplex catarrhus, utpote in tempus, paroxysmo *podagrae* habitualis dicatum, incidens, hujus morbi vim ad bronchia determinat. Utroque in casu morbus, quem MUSGRAVE ⁶³⁾ et BARTHEZ ⁶⁴⁾ egregie descripsere, *peripneumoniae arthriticae* nomine generali designatur. Orditur malum cum horrore protracto, magna inquietudine; sequitur calor intensus ac tandem symptomata bronchitidis, aut pleuritidis superveniunt. Gravius solito decumbit aeger, quamvis saepe *unum* tantum thoracis latus ab inflammatione tentatum sit. Morbo jam prope convalescentiam deducto, interdum novus mali insultus, latus oppositum invadens, caput attulit. Solutio *peripneumoniae arthriticae* fit comparentibus aut paroxysmo *podagrae legitimae*, aut urina cum sedimento arthritico, aut sudore foetente, viscido, aut bullis.

Peripn. ty-
phoidea.

23. *Peripneumoniae*, sociâ febre, cum virium magna jactura, labefactione systematis nervosi,

63) De arthritide anomala. Cap. XI.

64) *Abhandl. über die Gichtkrankh. Aus d. Franz. von BISCHOFF. 2. Th. Berlin 1803. p. 288.*

vosi, contradictione symptomatum, peticulis, miliaribus, *typhodes* nuncupantur ⁶⁵). Hujusmodi morbi, modo epidemice, modo sporadice obvenientis, descriptiones GALLIO ⁶⁶), CAMERARIO ⁶⁷), STAHLIO ⁶⁸), BALLONIO ⁶⁹), SCHENKIO ⁷⁰), WIERO ⁷¹), ELLERO ⁷²), SIGWARTO ⁷³), BANGIO ⁷⁴), HUXHAMO ⁷⁵), SARCONEO ⁷⁶), SAUVAGESIO ⁷⁷), SANDRAO ⁷⁸), ELSNERO ⁷⁹), J. P. FRANZIO ⁸⁰),

Z 2

KIO ⁸⁰),

- 65) Synon. Peripneumonia pestilentialis, nervosa, putrida, asthenica, adynamica, ataxica, maligna.
- 66) Fascis de peste, peripneumonia pestilentiali cum sputo sang. Brix. 1565.
- 67) De pleurit. maligna miliarib. soluta. Tub. 1735.
- 68) Diss. de pleuritide vera maligna cum purpura alba feliciter curata. Erf. 1728.
- 69) Opp. T. I. Epid. et ephemer. Lib. I. p. 15. Constitutio verna a. 1571.
- 70) Obs. Lib. VI.
- 71) De obs. rar. describitur Epid. a. 1565.
- 72) Obs. de cogn. et curandis morbis p. 194.
- 73) De pneumonitide maligna. Tub. 1763.
- 74) In act. reg. soc. med. Havn. Vol. I. p. 256.
- 75) De aëre et morbis epid. 1745.
- 76) l. c.
- 77) Nosol. method. T. II. P. I. morb. Cl. III. Gen. XIII. Spec. 15. Describit epidemias grassantes a. 1741. mense Febr. Forolivii Galliae provinciae, — 1745 mense Martio, Aquis — mortuis et 1747. Melgorii.
- 78) Diss. historia peripneumoniae cum conditione putrida. Lugd. Bat. 1789.
- 79) Diss. de pneumonia putrida. Regiom. 1791.

κιο⁸⁰⁾, KREYSIGIO⁸¹⁾, SCHMITTIO⁸²⁾, CAPPE-
LIO⁸³⁾, HOFFMANNO⁸⁴⁾ aliisque⁸⁵⁾ debentur.
Incipit morbus virium prostratione, mutatione
repentina vultus; sequitur horror, calori inter-
mixtus; accedit magna respirandi difficultas, op-
pressio pectoris et angustia, cum tussi frequenti,
laboriosa, modo sicca, modo cum sputis crudis,
sanguineis, ichorosis. Erectos quidem sedere
extrema jubet respirandi impotentia; sed vires
desunt, facilisque sub hac positione lipothymia
accedit. Atrox simul capitis ad occiput inprimis
dolor urget; tac sub magna vertigine, delirium
tacitum, aut ferox, frequenter adjungitur. Sed
jam ante febris accessum, vel repente cum illa,
maximus non rarum ipsum thoracem, pungens-
que admodum, vix attactum ferens, animamque
fere deprimens, dolor, cum vomitu bilioso, ac
herboraceo odoritur: ac perpetuae vigiliae, aut
sopores comatosi, linguae siccitas, ariditas, tre-
mo-

80) l. c. p. 141.

81) Commentatio de peripn. nervosa. Lips. 1796.

82) Diss. de peripn. nervosa. Erl. 1797.

83) De pneumonia typhode seu nervosa. Goett. 1795.

84) *Sur la péripneumonie typhode.* Strasb. 1804.

85) FRANCUS DE FRANKENAU de pleuritide cum purpura
maligna letali. Misc. Acad. N. C. Dec. 3. a. I. p. 298.
HILDEBRAND de purpura alba, ab initio pleuritidem
mentiente, die sexto letali. Nova acta N. C. T. 2. p.
374. CARRON in SÉDILLOT *Rec. period. de la soc. de
méd. de Paris.* T. LX. p. 289.

moresque ac subsultus tendinum, singultus, urinae turbidae, aut aquosae, aut subnigrae, sanguinolentae, lixiviosae, furfuraceae; vel sudores glutinosi, copiosi, cum petechiis lividis, subnigris, aut miliaris erüptio, aut demum haemorrhagiae per nares, alvum, aliasque vias copiosae, atque aegrotantibus funestae observantur. Interdum dolor fugax aegrotantem quidem deserere videtur, nec tanta respirationis difficultas urget; sed ingens sitis, lipothymiae, aphthae cavum oris exedentes, eundem circumdant. Emissus hoc in morbo sanguis, cohaerentia ut plurimum destituitur, ac dissolutus in crassamentum nequam coit. Vidimus tamen et hoc in morbo corium durum, sed sanguinolentum, obtegisse cruorem. Sub funesti morbi fine, tum stertor letalis, tum lethargicus fere sopor, ac interdum convulsio, cum extremitatum frigore, pulsuque exilissimo, scenam claudunt; in aliis, cum gastrica simul saburra ad abdomen latuerit, diarrhoea moderata symptomata infringit; aut abscessus in exterioribus felices comparent, aut circa labia quamplurima ulcuscula, vel ad cutem exanthema miliare, cum sudore multo, ac olido, meliori sub omine efflorescunt. Cadaver hoc a morbo apertum nobis obtulit pulmonem ad posteriora turgidum, ac sanguine infarctum, sed non durum; nec, ut in vera peripneumonia, gravem, aut sero, aut coagulabili lympa circum-

septum ⁸⁶⁾.“ „In cadaveribus Foroliviensium pulmones erant perfusi punctis nigris, lividisve, milii granum aequantibus, liquere foetidissimo plenis; similis liquor in primis viis cum multis lumbricis. Apud Melgorienses epidemia desinebat, cum accessi, nullum igitur cadaver introspicere valui, sed ex relatu superstitum conjectavi gangraenodeas inflammationes in abdomine et pectore multos abstulisse ⁸⁷⁾.“ In cadaveribus a nobis apertis praecipue *erysipelas* superficiei pulmonis (pleuro-pneumonia) detexi. Versamur quoque in ea opinione, *pleuritides* sic dictas *erysipelaceas* ⁸⁸⁾ *malignas*, maxima ex parte, nil aliud, quam peripneumonias indolis typhoidis vel gastricae fuisse. Contagium aliquando peripneumoniis typhoidibus, aut quod idem est, typho cum peripneumonia, causam porrigere, vix dubitandum ⁸⁹⁾. Constat enim symptomata catarrhalia saepe initium typhi insignire ⁹⁰⁾, ex quo actio peculiaris contagii typhoidis in membranam mucosam bronchiorum elucet.

86) J. P. FRANK l. c.

87) SAUVAGES l. c.

88) *Erysipelate* interdum prehendi pulmones auctor est HIPPOCRATES Lib. de int. affect. N. 8. De eodem argumento egerunt BAGLIVI l. c. Append. ad pleur. WOLFGANG Cent. I. fol. 7. SCHENK Obs. 47. in Scholiiis. Cfr. §. XXXII. N. 2.

89) CONRINGIUS l. c.

90) P. I. Vol. I.

cet. Porro vidimus saepius, praecipue tempore bellorum, milites typho contagioso detentos; praeterea intemperiei aëris aliisque caussis peripneumoniatarum expositos fuisse, et inde duplicem morbum, typhum scilicet peripneumoniae junctum, contraxisse. Possunt tandem peripneumoniae ob impeditam respirationem et cohibitum processum oxygenationis ⁹¹⁾ in diathesin typhoidem degenerare. Utut sit, caveas ne ob solam debilitatem aut labefactionem systematis nervosi in peripneumonia, illico indolem illius typhoidem pronuncies. Symptomata enim aethenica et nervosa, pneumoniae comitantia, haud raro ex *congestionibus ad medullam spinalem* ⁹²⁾ et *ad cerebrum* oriuntur. Pulmonibus enim inflammatis, et parenchymate illorum lympham coagulabili repleto, necesse est, ut ventriculus dexter cordis, sanguinem per arterias pulmonales pellendo, magnum impedimentum experiatur. Quo concesso, necessario etiam sequitur,

91) Legi hic merentur observationes Nysten (*Recherches de physiologie et de chimie pathologiques* p. 195.), ex quibus elucet, virum gravissima peripneumonia detentum, biduum ante mortem undecimam tantum partem aëris atmosphaerici quam homo sanus inspirasse et expirasse ac longe minorem inde consumsisse gaz oxygenii portionem.

92) Otto *glückliche Behandlung eines aus einer Lungenentzündung entwickelten Typhus*, in HUFELAND'S Journ. der pr. Heilk. 1821. annor. p. 28.

quitur, venam cavam in auriculam dextram cordis non sine difficultate exonerari. Quum vero vena cava ascendens venam azygon, haec autem fere omnes venas intercostales suscipiat, inevitabilis congestio cruoris in *columna vertebrali* eveniat, oportet. Languent hinc, vel convelluntur partes, ex *columna vertebrali* nervos accipientes. — Nec arduum est, *congestionis cruoris in encephalo*, pneumoniarum sociae, rationem reddere. Idem enim impedimentum, quod venae cavae in auriculam dextram se exoneranti obstat, etiam in venas jugulares, venas encephali suscipientes, cadit. Effectus congestionum in medulla spinali et cerebro, liquor scilicet exsudatus, non per hypothesin in pneumoniis multis admitti, docent supra allatae⁹³⁾ cadaverum sectiones.

Complicationes.

24. Variam peripneumoniarum indolem perscrutando et *complicationum* memores esse juvat. Et quidem non solum illarum complicationum, quas peripneumoniae cum febribus communes habent, sed et aliarum, quae illae cum morbis chronicis ineunt, e. c. mala conformatione thoracis, cum latentibus tuberculis pulmonum, cum vitiis cordis et vasorum majorum, cum malis cerebri etc. Quare ad lectum aegrorum semper determinandum est, num peripneumonia, quam coram habemus, qualiscunque demum fuerit illius

⁹³⁾ §. XXXII. 2. (96).

lius sedes et indoles, locum habeat in homine antea omnino sano, vel labe quadam detento? Unde pulchre GALENUS: „Summa totius praesagitionis in morituris convaliturisque est, quoties vis morbi cum aegri facultate conferatur⁹⁴⁾.“

§. XXXV.

P r o g n o s i s.

1. Nisi enim *prognosin* peripneumoniaram Genera-
ex peculiari aegrorum conditione atque ex notio-^{tim.}
nibus de sede et indole morbi eruas, ex sola in-
terpretatione vaga signorum, quā semiotice glo-
riatur, parum lucri obtinebis.

2 Peripneumoniae gravissimae esse solent Progn. ex
1^o. in recens natis aliisque infantibus; — 2^o in aegri con-
senibus, viribus jam fractis aut ad morbos cere-^{ditione.}
bri dispositis (senes enim vegeti, dummodo rite
curati, omnium facillime emergunt⁹⁵⁾); — 3^o in
gibbosis aliisque, quī pectore angusto instructi
sunt⁹⁶⁾); — 4^o in gravidis imprimis superveniente
abortu; — 5^o in puerperis; — 6^o in ebriosis; —
7^o in hominibus vitiis chronicis cordis, vasorum
majo-

94) I. Progn. L. VI.

95) Sic ex diuturna praxi edoctus sum; annus enim vix excurrit, quin septuagenarios et interdum octogenarios a gravissimis iisque saepe neglectis peripneumoniis sanitati, adjuvante *Dea*, restituum.

96) Sicuti incendia in domibus spatiosis facillime extinguuntur; — ita inflammationes viscerum, in cavitatibus corporis humani ample constructis sitorum.

majorum, hepatis et scrophulis obnoxiiis; — et 8^o in illis, qui peripneumonias jam alias perpassi erant, potissimum si inde tussicula aut dyspnoea relictæ fuerint.

P. ex sede morbi.

3. *Pleuritis* omnium peripneumoniærum le-
vissima foret, nisi periculum *transitus* tum in
pneumonias (omnium gravissimas⁹⁷), tum in
hydropem acutum cavitatum pleuræ et *pulmonis*,
tumque in *adhaesiones morbosas*, minaretur.
Pleuropneumonia hæc mala, majori adhuc in
gradu, cum pleuritide communia habet. Maxi-
mum periculum ex *pneumonia* emergit, imprimis
si, inflammato utroque pulmone, *cor* in consen-
sum trahatur⁹⁸). Interea pneumonias lateris
sini-

97) „A pleuritide, peripneumonia malum.“ HIPPOCRATES Aph. II. Sect. 7.

98) Ait jam HIPPOCRATES (Corc. Praenot. N. 401. CHARTER T. VIII. p. 875.): „quibus vero totus pulmo inflammatus fuerit cum corde, sic ut ad latus procedat, resolvitur totus aeger et jacet frigidus sine sensu et moritur secundo aut tertio die.“ Addit SWIETEN: „mirum certe videtur, HIPPOCRATEM hæc notare potuisse, nisi vel ex cognitis circulationis legibus, vel ex cadaverum peripneumonia defunctorum sectione illa didicisset.“ — „Cum enim cor a quatuor magnis vasis sanguiferis pendulum in pericardio haereat, horizontali fere situ positum, sic ut ventriculus dexter cordis una cum dextra auricula anteriorem corporis partem spectet, patet ratio, quare corde dextro et auricula distentissimis (ob impeditum sanguinis per pulmonem inflammatum transitum), sini-

sinistri, illis dextri, periculosiores esse, non invenimus. *Bronchitis* discrimen cum *croup* fere commune habet. Pueri et senes maxime illo ex morbo laeduntur⁹⁹⁾. Porro ex bronchitide saepissime tussis chronica et dyspnoea relinqui solent. Tandem cum bronchitis saepe cum pleuritis complicetur¹⁰⁰⁾, hydrops quoque acutus cavitatum pleurae timendus¹⁾. Item transitus in pneumoniam. Quo major enim partium inflammatarum est numerus, eo majus periculum.

4. Periculi gradus *peripneumoniarum transmaticarum* a vi causae laedentis, a dignitate ^{Pr. ex indole morbi.} loci affecti et a constitutione aegroti pendent. *Peripneumoniae inflammatoriae* et *rheumaticae* non quidem ob indolem morbi, sed ob proclivitatem ad exsudationem lymphae coagulabilis et seri, nec non ad adhaesiones morbosas, conspicuas difficultates parant. ^{difficultates} Difficultates hae longe rarius in *peripneumoniis gastricis et typhoidibus* obvenire solent, utpote quae potius virium extinctione, quam partium inflammatarum labe necent. *Peripneumoniarum intermittentium, arthriticarum et typhoidum* prognosis, ex ipsa illarum descri-
ptione

stro vero corde, et auricula fere vacuis, cor versus anteriora procidat et latus tangat." (Comment. §. 848.).

99) Verisimillimum, quatenus saepe dexteritate aut viribus ad sputa rejicienda necessariis destituuntur.

100) §. XXXIV. 15.

1) BADHAM l. c. p. 152.

ptione apparet. Febrem intermittentem *perniciosam peripneumonicam* minus letalem, quam alias perniciosas invenimus³⁾. *Peripneumoniae complicatae*, inprimis cum morbis chronicis, maximum periculum portendunt, difficillime enim perfecte solvi solent. Interea contingit aliquando morbum acutum, chronicum, cui associatur, fugare.

Exitus. 5. Peripneumoniae sequentes *exitus* agnoscunt, nempe 1° *resolutionem*, a) *perfectam*, b) *imperfectam*; — 2° *hydropem acutum cavitatum pleurae et oedema pulmonum*; — 3° *pulmonum indurationem et ecchymoma*; — 4° *illorum suppurationem* et 5° *gangraenam* atque 6° *bronchiorum obliterationem*.

Resolutio
perfecta.

6. *Resolutio perfecta* obtinetur, dum methodus medendi vim affectionis pectoris mature frangit, dumque *febris* sua stadia rite decurrit, crisisque, ut decet, absolvit. Signum generale emendationis affectionis pectoris est *melior respirandi ratio*, qua ingruente, *bonum*: si in *pleuritide* dolor lateris, praesertim inferius⁴⁾, sedem

3) Saltem plurimas peripneumonias, quamvis post quartum aut quintum paroxysmum solum cognitas, feliciter adhuc sanare potui.

4) HIPPOCRATES dixit: „metuendas esse illas pleuritides, in quibus dolores sursum vergunt.“ Coac. praenot. N. 381. CHARTER T. VIII. p. 873. Interim haec non admodum segura sunt, observante ipso SWIETENIO (Comm. §. 888.).

mutet⁵⁾; — si in *pneumonia* et *bronchitide* circa tertiam aut quartam diem morbi, expuitur prompte⁶⁾ materies flava, copiosa et densa⁷⁾, sanguine pauco⁸⁾ remista, sique inde dolor sedatur⁹⁾. Interea nos permultas peripneumonias, *sine sputis* ad perfectam resolutionem perductas vidisse, cum aliis¹⁰⁾ fatemur. Quod non mirum,

5) Hanc TRILLERY sententiam (l. c. p. 4.) BARTHEZ (*Mém. de l'ac. R. des sc. Mém. étrang. T. III.*) per observationes, quae ad exceptiones spectant, revocare conatur. Cfr. CNÖFEL de pleuritide vagante (Misc. N. C. Dec. I. a. 4 et 5. p. 53.).

6) „Sputum vero in omnibus doloribus, qui circa pulmonem et latera (sunt), celeriter et facile exspui oportet.“ In prognos. CHARTER T. VIII. p. 640.

7) „Ab omnibus enim partibus inflammatis, quibus densum et crassum impedimentum non incumbit, tenues quidem circa initia ichores defluunt, confectis vero inflammationibus crassiores et magis purulenti.“ GALEN. de loc. affect. Lib. V. Cap. ult. CHART. T. VII. p. 502.

8) „Neque inter initia terri convenit, si protinus sputum mistum est rufo quodam sanguine, dummodo sedetur. CELSUS Lib. II. Cap. 8. p. 66.

9) „Omnium autem optima, quum quae excreantur, dolorem sedent.“ Praenot. 98.

10) „Cum sputis quidem, peripneumoniae non paucae solvi observantur; sed majorem certe aegrotantium numerum, *sine conspicua ex pulmonibus evacuatione* . . . judicatum esse novimus.“ J. P. FRANK l. c. p. 149. MIRROR RZILIUM contra dixisse: „*Allein wenn*

rum, si perpendamus non omnes pneumonias et bronchitides secretionem morbosa stipari, hancque secretionem, quoties praesto est, non causam sed effectum morbi sistere. Ad istiusmodi effectum ¹¹⁾ eliminandum natura, praeter brevissimam per sputa ¹²⁾ viam, plures alios adhuc agnoscit modos ¹³⁾; spectant huc *sudor*, *urina*, *diarrhoea*, *epistaxis* aliaeque *haemorrhagiae* ¹⁴⁾, *exanthemata* et *abscessus* ad aures aliasque ad partes. *Sudor* peripneumoniam, praesertim rheumati-

sich wirklich ein solcher Vorgang ereignet, so ist er gewifs sehr selten.“ l. c. p. 512.

11) Quae nempe in pulmonum parenchymate tenax et coagulabilis post mortem observatur materia, illa inflammationis magis *effectus*, quam *caussa* existit; ac licet cita illius in aegrotantibus rejectio respirationem sublevare observetur; ex erronea tamen opinione, ac si omnis in hac sputorum excretionem, vel in expectorantium usu curationis cardo versaretur, plurimorum hoc in morbo interitum derivamus.“ J. P. FRANK l. c. p. 156.

12) GRASS de via, qua pleuriticorum sputa proveniunt, ad arteriam asperam (Misc. N. C. Dec. J. a. 3. 1672. p. 393).

13) Verisimile est, vasa lymphatica liquores extravasatos in parte inflammata absorbere, atque ad sanguinem producere, a quo dein, ut corpus heterogeneum, per colutorium unum alterumve eliminantur.

14) Menstrua erumpentia (HIPPOCRATES ἐπιδημίων VII. v. Opp. p. 1235.), haematuria (HEBERT *Annuaire de la soc. de méd. du Depart. de l'Eure. A. 1808. p. 115*).

maticam, solvit ¹⁴⁾, si ille circa septimum diem, praevis horrore et exacerbatione, aliquando vomitu ¹⁵⁾, contingat, remittentibus cutis calore, pulsuum frequentiam aliisque molestiis, ac obveniente proclivitate ad somnum. *Urina* peripneumoniam solvere promittit, si post quartum diem sat copiosa fiat, cum sedimento, primum subrubro, dein sensim albescente ¹⁶⁾, symptomatumque levamine accedente. *Diarrhoea* in peripneumoniis, potissimum gastricis et cum hepatis affectione vel cum haemorrhoidibus complicatis, boni exitus spem movet, si modica sit, inprimis vero, si post coctionis signa, faecalis, biliosa ¹⁷⁾, purulenta *), cum virium recreatione ¹⁸⁾

ac

14) HOFFMANN de febris pneumonicis. Obs. 6. Opp. II. p. 143.

15) PRAT in SÉDILLOT *Rec. périod. de la soc. de méd. de Paris.* T. 57. p. 259.

16) Monuit HIPPOCRATES, sedimentum rubrum diuturnioris morbi signum esse quam album. In Progn. CHARTER. T. VIII. p. 631. De victu morb. acutor. CHARTER. T. XI. p. 161. Acut. L. II. C. I. p. 430.

17) HIPPOCRATES biliosas alvi excretionem numeravit inter illas evacuationes, quarum absentia in peripneumonicis futurorum abscessuum indicium exhibet (Progn. l. c. p. 654).

*) Eph. N. Cur. Cent. VIII. Obs. 56.

18) Semper moniti HIPPOCRATIS memor sum: „si enim, qualia purgari oportet, purgentur, et confert et facile ferunt; sin minus, contra.“ (Aphor. 2. Sect. I. CHARTER 1. IX. p. 5.)

ac majori hypochondriorum libertate appareat. *Epistaxin* inter signa critica peripneumoniaram recensent ARETAEUS ¹⁹⁾, et ZACUTUS LUSITANUS ²⁰⁾, quod nunquam vidimus. Vidimus vero peripneumonias solutas per miliaria ²¹⁾, bullas ²²⁾, erysipelas ²³⁾, hydroam ²⁴⁾, aphthas ²⁵⁾, furunculos ^{*}), abscessum ²⁶⁾, et sphacelum ²⁷⁾.

Quid

19) De causis et signis morborum.

20) Prax. hist. Lib. VIII. Obs. 15. Sic et HORSTIUS, Opp. Vol. III. p. 51. CLEGHORN *Krankheiten von Minorca* p. 249.

21) CAMERARIUS diss. de pleuritide maligna miliaribus critice soluta. Tubing. 1735.

22) P. I. Vol. II. Cap. IV. §. XIX. 9.

23) CLEGHORN l. c. p. 249. „ . . . maxime vero erysipelas cum *constantia* ad cutim comparens, peripneumonias, imprimis malignas interdum dissiparunt.“ J. P. FRANK l. c. p. 150. Multum, verbum cum *constantia* hic significat, nam exemplum pneumoniae letalis vicissim cum erysipelate comparens observavi ac descripsi in Act. meis clin. An. II. p. 59.

24) P. I. Vol. II. Cap. XXVIII. §. CVIII. 3.

25) BANG in Act. soc. reg. med. Havn. Vol. I. p. 260.

*) FERRO med. Ephemer. p. 227.

26) Unde HIPPOCRATES „si febris detineat, neque dolor sedatus sit, neque sputum ex ratione procedat, neque biliosae alvi dejectiones sint, neque solutu faciles, neque sinceræ fiant, neque urina admodum multa, et crassa et copiosum habens sedimentum, observatur autem superstes futurus ab omnibus salutaribus signis; *his oportet tales abscessus futuros sperare.*“ (In prognost. CHARTER T. VIII. p. 654.) Item: „quibuscunque ex morbi resurgentibus aliqua pars doluerit, illic

Quid de illis abscessibus aurium sentiendum sit, jam alibi ²⁸⁾ docuimus. De parotitide critica ²⁹⁾, alio loco disserendum.

7. *Resolutio imperfecta* expectanda est, dum quidem febris, peripneumonias comitans, crises suas perfecit, at vero, quin plenum levamen ad partem affectam inde secutum sit, superstitibus scilicet vel dolore ejusdem lateris, vel decubitu in alterutrum latus denegato, vel tussi, vel dyspnoea, vel plurimis simul. Quorum malorum ratio quaerenda est modo in adhaesione morbosa pleurae costalis cum illa pulmonum, diaphragmatis, pericardii; — modo in nonnullarum cellularum pulmonalium oppletionione et callosa ³⁰⁾ quasi

abscessus oriuntur. (Aph. 32. Sect. IV.) Item: „abscessus, qui ad crura fiunt, in peripneumoniis tum vehementioribus, tum periculosis omnes quidem utiles.“ (In prognost.) Ait vero, tunc circa crura abscessus expectandos esse: „si circa hypochondria aliquid inflammatorii adfuerit.“ (ibid.) Legi de his meretur et HAEN Rat. med. contin. II. 2. 66.

27) MALLIN diss. de sphacelo metastatico (pedum) pleuritidem sanante. Duisb. 1778.

28) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XXI. §. CXVI. 3. (81. 82.).

29) Ephem. N. C. Cent. III et IV. Obs. 138. Commercio lit. Norimb. 1739. p. 84. Plura exempla ipse vidi.

30) Callosae talis in pulmone duritiei jam meminit HIPPOCRATES (Libr. de ossium natura C. 8. ed. CHARTER. T. IV. p. 5.) notavitque sequentia: „atque interceptis

a callo transitibus, velox et difficilis spiratio corri-

quasi induratione; — modo in angustatione bronchiorum; — modo in polyposa, sub arbusculorum forma, ibi nidulante et per tussim aliquando rejecta, concretione³¹⁾, — modo in sensibilitate morbosa aut inertia partium prius inflammatarum.

Hydrops
acutus ca-
vitatum
pleurae et
oedema
pulmonis.

S. Jam dudum, praeceuntibus aliis³²⁾, docuimus: „hydrothoracem non solum peripneumoniaram *exitum* sed et illarum *comitem* (*hydroperipneumonia*) esse³³⁾.“ Quoties enim sub curriculo peripneumoniaram (praesertim pleuritidum ac pleuropneumoniae erysipelaceae³⁴⁾) respiratio difficilior evadit, quam ex febre et ceteris morbi symptomatibus expectari potest; urina pauca, sedimentum purulentum vel lateritium deponens, excernitur; dolor epigastrii, anxietas et veluti suffocationis accessus, potissimum horis vespertinis urgent; aeger situm erectum quaerit, facies tumidula est; pulsus parvus et irregularis tan-

pit; quum hi spiritum neque per hanc viam emittere, neque facile attrahere queant. Ex talibus sane hi morbi oriuntur, quales sunt asthma et tabes sicca.“

31) J. P. FRANK l. c. p. 151.

32) STOERK, MONRO, SCHÖLINGER, ZIMMERMANN, BORSIERI (l. c. p. 77. in nota).

33) Acta mea clinica. Ann. II. p. 57.

34) Jam alibi (P. I. Vol. II. Cap. VI. §. XXIX. 4.) de proclivitate erysipelatis in extravasatum seriosum locus sum.

tangitur; extremitates superiores torpent et sudore, viscido cooperiuntur; thorax percussus sonum obscurum edit et tussis sicca saevit; quoties, inquam, haec observantur, toties ad *complicationem hydrothoracis acuti* (ut plurimum purulenti, aliquando cruenti) cum peripneumonia, aut ad hujus in illum *transitum*³⁵⁾ concludendum est, eoque magis, si aegra fuerit aut scrophulosa, aut chlorotica, aut puerpera. Nec silentio praetertereundum, hydropem acutum purulentum in *mediastino* evolvi posse³⁶⁾.

9. De *induratione* pulmonis inflammati at-
que ejusdem in substantiam hepatis similem con-
versione, jam locuti sumus³⁷⁾. Talis vero
conditio in pneumoniis timenda est, dum aegro-
tus mox ab initio morbi sputa copiosa rejicit,
urinam prius puriformem, serius claram eva-
ruat³⁸⁾, tandem difficillime cum gemitu et si-

Induratio
et ecchy-
moma
pulmonis.

A a 2

bilo

35) De transitu peripneumoniae in hydropem cavitatum pleurae acutum (sub incongruo saepe nomine empyematis) legendi sunt: AEMILII diss. de degenerata in empyema pleuritide. Haiderov. 1678. FRANK diss. casus viri empyemate ex pleuritide laborantis. Heildelb. 1685. LIEUTAUD Hist. anat. med. L. II. p. 302. BLEULAND vasculorum in intestinorum tenuium tunica, subtilioris anatomes opera detegendarum descriptio. Traj. ad Rhen. 1797. p. 15.

36) Cfr. Cap. XI. §. LV.

37) §. XXXII. N. 2. (75).

38) Inde intelligitur, quare dicatur in Coacis (N. 415).

bilo respirat ³⁹⁾, verba intersecta profert, mavult sedere, quam decumbere ⁴⁰⁾, sputa rejicit vel nulla, vel ichorosa, viridescencia, faciem exhibet inflatam, pallidam, lividam, sudorem glutinosum, frontem, jugulum ac pectus obducentem, stuporem, delirium ⁴²⁾ et stertorem. Similia symptomata interdum ab *ecchymomate pulmonum*, de quo supra ⁴³⁾, excitantur, quo praeterea in malo sputa admodum cruenta, ita ut pneumonorrhagiam coram habere dixeris, observantur ⁴⁴⁾. Latet tunc saepe complicatio cum morbis cordis et vasorum majorum ⁴⁵⁾.

10. *Vo-*
f

CHARTER T. VIII.): „quibus in peripneumonia urinae crassae in principio, deinde ante quartum diem tenues fiunt, letale.“

39) „Malum quoque, si nihil expurgetur, neque projiciat pulmo, sed plenus existens in gutture ferveat.“
In prognost. ed. CHARTER. T. VIII. p. 643.

40) „Erectum sedere velle in morbis acutis pulmonum perniciosum ac ferme letale: praesertim si adsit sibilus in aspera arteria et difficultas excreandi sputa. BAGLIVI l. c.

42) „Ex peripneumonia plurenitis malum.“ HIPPOCR. Sect. VIII. Aph. 2.

43) §. XXXII. N. 2. (90).

44) „Si vero, quod sursum (per tussim) educitur, spumans pituita est, vel exquisite biliosum, vel *cruentum admodum floridum*. Illud vero *cruentum aliis pejus est*.“ ARETAEUS op. c. Lib. II. Cap. I. p. 11.

45) Pulchre ait SWIETEN: „verum, ubi sputum admodum cruentum est, metus est impetu vitalis liquidi,

10. *Vomicas* raras non esse diximus ⁴⁶⁾. ^{Suppuratio,}
 Nec tamen credendum ideo est, nos illis assenti-
 tiri, qui, vel *pseudoabscessus* ⁴⁷⁾ cum vomiciis
 legitimis confundunt, vel in ea versantur opi-
 nione, ac si post *quartum* pneumoniae fortioris
 diem ⁴⁸⁾, solutio morbi, ob incipientem jam pul-
 monum suppurationem, expectari vix posset.
 Vidimus enim permultas peripneumonias ad diem
 undecimum, decimum ⁹ quartum et vigesimum
 primum productas, feliciterque, sine omni sup-
 purationis suspitione, profligatas ⁴⁹⁾. Saepius
 adhuc

tota cordis adeo propinqui vi pulsati, rumpi tenerrima
 vascula et sanguinem fundere.“ (Comment. §. 843.).

46) §. XXIII. N. 2. (11).

47) *ibid.* (70).

48) BOERHAAVE vomicam expectat: „si resolutio, ejus-
 que signa non satis cito, nempe ante quartum diem
 apparuerint.“ Aph. de cognoscendis et curandis
 morbis.

49) Quamvis HIPPOCRATES (Coac. Praenot. N. 396. ed.
 CHARTER. T. VIII. p. 875.) dixerat: „quicumque vero
 peripneumonici non repurgati sunt per sputa princi-
 pibus diebus, sed mente moti, quatuordecim dies
 effugerunt.“ — Alibi tamen hoc tempus et ad vige-
 simum secundum extendit. Ait nempe (De morb. L.
 II. C. 16. ed. CHARTER. T. VII. p. 567.): „Quodsi de-
 cimo quarto die pulmo resiccatus fuerit et per tussim
 rejecerit, convalescit; sin minus, duos et viginti dies
 observato. Si enim his diebus tussis sedata fuerit, eva-
 dit, at si non cesset, illum interroga, num sputum
 ipsi dulcius videatur; quod si dixerit, morbus annuus
 evadit, nam pulmo purulentus redditur.“

adhuc bronchitides, chronicae redditae, vanam nobis latentis jam vomicae in parenchymate pulmonis in cutiebant timorem. „Est interim, ubi sat cito inflammatio ruit, ac plures quidem, nec ab anteriori facile determinandae conditiones hunc ad exitum magis disponere videntur⁵⁰⁾.“ Conditionibus illis praesertim adnumeramus cachecticam aegrotantis constitutionem, tubercula ante pneumoniam in pulmone latitantia, et maxime neglectionem venae sectionis. Susplicamur inceptam suppurationem parenchymatis pulmonis, si symptomata pneumoniae quidem remittant, at vero non evanescant; si signa resolutionem comitantia desiderentur, ac imprimis si spirationis angustiae sine sputis, aut sine puriformi in urinis sedimento urgeant, febrisque notas hecticas⁵²⁾ exhibeat. De vomicae maturatione et ruptura atque de empyemate, alio loco⁵³⁾ quaestio abunde fiet.

Gangraena.

11. Exitus rarissimus pleuropneumoniaram et pneumoniaram, nobis tamen pluries visus, *gangraena* est. Sputa fusca, caenosa, amurcosa, nigra, livescentia, ab HIPPOCRATE jam damnata⁵⁴⁾, vulgo pro sphaceli pulmonis indicio haberi

80-

50) J. P. FRANK l. c. p. 152.

52) P. I. Vol. I. Appendix §. LXXVIII. 7.

53) Cap. X. §. LI. N. 10.

54) In prognosticis ed. CHARTER. T. VIII. p. 642. 643. et in Coac praenot. N. 390. ib. p. 874.

solent 55). Verum pluries illa sine omni pulmonis gangraena observavimus. Securiora hujus gangraenae signa sunt: serenitas mentis, sub deterrima rerum positione et cum facie Hippocratica, inopiniate restituta 56), pulsus exilis, frigus extremitatum, cessatio doloris pectoris et respiratio minus impedita. Praevidetur quodammodo gangraena pulmonis, si peripneumoniae, praesertim typhoides, in aegrotis exhaustis, arthriticis, scorbuticis, et aetate proVectis, in aëre nosocomiali, impuro, obveniant, si gravis affectio cerebri per totum morbi curriculum saevierit ac organon respirationis fere paralyticum redditum sit.

12. Bronchitidis exitus letalis potissimum *obliterationi ductuum aëris*, tum a lymphâ coagulabili, tum a concretionibus polyposis, tum a spasmo, ut videtur, inflammationis effectu, tribuendus est. Magna anxietas et spirandi angustia, cum dolore ad sternum, voce stertorosa extincta, suffocationem ex indicata causa, praesagiunt.

Bronchiorum obliterationio.

13. Ex quibus singulis periculum, quo *omni-* ^{Conclusio.}

55) SWIETEN Comment. §. 848.

56) „Pluries hoc in casu gratulantes affinibus medicos, experientia non aliter edoctos, et post non multas horas funus deplorandum fuisse novimus..“ J. P. FRANK l. c. p. 149.

omnium peripneumoniarum genera stipantur, ultro patet.

§. XXXVI,

C u r a.

De cura
generatim.

1. Peripneumonicus decumbat stragulis non nimis obtectus, in aëre temperato, neque ab adstantium numero, neque a candelis accensis⁵⁷⁾ inquinato, quiescat animo⁵⁸⁾ et corpore, si leat⁵⁹⁾, invitetur crebro ad bibendum potum illi gratum⁶⁰⁾, tepidum, parvisque haustibus sumendum⁶¹⁾, (e. c. decoctum hordei cum melle, radicis orchidis morionis cum glycyrrhiza glabra, infusum florum verbasci thapsus et papaveris rhoeados, emulsionem amygdalinam tenuem, aquam

57) Judaei polonici subintrante die sabathi in angustis saepe cubiculis tot accendunt candelas, ut aegri morbis pulmonum laborantes valde inde laedantur.

58) „Accedit, quod in validis animi affectibus semper in respiratione observetur facta mutatio, unde pulmonem directe quasi afficiunt.“ SWIETEN Comm. §. 866.

59) Medicus expertus examen aegrorum pneumoniâ vel bronchitide laborantium, ita instituere scit, ut aeger, quaestionibus nutu vel affirmando, vel negando, respondens, vix verbulum proferre, cogatur.

60) Hinc consuetudinem potui, saporis adversum *nitrum* addendi, non sequor.

61) „Parva autem copia simul sumuntur, ne largiori haustu... distentus ventriculus anxietatem augeat.“

SWIETEN Comm. §. 854.

aquam succo vegetabili, non acido, nuptam, vel si aeger omnem potum medicatum respuat, aut vomitu rejiciat, illam meram fontis ⁶²⁾) sustineaturque jusculis ex avena, hordeo, pane, amygdalis dulcibus, lacte paratis. Alvus clausa quotidie clystere emolliente ⁶³⁾ reseratur. Caeterum „curatio hujus mali varianda est pro diverso statu morbi et symptomatum, adeo ut, quod uno tempore prosit, in eodem tamen morbo, alio tempore datum, obsit ⁶⁴⁾.“ Indagari ante omnia oportet, num agatur solum de *resolutione inflammationis*, num simul de *debelloandis jam illius variis*

62) Vidi a. 1791. in Clinico Ticinensi virum gravissima peripneumoniâ laborantem, qui omnem illi porrectum potum medicatum atque tepidiusculum respuebat vomituque rejiciebat, *aquam frigidam* enixe ex petendo. Concedatur illa, aiebat Pater meus; magnum inde secutum est levamen. Ab eodem tempore sub simili rerum positione eodem pacto incedere soleo, et fateor me nunquam ab hac medendi ratione (quam non ut regulam generalem, sed ut exceptionem propono) detrimentum observasse. Caeterum potum frigidum jam dudum in peripneumonia BERTINUS (v. MARTIN. GHISI *lettere med. Let. I. p. 33.*) et DEPLAIGNE (*Recueil d'obs. de m'ed. T. 7. Juillet p. 168.*) adhibuerunt.

63) „Tanti fecit clysmata ARETAEUS, ut illa substituerit venae sectioni, si aliquod impedimentum prohiberet, ne illa in hoc morbo institui posset.“ (De cur. morb. acut. Lib. II. Cap. I. p. 94).

64) Sunt verba BOERHAAVII Aphor. I. c.

variis effectibus? Si agatur solum de *resolutione inflammationis*, pro varia morbi indole varia exposcitur medendi ratio: quaevis enim peripneumoniae species sibi, respectu tum ad febrem, tum ad partes inflammatas, vindicat medendi rationem. Si jam agatur de debellandis *inflammationis effectibus*, indicationes vigent, aut *liquidi serosi*, cruenti, purulenti, vel in cavum pleurae, vel in parenchyma pulmonum, vel in canales bronchiorum extravasati, *absorptionem*, et per varias vias *eliminationem* obtinendi, — aut *concretionem et indurationem*, quibus lympham coagulabilis ansam dederat, *solvendi discutiendique*, — aut *abscessus ad maturationem ducendi*, illos ad salutarem *rupturam* invitandi, relictumque *ulcus* ad sanationem perducendi; — *superstitem sensibilitatem morbosam* partium prius adfectarum temperandi, — *tonumque* illarum amissum restaurandi. Hoc opus, hic labor est.

C. peripneumoniae inflammato-
riae.

2. *Peripneumonia inflammatoria* methodum antiphlogisticam in toto ambitu exposcit. Potissimum adminiculum *venae sectio* ⁶⁵⁾ est. Quaeritur

- 65) CAMPEGIUS de sanguinis missione et praesertim in pleuritide. Lugd. 1532. VICTORIUS de curatione pleuritidis per sanguinis missionem. Venet. 1536. CALANI de missione sanguinis in pleuritide. Lugd. 1538. BRISSOT Apologia de incisione venae in pleuritide. Paris. 1538. CURTIUS de venae sectione in pleuritide. Venet. 1539. THRIVERIUS Corollarium super missionem sanguinis in pleuresi. Antwerp. 1544. GAVALDA

ritur *quando? ubi? quoties?* instituenda sit. — *Quando?* In *pleuritide* et *pleuropneumonia*, quoties dolor urget, inspiratio profunda et decubitus aegroto denegantur; — in *pneumonia* et *bronchitide* ⁶⁶⁾, quoties pondus ad pectus, dyspnoea et tussis miserum angunt; hinc fere in omni
peri-

Quaestio medica de pleuritidis phlebotomia. Valent. 1561. CASSANI de venae sect. in pleuritide. Venet. 1562. TRINCAVELLIUS de vena secanda in pleuritide. Patav. 1563. GOMEZ De secanda vena in pleuritide. Toledo 1577. COUSINOT Ergo in pleuritide praestantius a venae sectione quam a catharsi remedium. Paris. 1593. LAUREMBERG Diss. de venae sectione in pleuritide. Rostoch. 1607. L'EPICIER Ergo puerperae pleuriticae sectio basilicae. Paris. 1613. RULAND Utrum in omni pleuritide vena dextri cubiti secanda? Basil. 1627. ALLIOT Ergo hyemali peripneumoniae venae sectio ἡγεμονικόν. Paris. 1691. BERGER Diss. de venae sectione in pleuritide. Witteb. 1695. MONARDES de secanda vena in pleuritide v. HALLER Bibl. med. P. II. p. 79. BÜCHNER Diss. de venae sectionis, saepius in peripneumonia repetitae, usu eximio. Hal. 1753. v. HALLER Diss. P. II. p. 54. REHFELD Diss. de venae sectionis usu et abusu, in pleuritide. Gryph. 1777. ENGELHART Diss. de sanguinis detractiois usu in pneumonia. Lugd. 1790. BERENDS de recto venae sectionis in pneumonicis affectibus usu. Franc. 1806.

66) Miror plures medicos in ea versari opinione, quod bronchitis acuta minus, quam aliae peripneumoniae species, venae sectionem exposcat. Nullam hic diversitatem intercedere pulchre docuit ALBERS, v. BADHAM op. c. p. 153. N. 87.

peripneumonia notis inflammatoriis, insignita ⁶⁷). Ne a venae sectione omnino indicata absterreant vel pulsus debilis, mollis, intermittensque (nam talis pulsum conditio in pneumoniis a circulo sanguinis per pulmones inflammatos impedito, producitur; atque phlebotomia, re dubia, in praesentia medici vim arteriae explorantis instituta, pulsum emendat), vel lipothymiae (potius a timore quam a vera debilitate derivandae, facileque evitandae, si vena, lecto supine decumbente aegroto, saucietur); vel aetas infantilis, aut senilis (nam et una et altera mirifice phlebotomiam rerum positionibus accomodatam fert); vel morbi duratio (undecimo scilicet die et tardius, venae sectione vitam aegrorum salvavimus ⁶⁸));

67) „N'-a-t-on pas droit de s'étonner, par exemple, qu'un médecin tel que J. P. FRANCK (Frank) conseille sur le champ la saignée dans tous les cas de peripneumonie essentielle (vera)? (PINEL et BRUNETAU l. c. 427). — Non messieurs, il n'y a pas droit de s'étonner; car d'abord ni mon père, ni moi, nous n'honorons pas du nom de péripneumonie des affections légères de la poitrine et nous savons d'ailleurs que même lorsque les péripneumonies se présentent au commencement sous un aspect moins formidable, on ne peut pas s'y fier, et qu'en tergiversant avec la saignée l'on perd un tems précieux, que souvent il n'y a plus moyen de regagner. Je n'ai jamais eu à regretter d'avoir fait une saignée dans la péripneumonie, mais j'ai eu malheureusement à me reprocher d'avoir omis ou ajourné cette opération.

mus ⁶⁸)); vel dies critici (detractio enim cruoris ut centies vidimus, crisi nequaquam obstat); vel sudor (saepe enim symptomaticus est, vi morbi expressus, sed, etiamsi criticus foret, praesente stabilita indicatione, phlebotomiae ille non obstat); vel menstrua et lochia (quae a necessaria cruoris missione nequiquam supprimuntur ⁶⁹)); vel tandem adstantium importuna sollicitudo (debet enim ingenuum medicum firmo potius animo obluctari, quam ignarae plebeculae auram captare cum aegrotantium damno). Quoad *copiam* cruoris detrahendi, regula generalis et hoc in morbo statui nequit. Adultis a novem ad duodecim uncias detrahere solemus; et quidem audacius in pleuritide et pneumonia, quam in bronchitide. Quocumque in casu vena ita saucianda, ut sanguis cum saltu prosiliat: parum enim prodest phlebotomia, ubi cruor super cutem ad cubitum serpit et guttatim in pelvim pluit. *Ubi?* De loco, venae sectionem instituendi, his famosa inter doctos mota est ⁷⁰), quam, experientia duce, ita dirimendam ⁷¹) esse censemus, ut
in

68) Idem testantur CULLEN, J. P. FRANK multique alii.

69) Quod pluries expertus sum et jam dudum DE LA MOTTE docuit (*Traité des accouchemens. L. 2. Ch. 21. p. 224*).

70) MECKEL Hist. litis de loco venae sectionis in pleuritide seculo XVI. inprimis habitae. Halae 1793.

71) DU GARDIN circumstantiae et tempora de variis ve-

in primis morbi horis, *phlebotomiam revulsivam* *), ex vena scilicet, affecto lateri opposita
sua-

nis pleuritidis ratione secandis inter varios medicos proceres litem dirimentia 1632.

*) *Revulsionem*, ait BORSERIUS (l. c. p. 89.), in pectoris morbis nullam haberi posse, contendunt plerique. At falluntur. Nam *arteria bronchialis* vel ab aorta sub arcu ejus, vel a prima intercostalium inferiorum, vel ab intercostali superiori oritur. Sanguinis refluxus per venam bronchiale[m] et venas intercostales ad venam azygam fertur. Depletis autem axillaribus, bronchialibusque per basilicam sectam venis, sanguis uberius in respondentes arterias derivatur. Hinc minus in intercostales. atque adeo in bronchiale[m] arteriam influunt. En *revulsionem* ab ipso *pulmone*, quam nonnulli negant. Sed et *vena cava*, aliquantum hac ratione detumescens, dat venae azygae spatium, in quod se citius exoneret, facitque, ut possit ab arteriis, quae in eam desinunt, majorem sanguinis copiam et recipere et absorbere. En quomodo inflammatus tum pulmo, tum thorax a vena sive brachii, sive colli secta sublevetur? Arteria demum bronchialis communicat utique cum arteriae pulmonalis ramusculis. Ergo etiam ab his fiat *revulsio* necesse est. Sic animadvertit cl. PLACENTINUS in libro de venae sectionis usu p. 88 et 89. Cfr. FUCHS Apologia III. in pleuritide e directo partis affectae sanguinem mittendum esse Basil. 1540. CASALENUS de vena secanda in pleuritide *revulsionis* gratia. Venet. 1605. BIENDISANT non ergo pleuritidi saphenae sectio. Paris. 1674. FERRAND *lettre qu'il ne faut pas saigner les pleurétiques au pied*. Paris 1685. WIPACHER genuina ratio, cur pleuritide vera saeviente, venae sectio affecti lateris,

suadeamus; secus autem serius. Vere enim GALENUS 72) dixit: „sanguinis missio, quae e directo laborantis lateris adhibita pleuriticis fuerit, clarissimam saepe utilitatem affert, quae vero ex brachio opposito, aut omnino nullam, aut obscuram, aut certe post temporis intervallum.“ Quid? quod, edocti: „corpus vivum aliquando adfici, velut si in *binas partes* dimidias a capite ad pedes vere divisum existeret 73),“ in peripneumoniis, in utraque thoracis cavitate saevientibus, CONSILIO ARETAEI 74), HUXHAMI 75), TRILLIERI 76), FRIDERICI 77) aliorumque 78) ex *utroque*

quo-

alias derivatoria dicta praeoptanda sit. Lugd. Bat. 1756. BERTIN an in pleuritide sanguis mittendus e brachio lateris affecti? Paris. 1763.

72) Lib. de curandi ratione per se. S. M.

73) BARTHEZ Oratio acad. de principio vitali p. 16. A. 1821. in Clinico Vilnensi aegrotam gravi rheumatismo acuto universi corporis laborantem curavi. Venae sectione ex pede dextro instituta, illico dolores hoc in latere evanuerant vix in opposito imminuti. Jussi hinc, et ex latere sinistro sanguinem detrahi. Ecce illico et hic cruciatus evanuerunt, ad convalescentiam perducta aegrot.

74) De cur. morb. acut. Lib. II. Cap. I. p. 94.

75) Opp. T. II. Cap. 2. p. 168.

76) l. c. p. 20.

77) l. c. Cap. XI.

78) Mr. HUSSON, professeur de clinique à l'hôtel. Dieu de Paris, cette année même a suivi avec avantage cette

quoque brachio uno eodemque tempore sanguinem detrahimus. — „Quodsi tanta videatur pulmonum repletio, ut non solum inspiratio multum laboret, verum etiam sanguinis e capite reditus retardetur, inhibeaturve, ideoque venae jugulares turgeant, facies cum livore rubeat, inexplicabilis anxietas cum pulsu obscuro et depresso, delirioque accedat, non suppetit praestantius auxilium, quam alteram ex jugularibus incidere et aperire. Sectio haec quam citissime caput relevat, et propius a pulmone revellit, venam azygam, atque adeo venam bronchiale exonerando 79).“ Quoties vena tundenda sit, arduum est determinare. Abusus omnis generis quondam testis et actor 80), mediam nunc viam sequimur, toties phlebotomiam celebrando, quoties verum positiones, primam sanguinis missionem

méthode dans le péripleumonies très intenses.“ (PINEL et BRIONETAU l. c. p. 430).

79) BORSIERI l. c. p. 88.

80) A. 1789. 1790. Ticini, undecim, quindecim, et ultra venae sectiones in peripneumoniis tum a Patre meo, tum a Dr. RAOOR institutas vidi (enormis erat funerum numerus), — contra annis 1798. 99. 800. in Clinico Vindobonensi et in parte Nosocomii universalis ejusdem metropolis raro vel una phlebotomia illo in morbo locum obtinuit. (Minor erat funerum numerus, saltem respectu illorum, qui immediate ex peripneumoniis obierunt). Cfr. PINEL et BRIONETAU l. c. p. 429. et BORDEU traité du tissu muqueux p. 218.

nem exposcentes, perseverant et illae a *mera adhuc inflammatione* ⁸¹⁾ repeti possunt, atque genuina debilitas non obstat. Nemo enim inficias ibit, viribus ad morbum debellandum necessariis parcendum, et naturae ad salutare suas operationes absolvendas debitum tempus concedendum esse. Hoc imprimis tunc valet, ubi morbus debitam inire incipit viam, quod cognoscitur: „dum febris moderata est, respiratio vix laborat; sputum protinus ab initio flavum, et striis sanguineis intermixtum libere prodit, aut urina hypostasim albam copiosamque deponit; aut biliosa multa alvo egeruntur, et cutis universa sudore perfunditur, atque hinc pectoris gravitas, aut dolor ita remittitur, ut inflammationem resolvi pateat ⁸²⁾.“ Duae tresve venae sectiones ad peripneumonias mediocres abigendas nobis sufficere solent ⁸³⁾, sed et ad fortissimas debel-

81) Dyspnoea sane eousque venae sectionem indicat, quousque illa originem ex inflammatione pulmonis trahit. Quodsi vero dyspnoea ortum duceret vel ex hydrope cavitatum pleurae vel ex induratione parenchymatis, phlebotomiae indicatio valde circumscripta foret.

82) BORSIERI l. c. p. 91.

83) „ . . . dans beaucoup de cas, une ou deux saignées nous ont suffi pour favoriser la resolution des graves péripneumonies: tandis que à notre connoissance, un plus grand nombre n'ont pas empêché l'hépatisation de se développer.“ PINEL et BRIGETAU l. c. p. 431.

Frank Prax. II, 2.

Bb

debellandas, viginti annorum curriculo fere nunquam necessitas, ultra quinque phlebotomias instituendi nobis se obtulit. Indicatio venae sectionem iterandi, haud semper ex emolumento a prima phlebotomia obtento, desumi potest; constat enim saepe dolorem febremque a prima venae sectione augeri potius quam diminui⁸⁴⁾. Nec praesentia vel absentia *crustae* sic dictae *inflammatoriae* de necessitate venae sectionem iterandi vel omittendi inservire potest: scimus nimirum talem crustam a plurimis positionibus verum accidentalibus oriri⁸⁵⁾. Nihilominus cum maximo medicorum numero, corium pleuriti-

84) J. P. FRANK l. c. p. 160.

85) GATTENHOF diss. de crusta inflammatoria sanguinis. Heidelberg. 1766. HEWSON *experimental inquiry into the properties of the blood with remarks on some of its morbid appearances* v. *Philos. Trans. for the year 1770. Vol. LX.* p. 368. 384. et 1772. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. B. 2. St. p. 3 et 4. 2. B. 2. St. p. 325. LEVELING *Disquisitio crustae inflammatoriae ejusque mire variantium phaenomenorum.* Vind. 1772. KRAUS *Diss. de natura crustae inflammatoriae.* Prag. 1773. BAERTS *Diss. de natura sanguinis inflammatoria, inprimis de crusta phlogistica et spissitudine, quae vocatur inflammatoria.* Harderov. 1782. HARTMANN *Diss. super crustae inflammatae origine.* Traject. ad Viadr. 1787. BRETSCHNEIDER *Commentatio de generatione crustae sic dictae inflammatoriae secundum mentem Hewsonii.* Jen. 1788. DETHARDING *de generatione crustae sic dictae inflammatoriae.* Jen. 1788.

riticum, pro signo, peractam saltem venae sectionem revera indicatam fuisse, accipere solemus. Fracto impetu inflammatorio febris, superstita tamen dolore pectoris, et virium conditione ulteriori phlebotomiae adversante, praesertim dum aeger est robustus, rusticus, miles, *cucurbitulis scarificantibus* octo, decem, duodecim, pectori aut dorso admovendis, locus est ⁸⁶). Cavendum ne aeger forte sudans inde frigus suscipiat. Feminis aut hominibus delicatis, item infantibus, sub allata rerum positione, potius *hirudines* inter costas, vel si aeger fuerit haemorrhoidarius, circa anum, vel si congestiones ad encephalum cum sopore aut delirio urgeant, circa caput, applicandae sunt *). Cave vero, ne credas, hujus-

B b 2

ce-

86) Laudant cucurbitulas FONTANUS respons. et curat. med. L. I. p. 52. WILLIS Pharm. rat. Sect. I. C. 9. p. 106. RIVERIUS Prax. med. L. VII. C. 2. p. 250. DOLAEUS Encycl. med. L. IV. C. 3. p. 287. Contra THEOPHRASTUS; ait nempe: „Der Rath zum Schröpfen ist nichts anders als eine Galgenfrist, ist gut Milderung halber, nicht wegen Heilung; Schröpfen hat weder süßes noch saures in ihm; allein, daß die Gewohnheit bringt und giebt.“

*) §. XXXII. N. 2. (96). Agitur de re magni ponderis, de fuga scilicet multorum symptomatum generis nervosi, quae saepe pro typhodibus habentur ac excitantibus remediis curantur, certissima inde subsequente morte, cum tamen aeger, si vera causa illorum symptomatum, congestio videlicet ad encephalum,

cemodi evacuationes posse venae sectionis vices agere, nam, hac operatione indicata, evidenter nocent, verisimile affluxum sanguinis ad partem affectam promovendo. Quamobrem si agatur de tenero pusione, in quo phlebotomia difficulter locum haberet, hirudinem unam alteramve potius venae medianae, quam ipso pectori, admovere solemus. Effectum evacuationum sanguinis sustinemus usu interno *nitratiss potassae*, adultis nycthemeri spatio a drachma una ad drachmas duas ⁸⁷⁾ in vehiculo mucilaginoso e. c. vel decocto radicum *althaeae officinalis*, *orchidis morionis*, herbae *malvae rotundifoliae*, seminum *lini usitatissimi*; vel in emulsione *amygdalina*, vel in solutione *gummi mimosae niloticae*, addito syrupo pro re nata *adanthi capillorum veneris*, *althaeae*, *violarum*, *papaveris rhoeados*, *glycyrrhizae glabrae*, aut *melle*, porrigendi. Non sustinent, sed destruunt effectum evacuationum sanguinis, qui intus pharmaca calefacientia, irritantia et excitantia exhibent. Verum non ignorantum, sub usu nitri, praesertim feminas in gravem saepe cardialgiam et anxietatem, ac aegros, quorum alvus nimis libera est, in diarrhoeam,

rite cognita, et hirudinum ope ablata fuisset, inter vivos servari potuisset.

87) MARCUS, omnis generis abusui addictus, nitrum ad unciam intra horas quatuordecim adhibebat. v. *Magazin für specielle Therapie*. 2. B. p. 336.

rhoeam, sputa supprimentem, incidere. *Muriatcm ammoniac* tunc in nitri locum, eadem dosi, substituimus ⁸⁸). Nisi haec pharmaca, simul cum clysteribus, ad alvum liberam tenendam sufficient; sal aliquod medium (c. c. *sulphas sodae* aut *tartras potassae et sodae* ad drachmas duas tresve) laudatis decoctis additur ⁸⁹), cavendo tamen, ne tumultuose evacuent ⁹⁰). Scopus enim hujusmodi evacuationum, quae ut levissima sint oportet, est mere antiphlogisticus. Morbo sic ad rectam viam perducto, ac solummodo tempore, ad plenam illius fugam, requisito, vix pharmacis amplius opus est. Interea cum abstinencia ab illis vel aegroto, vel affnibus, displicere posset, cumque aliunde posside-

88) R. Salis ammoniaci, succi liquiritiae àà drachm. un. Ebulliant c. s. q. aquae fontis ferv. ad col. librae unius. D. S. Capiat omni secunda quaque hora uncias duas. R. Salis ammon. drachm. unam. Gummi arabici dr. tres. Mellis unciam unam. Coque c. s. q. aquae per aliquot horae momenta. Colatura librae unius. D. S. ut supra.

89) Purgantia leniora jam dudum in peripneumoniis usurpata fuere testantibus ALEX. TRALLIANO Lib. II. C. 3. ROUSSELET Ergo pleuritidi utraque evacuationia. Paris 1579. LANDRIEN Ergo pleuritidi inferre in principio lenior purgatio. Paris. 1656. DUVAL Ergo catharsis pleuritidi. Rom. 1677.

90) Procedente sputo purgationem noxiam esse, inter alios docuit ZACUTUS LUSITANUS Prax. admir. Lib. I. Obs. 107.

sideamus auxilia, quae plus minus ad tussim leniendam et quodammodo ad sputorum secretionem promovendam valeant; ad *becchica* praesertim in pneumonia et bronchitide, confugere solemus⁹¹⁾; „gulam enim rigando ob communem tunicam et laryngem rigant⁹²⁾.“ Ob ipsam hanc communitatem inter cutem et pleuram, membranamque bronchia investientem intelligitur, cur et *emollientia externe*⁹³⁾ thoraci in peripneumoniis admota aliquod levamen afferant. Utut sit, non nocent, ac aegrotis et adstantibus medicum activum desiderantibus placent. Loquimur non quidem de *balucis*⁹⁴⁾ sed, aut

91) R. Olei amygdalarum dulcium recentis, mucilaginis gummi arab. et syrupi althaeae àà unciam un. Aquae fontis uncias sex. Cöchleatim sumatur. Et simplicia decocta emollientia ut *becchica* inserviunt. Aliis cura fuere *becchica* ex melle rosarum solutivo cum butyro recenti (LUDOV. SEPTALIUS Animadv. med. p. 127); ex manna cum oleo amygdalarum dulci, ex spermate ceti (WEDEL l. c. et DE MAGNY an spermaceti narcoticis socialium remedium in pleuritide praestantissimum); ex oxymelle (CIGLIANI Epist. de oxymellis usu et viribus in pleuritide. Tigur. 1592).

92) SCHNEIDER L. III. de catarrho. C. 5. p. 537.

93) STOLL Rat. medendi. Vol. III. p. 93. 97. Vol. IV. p. 72.

94) Quamvis HIPPOCRATES illa suaserit, attamen nunquam ausus sum peripneumonicos balneo committere. Audacior fuit cl. HORN balneum calidum suadens op. c. p. 223. Item AIBERS in HUFELAND's Journ. 27. B.

aut de *pannis laneis* in lacte, cui sapo adjectus est, madefactis, aut de *spongia* decocto malvae imbuta, aut de *vesica* oleo vel lacte semiple-na⁹⁵⁾, aut de *cataplasmate* seminum lini, aut de *unguento althaeae*, aut de *oleo hyoscyami*, tepide extrinsecus locis dolentibus et hypochondriis, si tensa fuerint⁹⁶⁾, admotis, saepeque, ne frigescant, renovatis. Locis remotis, inprimis tempore exacerbationum, *sinapismos* admovemus. *Frictiones* fortes extremitatum superiorum⁹⁷⁾, non tentavimus. In bronchitide et bronchio-peripneumonia proveciori interdum *vapores* ex aqua, cui manipulus florum sambuci nigrae adjectus fuit, elicit, iique infundibuli, vel machinae *Mudges* ope, repetitis vicibus inspirati, sputa promovendo, conducunt. Haud raro vero inde angustiae et irritatio augentur, quod semper timendum foret, si consilio aliorum vapores cum

St. p. 117. DE LA VERNIERE v. MARCARD v. *Bä-
dern* p. 110. (venae sectionem in ipso balneo instituit).
VELASQUEZ OJEDA *Discurso medico, que persuadee de-
berse poner en practica los baños generales de agua ti-
bia para la curacion de las pleuresias. Mem. acad. de
la R. Soc. de Sevilla. T. I.*

95) HEISTER *Wahrnehmungen. N. 83.*

96) BOERHAAVE *Aph. §. 852.*

97) PORTAL commendat in *Mém. sur la nature et le
traitement de plusieurs maladies. Vol. 2. p. 70. v. Samml.
auserl. Abh. f. pr. Aerzte. 20. B. p. 53.*

cum ammonia ⁹⁸⁾, vel cum aceto ⁹⁹⁾ adhiberentur.

C. peripn.
traumati-
cae.

3. Methodus peripneumoniae inflammatoriae medendi, quodammodo et *traumaticae* quadrat. Quodammodo inquam, nam hic solum de delenda diathesi inflammatoria ut morbi effectu agitur. Neque semper effectus injuriarum externarum adeo inflammatorius est, ut illi methodus antiphlogistica in toto ambitu opponi deberet. Constitutio et aetas aegrorum, anni tempus et morbi duratio, praegressa in vulneribus thoracis spontanea cruoris jactura, plurimaeque aliae rerum positiones, limites methodo antiphlogisticae statuunt. Vulnera et contusiones thoracis, fracturae et luxationes costarum, aliunde secundum chirurgiae regulas curandae sunt. Sane hic interdum *fomenta frigida* ad thoracem, locum invenire possunt ¹⁰⁰⁾, quae in omni alia peripneumonia cane et angue magis fugienda sunt ¹⁾.

Sub

98) Act. N. Cur. Vol. V. Obs. 30.

99) CHALMERS *on the weather and diseases of South-Carolina*. Vol. II. p. 106.

100) Commendantur a HIPPOCRATE περί τῶν ἐν τῷ θώρακι
v. opp. p. 535.

1) Nescio, quo pacto REIL de fomentationibus frigidis dicitur potuerit: „wir können sie anwenden, wenn der Athem heftig (!), der Andrang des Bluts zur Brust heftig (!) und Aderlasse nicht mehr statthaft sind.“ l. c. p. 548. Ceterum casus non reticendus hominis, ex petechiis et pleuritide vera deliri, nocte hyemali in fluvio innoxie se lavantis (Act. N. C. Vol. 10. p. 231).

Sub virium jactura flores *arnicae montanae* tentandae sunt. Corpore extraneo bronchiis illapso in primo morbi limine *emeticum* exhiberi posset, tardius inflammationi potius occurrendum, ac rejectio corporis extranei naturae committenda. Si bronchitis vaporibus acribus inspiratis originem deberet, plus quoque a methodo antiphlogistica, quam ab antidotis (quae potius irritando partes inflammatas, quam in venenum, quod aggredi deberent, agunt), expectandum foret. Interea si bronchitis a vapore quodam acido orta esset, spongia, aqua tepida, cui ammoniae modica portio instillata fuerat, imbuta, coram ore poni posset.

4. *Peripneumonia rheumatica* plane ut inflammatoria curatur. Solum, si in pleuritide et pleuropneumonia, praemissis evacuationibus sanguinis universalibus et localibus, iisque ut decet repetitis, dolor vel fugax ad varias thoracis aut universi corporis partes migraret, vel fixus locum, quem sibi ab initio elegerat, pertinaciter detineret; *vesicatorio* *), aut alio pharmaco irritanti 3), ad partem adfectam, locus foret. In

pneu-

C. peripn.
rheumati-
cae.

*) CASIM. MEDICUS *med. Beob. in Abh. d. Baierisch. Akad. 2. B. 2. Th. p. 299.* RICHARD in *Annal. de la soc. de med. pract. de Montp. T. 43. p. 238.*

3) e. c. sinapismus, sal culinare, unde CELSUS: „Prodest etiam impositus super pectus sal bene contritus, cum cerato mistus; quia leviter cutem erodit, eoque

pneumoniis et bronchitide, ut infra fusius tradetur, vesicatoria scopo potius effectus inflammationis abigendi, quam in ipsam inflammationem agendi, propinare solemus. Ex quibus singulis colligitur, vesicatoria nullo in casu ad auxilia, initio peripneumoniarum accommodata pertinere, de quo argumento legantur TRALLES⁴⁾ et TRILLER⁵⁾. *Fonticuli*⁶⁾ nimis lente agunt, quam ut in peripneumoniis, saltem acutis, adhiberi possent. Si peripneumoniae rheumaticae, in crisi per sudores absolvenda, segnes forent, methodo leniter *diapnoicà* succurrendum. Quo scopo inseruiunt vel liquor *acetatis ammoniae***), vel *tartras stibii et potassae* 7).

C. peripn.
gastrica-
rum.

5. *Peripneumoniae gastricae*, unam alteramve venae sectionem, vel saltem applicationem cucurbitularum scarificantium et hirudinum ad loca affecta, raro respuunt. Si vero cruoris iactura vires frangeret, et hypochondrium dextrum

impetum materiae, qua pulmo vexatur, evocat. L. IV. C. 7.

4) De usu vesicatoriorum in febribus acutis.

5) l. c.

6) RANOE in Act. soc. Reg. med. Havn. Vol. I. p. 459. Obs. 9. (*Peripneumonia fonticulis sanata*).

**) R. Decocti radicum althaeae libr. unam. Spiritus MINDERERI unciam semis. Syrupi sambuci unciam unam. D. S. Cap. omni 2 hora vasculum semis.

7) R. infusi florum Sambuci lib. unam. Tartari emetici gr. j. syrupi simplicis unc. unam. D.

trum liberum foret, praemissis lenibus resolventibus, ad *emeticum* confugiendum. Sic suadent omnes qui de peripneumonia gastrica scripserunt auctores ⁸⁾, sic suadet in specie BÖRDEU ⁹⁾ sicque suadet et nostra experientia. Vidimus nempe pleuritides et pleuropneumonias, quae ob aestum, viriumque jacturam, transitum in febrem typhodem atque ob gravem pectoris affectum, illum in pneumonias et bronchitides minabantur, exhibita solutione tartratis stibii et potassae, qua vomitus, alvus et sudores movebantur, brevi ad statum convalescentiae perductas. Praesente diarrhoea, radicis *cephaëlidis ipecacuanhae* ope, vomitus ciendus est. *Acidis*, nisi forte *vegetabilibus* admodum dilutis, hic ob tussim, quam excitant, minus ac in aliis morbis gastricis locus est ¹⁰⁾. In peripneumoniis verminosis, praemissis

indi-

8) §. XXXIV. N. 20. (31—40). Cfr. BANDE DE LACLOY, an in inflammationibus pulmonum etiam cum sputo cruento aliquando emeticum. Paris. 1741. JACQUES diss. ergo peripneumoniae putridae vomitoria. Paris. 1752. MAGNOL an raro peripneumoniae vomitorium. Monsp. 1754. LEROY ergo in inflammatione pulmonum etiam cum sputo cruento aliquando emeticum. Paris. 1774. CALLISEN in Act. R. S. med. Havn. Vol. I. p. 60. FISCHER in HUFELAND's Journ. 10. B. 4. St. p. 106. ADOLPHI de singulari vomitoriorum in pleuitide ac in peripneumonia utilitate. (Act. acad. nat. cur. Vol. X. p. 40).

9) *Recherches sur le tissu muqueux.*

10) Legi de his meretur BORSIERI l. c. §. 140.

indicatis evacuationibus sanguinis, pharmaca dulcia evitanda, alvus vel per *calomel* vel per emulsionem ex oleo *ricini americani* paratam ¹¹⁾ aperienda, et illius efficacia infuso seminum *artemisiae judaicae* sustinenda.

C. peripn.
intermittentis.

6. *Peripneumoniae periodicae*, ut febres intermittentes perniciosae curantur. Sicuti vero hae febres, varias ob complicationes, antequam ad cinchonam pervenire licet, methodum pro re nata aut antiphlogisticam, aut antigastricam interdum exposcunt; ita et illae peripneumoniae. Tres paroxysmi aliunde ad diagnosin confirmandam requiri solent, quibus vigentibus debitae evacuationes cruentae ¹²⁾ non negligendae. Eo securius dein *cortex* porrigitur.

C. peripn.
arthriticae.

7. *Cura peripneumoniae arthriticae* orditur *venae sectione ex pede*. Succedit *evacuatio sanguinis localis*, circa thoracem. Intus decocta *mucilaginosa*, cum *nitrate potassae*, exhibentur. Simul extremitates inferiores *pediluvii* acrioribus, aut *epispasticis* irritantur. Fracto sic morbi impetu, naturae tempus, salutare operationes moliendi, plus adhuc quam in reliquis peripneu-

moniis

11) R. olei ricini non rancidi, mucilaginis gummi arabici ââ unciam semis. Affunde aquae fontis uncias quinque. Adde syrupi simplicis drachmas duas. M. D. S. (infanti sex annorum.) omni hora cochl. majus.

12) MARCUS *Magaz. f. specielle Therapie.* 2. B. p. 336

moniis concedendum. Si aeger annosus victui fuerit lauto adsuetus, et vires deficient, diaeta minus severa imperatur, concessis jusculis carnis cum ovis sorbilibus, nisi febris inde invalescat. Praeterea primarum viarum summa ratio habenda. Illis, sine virium dispendio et quominus id fieri potest, purificatis, urinae evacuatio sollicitanda, quo scopo infusum stipitum *solani dulcamarae* ¹⁴⁾, egregie inservit. Si sudores morbum praecipue sublevare videantur; illi ope *tartratis stibii et potassae* sustinendi. (De usu *vesicatorii* jam dictum est ¹⁵⁾). Quod si, terminato morbi curriculo in uno thoracis latere, novus illius paroxysmus in altero in conspectum veniret; in quantum vires id permittunt, ad methodum antiphlogisticam iterum recurrendum. Imminuto inde morbi vigore, tota illius fuga aetate matura exspectanda; quae si deficeret, quid aura *camphorata* ¹⁶⁾ aliaque mox indicanda auxilia valeant, experiendum est.

8. *Dum*

14) R. Radicum althaeae drachm. tres. Coque c. s. q. aquae fontis, per quartam horae partem; sub fine infunde stipitum dulcamarae drachm. duas. Stent in digestionem, quâ frige facta colaturae unciarum quatuordecim adde nitri drachm. unam. Syrupi violarum unciam unam. Cap. secunda hora vasculum semis coffeanum.

15) N. 4.

16) R. Camphorae rasae granum unum. Mucilaginis gummi Arab. syrupi althaeae ââ unciam unam. Aquae

C. peripn.
typhodis. 8. *Dum peripneumoniae typhodes* epidemice grassantur, ope phlebotomiae sic dictae exploratoriae inquirendum, num venae sectionem ferant nec ne? ut plurimum phlebotomia mature ¹⁷⁾ et ex pede ¹⁸⁾ instituta prodest. Sin minus, saltem *cucurbitulis* aut *hirudinibus* ad thoracem locus erit ¹⁹⁾. Imminuta sic affectione pectoris,

fontis uncias novem. M. D. S. omni 2da hora duo cochlearia majora.

17) DODONAEUS (l. c.) de epidemia a. 1557. ait: „quibus sanguis vel primo vel altero die detractus, evaserunt, quarto aut quinto sanitati restituti. Quarto autem vel quinto sanguinem detraxisse nil profuit, morbo jam confirmato.“ De altera anni 1565. inquit: „necesse erat in hac mox primo aut altero die sanguinem detrudere: quando cessatum est, nulla salutis aut vitae spes reliqua erat.“

18) Saltem ROZIERUS (*Traité des maladies de la poitrine* p. 65.) asserit, GESNERUM observasse in pleuriticis epidemicae et malignae speciei sanguinis missionem e brachio inutilem, e pede vero plurimum salutarem fuisse.

19) Pulchre BORSIERI l. c. §. 127. „Interdum accidit ob celerem virium vitalium lapsum, qui sanguinis missionem in *malignis* praesertim subsequitur, ut vena, quousque opus esset, secari non possit, aut peculiaris aegri, aut epidemicae constitutionis conditio eam non ferat. Tunc post primam vel alteram levio-rem sanguinis missionem, vel etiam continuo ab initio expedit, *cucurbitulas* tam siccas, quam scarificantes dorso et pectori admove- re, aut hirudines haemorrhoidibus, in iis praecipue, qui earum fluxui

ctoris, febris secundum indicationes in cura typhi stabilitas ²⁰⁾ curanda. *Emetico* ²¹⁾ praemisso sese commendarunt, radix *polygalae senegae* ²²⁾, *serpentariae virginianae* ²³⁾, *serum lactis vinosum* ²⁴⁾, *spiritus fuliginis* ²⁵⁾, *opium* ²⁶⁾, maxime *camphora* ²⁷⁾ atque *moschus* ²⁸⁾.

9. Prae-

assueti sunt, applicare; et tantum sanguinis haurire, quantum ferant, et urgens morbi vis requirat.“

20) P. I. Vol. I. Cap. IV. §. LV. N. 31.

21) BERTHONNÉ in *Journ. de méd. T. VII.* p. 295.

22) Vide infra. N. 16.

23) J. P. FRANK l. c. p. 170.

24) J. P. FRANK l. c. p. 170.

25) Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. 7. Obs. 218. RIVERRIUS Obs. Cent. II. N. 79.

26) SARCONE (l. c. 1. B. p. 159.) contra summum lateris dolorem pleuriticum opium adhibuit. Cfr. infra N. 14. ubi verae pro opio indicationes stabiliuntur.

27) BAGLIVI l. c. praec omnibus *camphorae* laudes canit; ac re quidem vera cum gaudio illius effectum in peripneumoniis recordor. A grano uno ad grana tria, secunda quaque hora, cum pulvere gummi Arab. et saccharo, illam adhibere soleo. Aliquando majores doses conducunt. Sic decumbebat a. 1798. in nosocomio Vindobonensi vetula cum peripneumonia typhode. Erant illi pulsus diffluens, extremitates frigidae, sudore viscido coopertae, facies livida, et respiratio stertens. Deglutitio impedita videbatur, quamobrem ad clysteres cum *camphora* confugi. Quivis clyster drachmam unam *camphorae* continebat. Ecce custos per errorem utrosque clysteres ore sensim ac sensim ingessit. Postridie ambo, aegra et custos,

C. peripn.
complica-
tarum.

9. Praecepta hucusque tradita *complicationibus* adaptare haud arduum erit. Retineatur eolum animo, quod, quo magis malorum complicatio urget, eo magis, fracto morbi impetu, cunctandum est.

De cura
reliquia-
rum.

10. Quodsi cura, scopo resolutionem inflammationis obtinendi, adhibita, votis non succedat; criscos indicia desiderentur, et symptomata transitum inflammationis in exitum unum alterumve designantia obveniant; novae plane indicationes stabiliendae, atque anterioribus alligandae. In exitibus enim peripneumoniarum debellandis, semper indolis morbi praegressi memores esse juvat.

C. hydro-
pis cavitatum
pleurae, mediastini
et oedematis
pulmonis.

11. Quamobrem si *liquoris in cavitates pleurae, vel mediastini, aut in parenchyma pulmonum extravasati* compareant signa, regulae hydropi medendi³¹⁾ rerum positionibus sic accommodandae, ut diuretica, quae indoli peripneumoniae

effectum miraculosum pharmaci decantabant, — atque illa revera ex orci faucibus erepta erat. Camphorae in peripneumoniis malignis usum laudant porro REIL l. c. p. 547. HORN l. c. p. 207. 209. 309. THOMANN *Annal. Würzeb. T. II.* p. 85. 120. Cfr. HUFELAND'S *Journ.* 1. B. p. 434. 3. B. p. 54. 24. B. 1. St. p. 166.

28) Praesertim in bronchitide typhode miracula vidi. Moschum praeterea in pleuritide commendat BANG (in Act. reg. soc. med. Havn. Vol. I. p. 10.), in pneumonia (REIL l. c. p. 546. et HORN l. c. p. 209).

31) P. I. Vol. II. Cap. XLI. §. CLXXII. N. 4.

moniae quadrent, eligantur. In usum hunc deducuntur, si morbi initia fuerint inflammatoria, *nitras potassae*, *foliaque digitalis purpureae* ³²⁾; si rheumatica et arthritica, *stipites solani dulcamarae*, *vesicatoria*, — si typhodis, *radices scillae marinae* *) aut *ononidis spinosae*; — quae ultima auxilia locum quoque obtinent, dum abusus methodi antiphlogisticae liquori extravasato ansam dedit.

12. *Ecchymomati et indurationi pulmonis* C. indurationis. atque *obliterationi bronchiorum* opponimus, scopo, 1° vasis secernentibus frenum injiciendi, — *folia digitalis purpureae*; 2° actionem vasorum lymphaticorum excitandi, — *mercurium*; 3° bronchiorum energiam ad sputa rejicienda promovendi, — *antimonium*; et 4° omnia emunctoria aperiendi, — *radicem polygalae senegae*.

13. Qui, *digitalem purpuream* in peripneumoniis vices venae sectionis agere posse, credunt ³³⁾, valde errant. Pertinet illa nihilominus ad

32) Infusum ex scrupulo ad colaturam librae unius, addita drachma nitri et uncia syrupi ononidis.

*) Oxymel scillae, ad unciam unam, cum libra decocti ononidis spinosae ex uncia radicis parati.

33) RASORI dell' azione della digitale sul sistema vivente. v. *Annali di scienze e lettere. Vol. 2. p. 189.* BRERA *Rapporto de' risultati ottenuti nella Clinica di Padova 1809.* CUMINGO in *med. and phys. Journ. Vol. XII. p. 113.* v. *Abh. f. pr. Aerzte. 23. B. p. 554.* DRAKE in *medical contributions* v. KÜHN *phys. med. Journ. 1800.*

ad potiora auxilia, dum peractis phlebotomiis debilitas repetitioni illarum obstat, — dum pulsus cum peculiari duritie micat, aut irregularis est, — dum sputum praeter modum cruentum rejicitur, — dum signa extravasati in encephalo facti ingruunt, — dum dyspnoea (non ex sola bronchitide orta ³⁵), regimini antiphlogistico rebellis, urget, ac suffocationis metum injicit. Hoc ultimo in casu, conspicua digitalis requiritur dosis ³⁶).

Mercurius.

14. Si in *pneumonia* post primum morbi impetum, tempore, quo sputa copiosiora evadere deberent, illorum copia potius decrescat, invalescente simul respirationis difficultate; — sique praeter pulmonis inflammationem, affectio hepatis

p. 583. STRINGHAM in *med. repository*. Vol. 4. HEUSINGER in HORN'S *Archiv f. med. Erfahr.* 1811. Sept. p. 358.

35) In bronchitide acuta, a digitali non solum nil boni, sed potius id mali, quod sputa magis magisque supprimebantur, conspexi. Convenit hoc meum de usu digitalis in bronchitide acuta judicium cum illo BADHAMI l. c. p. 166. Aliter sentit ALBERS ib. nota 97.

36) Nemp̄ infusum ex drachma semis ad drachm. unam foliorum ad colaturam unciarum sex. Omni hora cochl. duo. Minori in malo sic praescribo: R. Foliorum digitalis purpureae scrupulum unum. Infunde c. s. q. aquae fontis. Stet in digestionem, qua frige-facta adde nitratis potassae drachmam unam. Colaturae librae unius adde syrupi simplicis unciam unam. M. D. S. Capiat omni bihorio vasculum semis.

patis lateat, *mercurius* sub forma *calomel*³⁷⁾ saepe prodest. Obstant illius usui aetas valde provec-ta, gingivae labefactatae, tubercula pulmonum et vomica. Si sub usu calomel alvus cum detri-mento rueret; unicuique illius dosi granum unum *pulveris Doveri* adjicitur. Connubium enim cum *opio puro*³⁸⁾ hîc non conducit³⁹⁾. Nec calomel in bronchitide commendare possu-mus⁴⁰⁾.

15. Quousque in peripneumoniis status in-
flammatorius viget, optimum sane expectorans
venae sectio est; unde pulchre J. P. FRANK:
„Tantum vero abest ut sanguinis hoc in morbo

Antimo-
nium.

C c 2

libe-

37) Alia praeparata, ut m. solubilis HAHNEMANNI, quem proponunt RADEMACHER (in HUFELAND'S *Journ.* 10. B. 2. St. p. 77. 107), MOST (ibid. 8. B. 3. St. p. 105.), quoniam statui febrili corporis non quadrat, nimisque irritat, haud arridet. Calomel commendando aliunde convenio cum WRIGHT in *med. facts and obs.* Vol. 7. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 18. B. p. 606. HUFELAND'S *Journ.* 3. B. p. 185. REIL l. c. p. 546. ROBERTSON v. *Med. and phys. Journ. by FOTHERGILL and WANT* 1815. *March.* Dosis, granum unum omni secunda hora.

38) Proposuit THOMANN *Annales Würceb.* Vol. II. p. 6. et SACKENREUTER in *Allgem. med. Annalen* 1811. März p. 240.

39) Febris augetur, lingua fit arida, sputa omnino sup-primuntur etc.

40) Sic quoque sentiunt BADHAM (l. c. p. 165.) et AL-BERS (ibid. Not. 95.).

liberali detractone, sputorum supprimatur desiderata tantopere ejectio; ut melius in eodem *expectorans* non habeatur, quam venae sectio, remedium utique in solo inflammationis moderamine, non in irritante vel antimoniali vel scilicet vel alio medicamento tenacis lymphæ in pectore pendeat resolutio⁴²⁾. “ Contra vero si impetus inflammatorius provectori in morbo sedatus sit, et pulmones, praecipue bronchia⁴³⁾, inertiam laborent: tunc enim sic dicta expectorantia (per virtutem, quâ gaudent, nervos pneumogastricos, quos ventriculus cum systemate respirationis communes habet, specificè vellicandi?) rejectionem lymphæ coagulabilis evidenter promovere solent. Inter expectorantia eminent *antimonium*. Exhibetur aut *oxydum stibii sulphuratum aurantiacum*, aut *oxydum stibii sulphuratum rufum*⁴⁴⁾, aut *vinum antimoniale HUXHAMI*⁴⁵⁾,

aut

42) l. c. p. 162.

43) Experientia mea, expectorantia maxime in bronchitide prodesse, docet. Idem ex ВАРНАМИ cit. op. (p. 158.) elucet.

44) R. Sulphuris aurati antimonii aut Kermetis grana quatuor. Gummi arabici scrupulum unum. Sacchari scrupulos duos. M. fiat pulvis. Divide in XII. p. aequ. S. omni 2 hora pulverem capiat.

45) Decocti radices althæae libram unam. Vini antimonialis HUXHAMI (dispens. Rossici) drachm. unam. Syrupi althæae unc. unam.

aut *tartras stibii et potassae* 46), tamen non ad vomitum usque 47). *Vesicatorium* largum, pectori superimpositum, vires antimonialium adjuvat; saltem istiusmodi auxiliorum ope, plures bronchitide laborantes et suffocationi proximos, ex orci faucibus eripuimus 48).

16. Viribus in *pneumonia et bronchitide* fra- Polygala
senega.
ctis, pulsu molli debiliq̄ue, urina et sputis paucis facieq̄ue non accensa, ad decoctum *radicis polygalae senegae* confugiendum 49). Flores *arnicae*

46) Ad granum unum in vehiculo librae unius, e. c. infusi sambuci.

47) Nunquam in tam provento morbo emeticum praescribere ausus sum. Sicuti non auderem vel in recenti pleuritide inflammatoria adhibere; ut ACKERMANN (Pr. usus emeticorum in pleuritide vera inflammatoria egregius, obs. Kilon. 1782.) proposuit.

48) Quare sapienter ALBERS contra BADHAM, qui vesicatoria in cura bronchitidis minoris momenti facit (l. c. p. 157.) animadvertit: „Hierin stimme ich wahrhaftig nicht mit dem Verfasser überein; da ich ein Blasenpflaster für ein so äußerst wirksames Mittel bei dieser Krankheit halte, daß ich es im Allgemeinen bei der Behandlung dieser Krankheit für unentbehrlich betrachte. l. c. Not. 91.

49) Ut veritati consonae hodieum adhuc se sustinent observationes de Polygala Senega quas TENNENTO (*Mém. de la soc. R. an. 1739.*), BOUVARTO (*ib. an. 1744.*) debemus. Id solum animadverto, quod decoctum adeo saturatum, ut suadent, non requiritur, mihi nempe drachmae duae tresve radicis, de qua agitur, ad colaturam librae sufficere solent.

nicae montanae, sub eadem rerum positione commendatos ⁵⁰⁾, toties, quoties ad iudicium proferendum requiritur, non adhibuimus; quod et de *aqua laurocerasi* ⁵¹⁾ fatemur.

Connubium plurimorum pharmacorum. 17. Urgente in pneumoniis ex induratione parenchymatis pulmonis et ex obliteratione bronchiorum suffocationis periculo, infusum *foliorum digitalis purpureae* alternatim cum *calomel* nobis mirifice conduxit ⁵²⁾.

C. suppurationis. 18. Dum in pneumoniae curriculo symptomata vomicae obveniunt, illiō a medendi ratione

60) FISCHER *Anleitung zur Armenprax.* p. 177. HUFELAND'S *Journ.* 9. B. 3. St. p. 36.

51) Ad resolvendam pituitam tenacem omni bihorio ad gutt. 20—30. QUENTIN V. HUFELAND'S *Journ. d. pr. Heilk.* 9. B. 3. St. p. 193. Cfr. BRERA l. c.

52) Inter multa hujus generis exempla illud Judaeae Vilenensis, ad quam mense Junii 1811. vocatus sum, memorabile est. Femina haec, tertia a partu hebdomade, in pneumoniam incidit, quae ad sextam diem plane neglecta saevierat. Inveni aegram subdelirantem et soporosam, cum genis lividis, pulsu forti ad 130. in sexagesima horae parte micante, respiratione genibunda, sputis cruentis, parvis, sudore frigido viscidoque universum corpus cooperiente. Phlebotomiam ad uncias octo institui et secunda quaque hora alternatim granum unum Calomel et infusum digitalis purpureae. ex drachma foliorum ad colaturam unciarum sex, potumque ex floribus papaveris rhoeados, verbasci et radicum polygalae senegae tanto cum successu porrexi, ut aegra post tres dies convalesceret.

tione activa abstinendum; nam si in methodo antiphlogistica ultra quam par est continuemus, vires ad bonam suppurationem necessarias dilapidamus⁵³⁾; contra si ad methodum tonicam praepostere confugiamus, phlogosin pulmonis alemus. Caeterum quo pacto vomica curanda sit, alibi⁵⁴⁾ docebitur.

19. *Sensibilitas morbosa et debilitas partium* Cura sensibilitatis morbosae et debilitatis.
vix ab inflammatione liberatarum sese per tussim siccam⁵⁵⁾, somnum fugantem, per dolorem pectoris et per debilitatem manifestant. Contra *tussim* (dummodo febris desit primaeque viae rite expurgatae sint⁵⁶⁾), horâ somni porrigimus vel

53) „Non ergo conduceet in hoc morbi stadio sanguinis missio, cum vires debilitet, adeoque maturationem retardet. Si autem summa pectoris oppressio illam etiam hoc tempore poscere videtur, vel nimis impetuosa febris compesci debet, parca sufficiat, et tali tantum copia, quae levandis symptomatibus et justo febris moderamini satis est, non ultra.“ SWIETEN Comm. §. 855.

54) Cap. X. §. LI. N. 18.

55) Sicca inquam, nam humidam utpote salutarem compescere tussim incongruum foret, rite animadvertentibus FERRO (med. Ephem. p. 13).

56) Apparet inde, me opii in peripneumoniis usum angustis cancellis circumscribere. Libenter interea excipio nonnullas epidemias malignas, ubi vis dolorum pleuriticorum usum hujus pharmaci exposcebat, ut supra (N. 8. (26.)) dictum est. Exceptiones vero regulas generales non subvertunt, confirmant potius: sta-

vel *opium* ⁵⁷⁾, vel *pulverem Doveri* ⁵⁸⁾, vel emulsionem *seminum hyoscyami nigrae*, vel, et maxime quidem, maessam *pilularum de cynoglosso* ⁵⁹⁾. Adversus *dolorem pectoris*, thoraci *emplastrum* aliquod *opiatum* imponimus, vel illi *oleum hyoscyami coctum*, *unguentum althaeae* cum *camphora* illinimus. Debilitatem *serum lactis* ⁶⁰⁾, aut *lac* cum decocto *lichenis islandici* fugant.

C, convalescentiae.

20. Curam convalescentiae paucis verbis graphicè descripsit HIPPOCRATES ⁶¹⁾ ubi ait: „Post judicationes autem vires levibus cibis reficiendae, et quiescendum: praeterea vitandi soles, venti, plenitudines, acida, salsa, pingua, fumus, ventris flatus, labores, venus: si enim reversus fuerit morbus, mors sequitur.“

CAPUT

tuit has TRILLER in egregia sua diss. de suspecta opii ope in pleuritide curanda. Viteb. 1775.

57) Extracti opii aquosi granum unum. Mucilaginis gummi arabici, syrupi violarum ââ unciam [unam. M. D. S. Capiat binis vicibus.]

58) R. Pulveris DOVERI grana tria. Gummi arabici, sacchari ââ grana quinque. M. S. Cap.

59) Ad grana quinque, fiat bolus.

60) Jam HIPPOCRATES commendaverat lac, in phlegmone pulmonum provecta et neglecta. Περὶ τῶν ἐν τῷ πνεύμονι p. 535. L. II.

61) De morbis Lib. III. Cap. XV. CHARTER T. VII. p. 592.

CAPUT IX.

De Pneumonorrhagia.

§. XXXVII.

Definitio. Literatura.

1. Sanguinis floridi, spumosi, sinceri, prae- Definitio.
vio ut plurimum titillationis in faucibus, caloris
et doloris in pectore sensu, e bronchiis et pul-
monibus cum tussi aut screatu facta rejectio,
pneumonorrhagia ⁶⁴⁾ dicitur.

2. HIP-

64) A GR. Πνεύμων, pulmo, et ῥέω, fluo. *Synon.* Haemoptysis, seu haemoptoe (a GR. Αἷμα, sanguis, et πτύσις, sputum), passio haemoptoica, emoptoys, em-
ptoe, emptoica passio, haemotismus, haemorrhagia
pulmonum, sanguinis fluxus e pulmonibus, sanguinis
sputum, sanguinis fluor, sputum cruentum, cruenta
exspuitio, vomitus pulmonis. GERM. *Blutspeyen, Blut-*
husten, Lungen-Blutfluss, Lungen-Blutung, (sermone
vulgari Austriaco) *Blutbrechen* (quod facile me-
dicum sermonis vernaculi haud gnarum in errorem
ducere potest, cum *Blutbrechen* re ipsa vomitum
cruentum significet). GALL. *Hémoptysie, crachement*
de sang, expectoration de sang, flux sanguin des pou-
mons. ITAL. *Emotisi, emotisia, sputo di sangue.* ANGL.
Spitting of blood, coughing up of blood. HISP. *Escu-*

Literatura. 2. HIPPOCRATES⁶⁵⁾, GALENUS⁶⁶⁾, ARETAEUS⁶⁷⁾ et CELSUS⁶⁸⁾ pneumonorrhagiae solum per transennam meminerunt. Illius doctrinam ex professo exposuit ALEXANDER TRALLIANUS⁶⁹⁾: nihilominus illa tantummodo aevo ERNESTI STAHLII⁷⁰⁾ et FRIEDERICI HOFFMANNI⁷¹⁾ florere incepit. Innumerabiles ejusdem argumenti dissertationes inaugurales publici juris redditae sunt. En illarum selectarum auctores: ROTH⁷²⁾, SCHERBIUS⁷³⁾, MOEGLING⁷⁴⁾, FACIO⁷⁵⁾, HETTENBACH⁷⁶⁾,

pir sangre, arrojo de sangre, salivacion de sangre, —
 LUSIT. *Cuspo de sangue, escarro de sangue.* DAN.
Blodspytting. SUEC. *Blodspottning, Blodhostning.* POL.
Krwia plucie. Ross. *Кровохарканіе, Харканіе*
 КРОВЬЮ.

65) locis citandis.

66) De locis affectis. L. IV. C. 5.

67) Acut. L. II. C. 2.

68) L. IV. C. 4.

69) L. II. C. 6.

70) Theor. med. vera. Diss. aeger haemoptysi periodica laborans. Hal. 1699.

71) De sanguinis fluxu e pulmonibus. v. Opp. T. II. Diss. de haemoptysi selectae quaedam observationes. Hal. 1730. Consult. Cent. I. N. 69.

72) Diss. de peripneumoniae caussis etc. de caussis haemoptoicae. Lips. 1548.

73) Theses de haemoptysi. Norimb. c10101c.

74) Diss. de sanguinis e pulmonibus sputo. Tub. 1593.

75) *Discorso intorno allo sputo di sangue.* Firenze 1596.

BACH ⁷⁶⁾, SELESIUS ⁷⁷⁾, FEIGIUS ⁷⁸⁾, FUCHS ⁷⁹⁾,
 FABRICIUS ⁸⁰⁾, ALSARIUS A CRUCE ⁸¹⁾, ROLFINK ⁸²⁾,
 FRIDERICI ⁸³⁾, WEDEL ⁸⁴⁾, GOLTZIUS *), SPER-
 LING ⁸⁵⁾, EYSELIUS ⁸⁶⁾, VATER ⁸⁷⁾, WENDT ⁸⁸⁾,
 VESTI ⁸⁹⁾, BOHN ⁹⁰⁾, RIVINUS ⁹¹⁾, À BERGEN ⁹²⁾,
 TEICH-

76) Diss. de catarrho, de sanguinis per tussim ejectione.
 Viteb. 1604.

77) Disp. de haemoptoica passione. Basil. 1604.

78) Diss. περί αιμοκτύσεως. Lips. 1606.

79) Diss. de cruenta exspuitione. Basil. 1607.

80) Diss. de haemoptoe seu de sanguinis per os re-
 jectione. Rostoch. 1626.

81) De haemoptysi seu sputo sanguinis. Rom. 1633.

82) Diss. de peripneumonia sputo sanguinis et plithisi.
 Jen. 1636.

83) Diss. de haemoptysi. Jen. 1665.

84) Diss. aeger haemoptysi laborans. Jen. 1679. Diss.
 de sputo cruento. Jen. 1709. Diss. de haemoptysi
 ex epitome prax. clin. Jen. 1714. Diss. de haemo-
 ptysi. Jen. 1723.

*) Diss. de haemoptysi. Regiom. 1690.

85) Diss. de haemoptysi. Witeb. 1698.

86) Diss. aeger haemoptysi maligna laborans. Erf. 1700.
 Diss. de haemoptysi. Erf. 1711.

87) Diss. de haemoptysi. Witeb. 1702.

88) Diss. de haemoptysi. Lugd. Bat. 1704.

89) Diss. de haemoptysi. Erf. 1706.

90) Diss. de haemoptoë. Lips. 1708.

91) Diss. de haemoptysi. Lips. 1689. in Collect. diss.
 Lips. 1710.

92) Diss. de haemoptysi. Franc. 1711.

TEICHMEYER ⁹³), DE PRÈ ⁹⁴), STRAMPIN ⁹⁵),
 COSHWIZ ⁹⁶), SMIT ⁹⁷), LUDOLF ⁹⁸), KUECH-
 LER ⁹⁹), ALBERTI ¹⁰⁰), MICHAELIS ¹), JUCH ²),
 BRENDL ³), SCHEFFELIUS ⁴), BAUMER ⁵), ZOL-
 LER ⁶), KALTSCHMID ⁷), SAUVAGES ⁸), BERKE-
 LEY ⁹), RAUCH ¹⁰), ROBERTSTONE ¹¹), BÜCHNER ¹²),
 BERN-

- 93) Diss. de haemoptysi. Jen. 1711.
 94) Diss. de negotio sanguinis praeternaturaliter effusi
 in haemoptysi. Erf. 1719.
 95) Diss. de haemoptysi. Altd. 1719.
 96) Diss. de haemoptysi. Hal. 1720.
 97) Diss. de haemoptysi. Lugd. Bat. 1721.
 98) Diss. de haemoptysi. Erf. 1727.
 99) Diss. aeger haemoptysi laborans. Lips. 1728.
 100) Diss. de haemoptysi. Hal. 1730.
 1) Diss. de haemoptysi. Witteb. 1732.
 2) Diss. sistens haemoptoës theoriam. Jen. 1737.
 3) Diss. de haemoptysi. Goett. 1747. v. Opp. II.
 p. 112.
 4) Diss. de haemoptysi. Gryphisw. 1747.
 5) Diss. de haemoptysi. Hal. 1748.
 6) Diss. de haemoptoë juxta aphor. Hipp. XV. Lect. VII.
 Viennae 1752.
 7) Diss. de haemoptysi. Jen. 1757.
 8) Diss. de haemoptyseos theoria. Monspel. 1757.
 9) Diss. de haemoptoë. Edinb. 1761.
 10) Diss. de haemoptysi. Argent. 1761.
 11) de exspuitione sanguinis a pulmonibus editi. Ultraj.
 1761.
 12) Diss. de haemoptysi ut haemorrhagia plerumque
 periculosa. Hal. 1762. Diss. de haemoptysi, sua
 sponte mortalibus eveniente. Hal. 1765.

BERNHARD ¹³), SCHROEDER ¹⁴), ROSENBLAD ¹⁵),
LEIDENFROST ¹⁶), VAN DER BELEN ¹⁷), SIEG-
WART ¹⁸), KROCK ¹⁹), BONNAVRE ²⁰), LUTHER ²¹),
SCHNEITER ²²), TOURNAY ²³), GUTBERLET ²⁴),
PIENITZ ²⁵), REMER ²⁶), TITIUS ²⁷), BAUR ²⁸),
ENGELHART ²⁹), SOUTHERTON ³⁰), BERENDS ³¹),

GUIL-

- 13) Diss. de haemoptoë. Vindob. 1765.
14) Diss. de haemoptysi in genere et speciatim ejus nexu cum varia adversa ex hypochondriis valetudine. Goett. 1766.
15) Diss. de haemoptysi. Lundae 1768.
16) Diss. de illa haemoptysi, quam phthisis sequitur. Duisb. 1780.
17) Diss. de haemoptysi. Lovan. 1781.
18) Diss. de sanguinis e pulmonibus rejectione. Tub. 1781.
19) Diss. de haemoptysi et subsequente pulmonum ulcere. Goett. 1782.
20) Diss. de haemoptysi. Monsp. 1783.
21) Diss. de haemoptysi. Viteb. 1783. Diss. de haemoptysi. Erf. 1734.
22) Diss. de haemoptysi. Argent. 1787.
23) Diss. de haemoptysi. Nanceji 1790.
24) Momenta quaedam circa haemoptysin. Würceb. 1798.
25) Diss. de haemoptysi. Witteb. 1798.
26) Pr. de caussa debilitatis, haemoptysin interdum excipientis, et de vasorum, quae in hoc morbo sanguinem effundunt, genere. Helmst. 1798.
27) Diss. de haemoptysi. Viteb. 1798.
28) Diss. de haemoptysi. Goett. 1799.
29) Diss. haemorrhagiae pulmonum casus. Lond. 1799.

GUILLEMANT³²), PONNET DE DYON³³), PIGNOT³⁴), WILLEMART³⁵), PRÉVOST-SAINTE-CYR³⁶), NOEL³⁷), BARDET³⁸), COLLIGNON³⁹), LIBAU⁴⁰), PEETERS⁴¹), BUREL⁴²), MUELLER⁴³), PHILIPPE⁴⁴), GALLEREUX⁴⁵), ROCHE⁴⁶). Praeterea BOERHAAVE, SWIETEN pneumonorrhagiae in tractatu de phthisi pulmonali meminerunt. Pneumonorrhagiae deinde tractatus sat amplos opera BORSIERI⁴⁷),

CUL-

- 30) Diss. de haemoptysi. Edinb. 1800.
 31) Diss. de haemoptysi. Francof. ad Viadr. 1802.
 32) *Diss. sur l'hémoptysie, ou crachement de sang.* Paris 1802.
 33) *Considérations sur le traitem. de l'hémoptysie.* Paris 1803.
 34) *Diss. sur l'hémoptysie active, et sur les hémorrhagies actives en général.* Paris 1803.
 35) *Diss. sur l'hémoptysie active.* Paris 1804.
 36) *Diss. sur l'hémoptysie.* Paris 1804.
 37) *Propositions générales sur l'hémoptysie.* Paris 1806.
 38) *Diss. sur l'hémoptysie active et ses différentes espèces.* Paris 1807.
 39) Diss. de pneumonorrhagia. Vilnae 1807.
 40) Diss. de haemoptysi. Parisiis 1807.
 41) Diss. medico-practica inauguralis de haemoptysi. Paris. 1808.
 42) *Diss. sur l'hémoptysie.* Paris 1809.
 43) Diss. medica inauguralis de haemoptysi. Paris. 1809.
 44) *Diss. sur l'hémoptysie.* Paris 1809.
 45) *Dissertation sur l'hémoptysie.* Paris 1812.
 46) *Diss. sur l'hémoptysie.* Paris 1812.
 47) Inst. med. pract. Vol. 4. Cap. 2. de cruenta exspu-
 tione et speciatim de haemoptysi."

CULLENII ⁴⁸⁾, S. G. VOGELII ⁴⁹⁾, J. P. FRANKII ⁵⁰⁾, REILII ⁵¹⁾ continent, eo magis pretiosos, cum monographiae pneumonorrhagiae, praeter illas DE MEZAE ⁵²⁾, SONCINII ⁵³⁾, REINHARDII ⁵⁴⁾, PINELI et BRIGHETEAU ⁵⁵⁾ desiderentur.

§. XXXVIII.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

1. Nuntii ⁵⁶⁾ pneumonorrhagiae in genere et Sympto-
 cuiusvis illius paroxysmi in specie fieri solent, ^{mata.}
 horripilatio in cute, rubor calorque fugax faciei,
 praesertim genarum, frigus extremitatum, sub-
 quo venae in manibus disparent; aestus internus,
 lassitudo et gravitas artuum, motus illorum spas-
 modici ⁵⁷⁾, dolor ad regionem epigastricam, ten-
 sio

48) *First lines of the pract. of physic. Vol. II. C. 3.*

49) *Handb. der pr. ArzneYWissenschaft. 5. Th. 3. Kap. p. 42 — 72.*

50) *Epitome de curand. hom. morb. L. V. P. 2. p. 161 — 160.*

51) *Fieberlehre. 3. B. 4. Kap. p. 83.*

52) *Animadvers. pract. in haemoptoën. v. Acta R. Soc. med. Havn. Vol. 3. p. 302.*

53) *Obs. medico-pract. — 2 de sanguinis sputo. v. Nova acta Helvet. Vol. I. p. 259.*

54) *Abhandlung v. d. Lungenblutfluss od. Blutspeyen. Glogau 1762.*

55) *Dict. des sc. méd. T. XX. p. 295.*

56) *De prodromis pneumonorrhagiae legi meretur Hist. morb. Vratisl. An. 1702. p. 62.*

57) *Sic vidi in nobili viro, quem hyeme 1821. gravis-*

sio hypochondriorum, borborygmi, alvus adstricta, urina pallida, sensus ustionis sub sterno, cum difficiliore spiritu, inquietudo, anxietas, palpitatio cordis, pulsus concitatus, celer, duriusculus, perceptio sensus titillationis seu pruritus secundum asperae arteriae tractum, ad fauces ascendentes, saporque oris dulcis. Quibusdam tamen facile prorsus et sine omni sensibili pectoris commotione sanguis, forte potius e larynge et trachea ⁵⁸⁾, quam e pulmonibus, erumpere solet. Cruor modo spontanea vi et levi excretionem ⁵⁹⁾ eructatur, modo per tussim violentam, cujus conatus aeger, quamdiu licet, reprimere satagit, rejicitur. Quod graviore in malo tanto cum impetu contingit, ut sanguis non solum per os, sed et per narium ostia prosiliat, faucesque vellicando, vomitum excitet. Copia sanguinis rejecti nunc ad paucas guttas circumscripta est, nunc libras paene multas excedit ⁶⁰⁾. Horrendum

sima pneumorrhagia detentum curavi. Ex hoc symptomate futurum morbi insultum praedicebat.

58) Cfr. Cap. IV. §. XVI. N. 1. (30).

59) Veram pneumorrhagiam absque tussi contigisse narrant WEDEL (Misc. N. C. Dec. I. A. 2. p. 83.) et MÜLLER (Eph. N. C. Cent. 7 et 8. p. 305). Talia quoque RHODIUS et GRAMBERG (Diss. de haemoptysi. Goett. 1776.) observarunt.

60) Enormium pneumorrhagiarum exempla narrantur in Eph. N. C. Cent. V. Obs. 93. a PRAEVOTIO v. RHODIUS Obs. C. II. Obs. 31. (trium horarum spatio 28.

dum spectaculum conspiciere miserum mortis terrore percussum, lecto cruento insedentem, linteis sanguine atro grumoso conglutinatis atque vasis, spumante coccineoque vitali humore repletis, circumdatum, respiratione stertente, sibilosa, humillima voce, verba intersecta et anhelata, sub violenta diaphragmatis actione, proferentem, signorum ope loquentem auxiliumque implorantem, quod interdum sola lipothymia pro tempore afferre potest. Pro tempore, inquam, nam nulla diluvii recrudescentis securitas. Excitatur illius insultus quam maxime a repentina evigilatione ⁶¹), a tussi, a sermone, a potu aut cibo calidiori, a lingua jussu exserta ⁶²), a motu corporis praesertim brachiorum, a subfumigiis, ab animi commotionibus, terrore inprimis et ira;

alias

libras). a PEZOLDIO Obs. med. chir. N. 49. a ZACCHIROLI v. WEIGEL *Italienische Biblioth.* 3, B. 1. St. p. 152. (Successive 500 librae sanguinis deperditae). Maxima quam inter ducentas circiter pneumonorrhagias vehementes observavi, mihi in uxore logographi Universitatis Vilmensis 1818. mense Junio obvenit. Ascendebat enim spatio nyctliemeri ad *unçias centum nonaginta duas*.

61) Qua de caussa optatum aliunde somnum reformido.

62) A. 1816. mense Octobri aeger in Clinico Vilmensi decumbens, qui quoties linguam jussu medici exserbat, illico angustiam, subsequente tussi cum sputo cruento, percipiebat. Verisimiliter linguam exserendo, glottis et trachea attrahitur, cui attractioni pulmones sanguine extravasato repleti obstant.

alias sine omni nota caussa. Praeter cruorem, versus finem morbi saepe atrum, rejiciuntur interdum, massae carnae ⁶³), tubo vasis sanguinei similes ⁶⁴), frustula pulmonis ⁶⁵), hydatides ⁶⁶), concrementa cretacea ⁶⁷) et ossea ⁶⁸).

Autopsia
cadaverum.

2. Cadavera hominum pneumonorrhagia defunctorum *) exhibuerunt pulmonum ulcera ⁶⁹), in-

63) Comm. litter. Norimb. 1741. p. 78. Act. N. Cur. Vol. V. Obs. 74. Vidi pluries tales massas, quae nihil aliud quam pars fibrina sanguinis erant.

64) Vasa sanguifera rejecta fuisse fertur in Act. N. C. Vol. VII. Obs. 44. in Act. erud. 1683. in Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. X. p. 183. et a TULPIO L. II. C. 12. 13. Vidi etiam hujus generis vasa, quae vero maximam similitudinem cum tubis in croup rejectis habebant. Unde cum RUYSCHIO (Epist. probl. 6.) credo, non secedere, nec rejici pulmonum vasa, sed concreciones polyposas in bronchiorum ramis factas.

65) *Breslauer Samml.* 1726. 1. B. p. 500. WATSON in *philos. Transact.* N. 359. v. LESKE *auserl. Abhandl.* 2. B. p. 45. Vidi, saltem in phthisi, portionem parenchymatis pulmonis rejectam.

66) DOUBLEDAY in *Med. observ. and inqu.* Vol. V. p. 143. PAUL. AEGINETA L. III. C. 31.

67) GILIBERT *Advers. pract. prim.* MOROAGNI de sed. et caus. morb. Ep. XV. Art. 22. 23.

68) Verisimiliter frustula costarum carie consumptarum. v. WEIGEL'S *Ital. Bibl.* 5. B. 1. St. p. 212.

*) PAISEN *Annot. in sect. cad. haemoptoici.* in Misc. Ac. N. Cur. Dec. I. An. 4 et 5. p. 249. DOLAEUS de exenteratione ancillae haemoptysi extinctae. ib. Dec. I. An. 9 et 10. p. 309. THEBESIIUS *dissectio*

indurationem ⁷⁰⁾, exsiccationem ⁷¹⁾, tubercula ⁷²⁾, varices ⁷³⁾, ecchymoma ⁷⁴⁾, corpora peregrina,

D d 2

e. c.

haemoptoici et asthmatici. Eph. N. Cur. Cent. 3 et 4. p. 279.

69) HASSENOEHRE hist. trium morb. p. 96. (pulmo sinister in saccum, cruore foetidissimo plenum mutatus).

70) BONET sepulchr. L. I. Sect. 21. Obs. 7. PORTAL *Mem. de l'ac. R. des sc. de Paris* 1781. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 10. B. p. 695. Ex duritie unius pulmonis, haemorrhagiam ex altero libero, WILLISIO praeunte, explicuit MORGAGNIUS: „Verisimile est, dicens, ad sanguinis eruptionem contulisse duritiem illam, quae primum vasorum partem, novissime autem omnia arcando, sanguinem coegerit, primum quidem sinistro pulmone, vas aliquod nimis distendere ac rumpere, postremo autem id facere in dextro.“ l. c. Ep. XXII. N. 5.

71) Non aliter ac si in fumo suspensi fuerint. v. SCHENK in Epist. Barthol. Cent. IV. Ep. 72.

72) STOLL rat. med. P. III. p. 22. DESAULT *sur la phthisie* p. 22.

73) GILIBERT *advers.* p. 69. „Varices pulmonum, inquit, sunt principium haemoptysis et phthiseos. Has etiam scalpello occupavi.“ Saepius varices simul cum tuberculis inveni „MORGAGNI a vu, après la mort des hémoptysiques, des engorgemens au poulmon, des tubercules aux environs desquels les vaisseaux étaient dilatés.“ „Mr. PORTAL a montré le poulmon d'un jeune homme qui, pendant plusieurs années, avait craché du sang; les glandes bronchiques étoient engorgées et couvertes des vaisseaux sanguins très dilatés, plusieurs étoient béans dans la cavité des bronches; le poulmon

c. c. os ⁷⁵⁾, arteriae pulmonalis rupturam ⁷⁶⁾,
 illius

se trouvait d'ailleurs dans l'état naturel.“ *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 319.

74) Plura exempla parenchymatis pulmonum variis in locis sanguine extravasato repleti mihi obvenerunt.

75) *Journal des savans* 1697.

76) MATANI de aneurysmaticis praecordiorum morbis p. 120. Memorabile hujus generis exemplum discipulis meis a. 1821. mense Aprili patefecit. Obiit nempe in clinico juvenis tredecim annorum ex phthisi pulmonali, quam febris rheumatica et *pneumonorrhagia* aegrum suffocans praecipitarunt. Ut sectio instructioni publicae magis idonea foret, systema vasorum sanguiferorum injicere jussi et quidem massa alia arterias, aliaque venas. Invenimus totum pulmonem dextrum et lobum superiorem pulmonis sinistri naturaliter constructos, secus autem lobum inferiorem. Iste enim medio sextae costae fortiter adhaerebat. Reperiebatur hoc in loco abscessus magnitudinis ovi gallinacei, quo aperto, copia puris foetidissimi effluxit. Abscessus praeterea magnum grumum massae injectioni arteriarum dicatae continebat. Hac massa remota *duo ostia* in conspectum veniebant, quorum alterum in *arteriam pulmonalem*, alterum in *bronchiorum ramum* ducebant. Praeterea bronchia, quotquot erant in utroque pulmone, una cum aspera arteria ad glottidem usque sanguine coagulato repletae fuere. Venae injectae omnes integrae conspiciebantur. Aliud exemplum aequè memorabile sequens est. Socius aegroti cujusdam mei, juvenis floridus, sanitatis imago, die 27. Octobr. 1817. mihi dixit: et ego per transennam opportunitate, consilium tuum expetendi, fruor. Quid ergo tibi? „ante annum, inquit, catarrhum perpes-

illius aneurysma ⁷⁷⁾ idque in vomitam hians ⁷⁸⁾,
aneu-

sus sum, quem neglexi. Relicta inde est oppressio pectoris, praesertim dum adversus ventum gressus instituo. Tunc enim cor vehementer palpitat, et sistere gradum cogor. Praeterea pluries jam sanguinem ex ore rejeci." Quaestioni, num dolorem brachii sinistri experiretur, respondit, illud saepius torpere. Pulsus erat irregularis et durus. De morbo cordis aut vasorum majorum illico suspicionem alui, aegroque congrua pharmaca congruumque regimen praescripsi, simulque me die 29. ejusdem mensis ipsum visitaturum esse pollicitus sum. Accessi, determinata hora invenique alterum aegrotum, qui socium suum ob varia negotia nuptialia e domo exivisse narravit. Dic illi, ajebam, ne morbum suum flocci pendat, addidique: tibi confiteor, me, juvenem illum in summo periculo constitutum esse, existimare. Profuit monitum, saltem aeger eadem die ad me venit. Fatebatur ipse, se male habere. Suasi venae sectionem, quam aeger die 31. horis vespertinis fecit. Cubitum postea petiit nunquam resuscitaturus. Postridie enim cadaver in sanguine ex ore et naribus manante inventus est. Fascia venae sauciatae ut decet adhaerebat. Ad sectionem cadaveris festinanter instituendam die 2. Novembr. accitus, illius superficiem, ac si corpus jam summum gradum putredinis contraxisset, inveni. Porro quocumque in loco illud comprimeretur, crepitum et praesentiam emphysematis manifestabat. Facies livebat. Cavum dextrum thoracis libras aliquot cruoris extravasati continebat. Pulmo ibi situs ponderosus erat, parenchymaque et bronchia undique sanguine repleta. Pulmo sinister normalis. Pericardium plus solito seri habebat. Cor flaccidum foetorem spargebat a putre-

aneurysma aortae in tracheam apertum ⁸⁰), arteriam pulmonalem comprimens ⁸¹), affectionem arteriae subclaviae ⁸²), illius aneurysma ⁸³), aneurysma carotidis sinistrae in tracheam depletum ⁸⁴), steatoma mediastino anteriori inclusum ⁸⁵), hydrothoracem et hydrocardiam ⁸⁶), venae cavae rupturam ⁸⁷), vasa lymphatica pulmonis

dine non repetendum. Parietes arteriae pulmonalis dextrae, quousque cultro festinanter prosequi potuerant, crassitudinem dimidii pollicis habebant, aucto caeterum canalis volumine. Erant illi parietes praeterea lividi, molles, friabiles et gingivis scorbuticorum similes, unde a leviori etiam tactu lacerabantur. Talem lacerationem scaturiginem cruoris fecisse clare patebat.

77) Eph. N. C. Dec. II. An. 6. Obs. 207. (simul cum dilatatione auriculae cordis dextrae). BONET l. c. Lib. II. Sect. 5. Add. Obs. 4. 8.

78) STARK's *Works of clinical and anatomical Obs.* p. 31. 32. HAEN rat. med. P. VIII. C. 2. §. 1.

80) MALOET in *Mém. de Paris* 1733. RICHERAND in *Mém. de la soc. méd. d'émulation an. IV.* p. 345.

81) NANNONI *Trattato di chirugia.* T. 2. Obs. 74. p. 152.

82) *Commerc. Lit. Norimb.* 1739. p. 189.

83) HEURNIUS *hist.* N. 27.

84) MASON in *Londoner med. Bemerkungen.* 7. B. p. 20.

85) Tale exemplum in Nosocomio Vindobonensi vidi. Pulmo erat caeterum illaesus.

86) Plurimi hujus generis casus mihi obvenerunt.

87) BONET l. c. L. II. Sect. 5. Add. Obs. I. DOLAEUS in *Misc. N. C. Dec, I. An. 9 et 10. Obs. 135.*

monis cruore turgida ⁸⁸⁾, lienem degeneratum ⁸⁹⁾, cystidem reni adnatam ⁹⁰⁾, aliquando nil plane morbosum.

§. XXXIX.

C a u s s a e.

1. Praedisponunt ad pneumonorrhagiam hereditaria labes ⁹⁴⁾, corpus procerum, collum gracile et longum, pectus angustius, mala hujus conformatio, imprimis gibbositas ⁹⁵⁾ et depressio; tenella et laxa totius corporis, imprimis pulmonum, compages ⁹⁶⁾, temperamentum cholericosanguineum, crebra quondam epistaxis ⁹⁷⁾, vitium

C. praedisponentes.

88) „I have repeatedly seen in animals dying of hemoptoe and on the human subject itself, the lymphatic of lungs, which at other times contain a transparent fluid, turgid with blood, which they had absorbed from the air cells. CRUIKSHANK on the absorb. vessels.

89) *Dict. des sc. med.* l. c. p. 316.

90) *Miscell. Ac. N. C.* Dec. I. p. 133.

94) BORSIERI l. c. §. 26. Propria praxis mihi permulta exempla familiarum suppeditat, quorum omnia fere individua, modo alterius, modo utriusque sexus, pneumonorrhagiam a parentibus hereditario acquisiverunt jure.

95) WICHMANN in *LODER's Journ.* 2. B. 1. St. p. 33.

96) BORSIERI l. c.

97) P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. X. 9. p. 183. Sect. II. C. XXVII. §. CXXXVI. 3. p. 1010.

tium rhachiticum ⁹⁸⁾, scrophulosum ⁹⁹⁾ et scorbuticum, aetas inter annum decimum octavum et trigesimum quintum ¹⁰⁰⁾, sexus masculinus ¹⁾, vita sedentaria, quam ducunt scribae ²⁾, textores et sutores ³⁾, praesertim subitanea ex vita agiliiori in otiosam transmutatio ⁴⁾, tempus vernalc ⁵⁾,

98) VAN STICHEL in *Actes de la société de médecine de Bruxelles. T. I. P. I. p. 79.*

99) Sic docent tubercula pulmonum, communissima pneumonorrhagiae causa. Cf. C. X. §. XLIV. N. 4.

100) Hinc HIPPOCRATES scripsit: „*Adolescentibus autem sanguinis sputiones, tabes, febres acutae, morbus comitialis et alii, sed praecipue ante dicti.*“ Aph. 29. Sect. III. DE MEZA haemoptysin apud vulgi *infantes* copiose observari refert (*Abh. f. pr. Aerzte. 15. B. p. 2481.*), ego tamen hoc observare non potui, nisi de sputo cruento in *coqueluche* agatur.

1) GALENUS (lib. IV. de loc. affectis. C. 5.), STRAMPIN (l. c. §. 19.) et GOLTZ (l. c. §. 7.) contendunt, sexum feminineum prae alio haemoptysi subjici; at vero ego cum CONRINGIO (l. c. §. 15.) dico: „quod *viri* ad sanguinis sputum proniores sunt, quam feminae, nisi quando menstruorum fluxus in his supprimitur.“

2) Pneumonorrhagiae mihi saepissime obvenerunt inter cancellarios et studiosos, praesertim iis in universitatibus, ubi Professores discipulorum manibus nec proprium nec alienum librum elementarem tradunt; quamobrem adolescentes totas praelectiones scribere coguntur.

3) STOLL ratio medendi. P. III. p. 11.

4) FORESTUS Lib. XVI. Obs. 20.

le 5), constitutio annua 6), seu epidemica 7), saepe repentinae atmosphaerae, e frigidiori et sicciori in tepidam et humidam mutationi adscribenda 8).

2. *Excitant* pneumonorrhagias, violentiae C. excitantes. externae, e. c. thoracis vulnus 9), contusio 10), compressio 11); dorsi percussio 12), nisus varii *), maxi-

5) Idem lib. XVI. Obs. 11. C. 22.

6) „Autumno praeterea, quando tempestas regnat inaequalis, maxima temporis et frigoris est vicissitudo, tunc non modo frequentiores esse solent defluxiones catarrhales, sed maxime etiam subinde *sanguinis fluxiones immodicae variae*, atque etiam in dispositis illa, quae fit per pulmones.“ FR. HOFFMANN Op. c. T. IV. Pneumonorrhagiae epidemicae ratio redditur in *Breslauer Samml.* 1724. 2. B. p. 143. Cfr. et STOLL Rat. med. T. III. p. 13. Et Vilnae a. 1819. mense Januario sputum sanguinis, nisi ad morbos epidemicos, saltem ad catastaticos spectabat.

7) In Surinam endemica esse refertur pneumonorrhagia v. SCHWELLER de morbis Surinamensium.

8) BEHRENS in Eph. N. C. Cent. 5 et 6. Obs. 93.

9) Cfr. tractatus chirurgiae, et CLANDER, sputum sanguinis largum et frequens ob pulmones globulo olim transfossos. Misc. Acad. N. C. Dec. II. p. 369.

10) Exempla memorabilia apud FORESTUM LXVI. Obs. 15. PLATER Obs. L. III. p. 785. RUEDLIN Cent. III. Obs. 41. Lin. Med. 1696. p. 250. GABELHOVER Cent. IV. p. 41. GRÜNLING Cent. VII. Obs. 48. STOLL Rat. med. P. III. p. 15. leguntur.

11) PLATER Observ. L. III. p. 785.

12) HEISTER *Wahrnehmungen.* 1. B. N. 550. GILIBERT Advers. pract. pr. p. 297.

maxime in oneribus elevandis ¹³⁾, et portandis ¹⁴⁾, item sub partu ¹⁵⁾, vomitu ¹⁶⁾, tussi ¹⁷⁾, risu ¹⁸⁾; cursus velox ¹⁹⁾, venatio ²⁰⁾, equitatio ²¹⁾ aliaque exercitia equestria ²²⁾, saltus ²³⁾, agitatio

*) CAEL. AURELIANUS p. 389. HASENOEHL l. c. p. 95.

BANG in Act. R. soc. med. Havn. Vol. III. p. 131.

13) Propria observatio, quacum illa COSCHWITZII conferatur, infra (32).

14) LENTILIUS Miscell. I. p. 66. Vindobonae plurimas famulas, ligna ex cella ad superiores domi contignationes portantes, sanguinem spuere vidi. Vidit Pater meus, antequam suburbium inhabitaret, in propria formula, cui cum dixisset; tam grave opus aliae imponam, — illa simpliciter aequae ac heroïce, quid dum? respondit, tunc alia spuet!

15) HIPPOCRATES ubi describit morbos mulierum, quae civitatem ad septentrionem sitam incolunt, postquam dixit, illas difficulter parere, sed rarius abortiri, addit: „Tabes etiam a partu frequentes contingunt, prae violentia enim *ruptiones* et *vulsuras* habent.“ De aëre locis et aqu. N. 22. CHARTER. T. VI. p. 192.

16) DECKERS exercit. pract. circa medendi methodum.

17) FORESTUS L. XVI. Obs. 12.

18) ZACUTUS LUSITANUS Prax. hist. L. VIII. Obs. 22.

19) Sic quondam cursores; hodieum milites pedestres, *venatores* et *tirailleurs* dicti. Ex ludo palmario haemoptysis orta est apud BALLONIUM Opp. T. III. p. 355.

20) FRISE diss. Juvenis ex venatione in sputum sanguinis delapsi casum exhibens. Regiom. 1664.

21) RIEDLIN Millenarius. N. 380.

22) *Voltigiren, Ringen, Fechten, Tanzen.*

tio brachiorum ²³), tiliarum aut tubarum inflatio ²⁵), cantus ²⁶), clamor ²⁷), sermocinatio protracta ²⁸); corpora peregrina pulmonibus illapsa ²⁹), e. c. putamen nucum ³⁰), clávi ³¹); atmosphaera pulverulenta, in qua vivunt capillorum
 crispa-

23) PAUL DE SORBAIT Med. pr. Tract. I. C. 46.

24) PEZOLD Obs. med. chir. N. 23.

25) Quot non exempla in praxi mea numero!

26) „GRÉTRY, au sortir d'un concert, où il avait chanté un air très haut de GALUPPI, vomit (crachat) le sang.“
Magaz. Encyclop. 1814. — Similia in plurimis cantatricibus theatralibus accidisse vidi. Idem in monachis diu noctuque psalmos, voce modo altissima, modo profundissima, cantantibus.

27) CAELIUS AURELIANUS p. 389. PAULUS AEGIN. L. III. C. 31. Pulchre GALENUS inter causas sputi sanguinis adducit quoque: „ubi non praemissa pulmonis per praecedentes exclamationes lenitione, *violenter clamare* conantur.“ (De loc. affect. L. IV. C. 8.).

28) Hinc lectores, cantores, concionatores, praecones publici, rabulae forenses, phoñasci, frivolarii, mercatores, vigiliarum praefecti (a vociferatione nimia post proelium dirupisse pulmonem ANTIGONUM legitur apud POLYB. II. hist.).

29) Plura exempla de haemoptysi a peregrinis in tracheam illapsis corporibus posteritati reliquerunt BONET med. sept. L. I. S. 3. p. 381. STALPART VAN DER WIEL Obs. rar. Cent. I. Obs. 23.

30) Ephem. N. Cur. Dec. I. An. 3. Obs. 228. BONETUS med. septentr. l. c.

31) MORTON phthisiol. C. 6. Art. 4. (tres clavi inter cachinnandum in pulmones immissi immanem prodixerunt haemoptoën).

crispatores, molitores, textores, illi qui frumentum vertunt, potissimum vero lapicidae³²⁾; pulvis radicis cephaëlidis ipecacuanhae naribus attractus³³⁾, vapores acidi sulphurici³⁴⁾, acidi muriatici oxygenati³⁵⁾, ammoniac³⁶⁾, fumi nicotianae inspirati³⁷⁾, thermac³⁸⁾, potissimum aquae

32) COSCHWIZ diss. spado Hippocraticus lapicidarum Seebergensium haemoptysin et phthisin praecedens. Hal. 1724. (Interea auctor potius de statu aneurysmatico et varicoso vasorum pulmonis, a nisu, sub ponderum gestatione et elevatione (dum scilicet malleis ferreis motu repetito lapides findunt) orto, quam de atmosphaera pulvere inquinatâ loquitur.

33) HOMBERG, *observation sur l'ipecacuanha, qui, quand il est respiré par le nez, cause de crachemens de sang, et des grands maux de tête.* v. *Mém. de Paris* 1704. *hist.* p. 23. *édit. Oct. a. 1704. hist.* p. 28.

34) „J'ai vu autrefois en fréquentant l'hospice de l'augierard, plusieurs ouvriers, occupés à la fabrication de l'acide sulphurique dans la manufacture de javelle, éprouver des hémoptysies très fréquentes et finir par tomber dans une phthisie pulmonaire des plus caractérisées.“ PINEL *nosographie philosophique.* T. 2. p. 465. 2. *édit.*

35) Cap. VIII. §. XXIII. 2 (17).

36) Eph. N. C. Dec. II. An. 10. Obs. 120. A spiritu salis ammoniaci anisato adversus tussim exhibito non semel excitatam fuisse haemoptysin observavit RIVINUS v. ejusdem diss. de haemoptysi. §. 27.

37) WEDEL in diss. cit.

38) Frequenter balneorum et thermarum usus pro causa haemoptyscos declaratur ab ANT. ALTOMAN in arte

aquae minerales gaz acido carbonico abundantes³⁹⁾; item medicamenta calida⁴⁰⁾; aër rarefactus in montibus altissimis⁴¹⁾, ipse conatus (haec loca ascendendi^{*)}; frigus⁴²⁾, ulcerum exsiccatio⁴³⁾, suppressio sudoris pedum⁴⁴⁾, fonicu-

medica p. 340. Ex abusu *thermarum* horrendam haemoptoën annotavit WILLIS *Pharm. rat.* P. I. p. 86.

39) *Journal der Erfindungen.* 1. St. p. 134.

40) GUARINONIUS (consil. 210. a haustu calido decocti ligni guajaci). Confirmatur hinc HIPPOCRATIS observatio: „calidum enim, qualecunque fuerit, sanguinem fluere facit.“ *Aph.* 16. Sect. 5.

41) HUMBOLDT in VOIGT *Magazin.* 5. B. N. 473. *PERCIVAL philosophical Essays.* Vol. I. p. 263.

*) BORSERIUS ascensum scalarum et locorum acclivium, inter causas haemoptyseos recenset (l. c. §. 27.), unde cavendum, ne rarefactioni aëris tribuamus, quod ascensui tribuendum foret.

42) Dixit HIPPOCRATES: „frigidum valde venas frangit, et tussim citat, ut nix et glacies.“ *Ep. text.* 14. *CHARTER.* T. IX. p. 445. Et Sect. V. *Aph.* 24. p. 209. Subitum et vehementis frigus TRALLIANUS (*Lib.* VII. C. I. p. 286.) inter causas haemoptoes retulit, uti et GALENUS (*De loc. affect.* C. 11.), qui praeterca monuit, frigus quidem per se non facere rupturam. Saevius requiritur ad hoc transitus ex frigore in calorem, ut saepius in Lithuania observavi. Sic potus aquae frigidae aestuante corpore frequens haemoptoes causa est. Legitur apud PLUTARCH., *AGIS* et *CLEOM.* T. I. p. 811.: „CLEOMENES agmine raptim acto et aqua intempestive hausta, sanguinis copiam rejecit et vox ei interclusa est.“

43) DETHARDING *diss. morbi corrupti species, i. e. hae-*

ticulorum ⁴⁵⁾, herpetis ⁴⁶⁾, haemorrhoidum ⁴⁷⁾,
 menstruorum ⁴⁸⁾, lochiorum ⁴⁹⁾; intermissio ve-
 nae sectionis habitualis ⁵⁰⁾; amputatio membri
 majoris ⁵¹⁾, graviditas ⁵²⁾, lactatio ⁵³⁾, pletho-
 ra ⁵⁴⁾,

moptysis ex infausta consolidatione ulcerum. Rostoch.
 1725.

- 44) SCHMIDTMANN, *Anleitung zur Gründung einer voll-
 kommenen Medicinal-Verfassung*. 1. Th. p. 16.
- 45) BECKER Obs. App. ad tract. de morte submersorum.
 N. 3.
- 46) CARRÈRE p. 85.
- 47) HERTIN diss. haemorrhoides in pectore, seu de
 praeternaturali ac letali fluxus haemorrhoidalis sup-
 pressi ad pectus translatione. Observ. anat. pathol.
 Altenb. 1716. STOLL rat. med. T. III. p. 15. Ultra
 quinquaginta hujus generis proprias observationes
 numero.
- 48) LUDWIG diss. de haemoptysi imprimis catamentiali.
 Helmst. 1796. Cfr. P. IV. Vol. II. Caput de meni-
 schesi. Inter plurimas haemoptyses catamenciales nulla
 tam memorabilis mihi obvenit, quam illa, cujus hi-
 storia a Patre meo in Epitome sua (l. c. p. 171.) nar-
 ratur.
- 49) LENTILIUS Eteodrom. p. 537. Nunquam ex hac
 causa haemoptysin observavi.
- 50) Eph. N. Cur. Dec. III. An. 5 et 6. Obs. 25. PEZOLD
 Observ. med. chir. N. 28.
- 51) *Dict. des sciences médicales*. l. c. p. 304.
- 52) Feminas duas, quae sputum sanguinis pro indicio
 graviditatis habebant, novi.
- 53) „Memini uxoris, quae lactationis propriorum filio

ra⁵⁴), potus liquorum fermentatorum⁵⁵), opium⁵⁶),
 mel⁵⁷), asparagi⁵⁸), mercurius⁵⁹), venus⁶⁰),
 gau-

rum tempore, mammis copioso lacte turgescantibus,
 numquam non haemoptysi corripitur.“ KUECHLER
 diss. cit. p. 9. Ex lactatione protracta pluries haemo-
 ptysin ipse observavi.

54) STOLL l. c.

55) Una ex communissimis caussis in regionibus septen-
 trionalibus.

56) CHESNAU L. 2. C. 5. Obs. 2. (Nunquam videre con-
 tigit).

57) Anno 1819. jurisconsultum phthisicum curavi, qui,
 quoties mel comedebat, haemoptoën experiebatur.
 Idem si mel in pharmacis reconditum erat (e. c. in
 ptissana) contingebat.

58) QUARIN animadversiones p. 66.

59) QUARIN l. c. p. 54. (Nimis verum, relate ad subli-
 matum corrosivum).

60) CAELII AURELIANI ista observatio quotidiana con-
 firmatur praxi. Cfr. GILIBERT op. c. p. 301. „Ve-
 nerem praecocem, aut nimiam, inprimis onaniam,
 pulmonibus haud parum insidiari, multorum, qui
 hac ex causa nimis exhausti sanguinem sputarunt,
 funera confirmant. Feminae nobis exemplum oblatum
 est, quae, licet corpore hucusque firmo ac bene nu-
 trito dotata, quoties tamen veneri aestivis sub calori-
 bus paulo ardentius inservit, toties cruorem illico e
 pulmonibus eructat.“ J. P. FRANK l. c. p. 178. In
 schedis suis postumis sic lego: „die 4. mens. Jul. 1801.
 femina 34. circiter annorum me consuluit, Beroli-
 nensis, a juventute sensibilissima, et nunc affectibus

gaudium ⁶¹⁾, moeror ⁶²⁾, terror ⁶³⁾, zelotypia ⁶⁴⁾,
ira ⁶⁵⁾,

hystericiis subjecta, unius filii mater. Haec ab octo annis, dilecto marito juncta, cum eodem coitum *nunquam* exercuit, quin sanguinis tantillum sub tussi reddiderit. Die 1. mens. Januarii 1806. consilium meum petitum pro muliere phthisica, a tribus jam annis illa hoc morbo laborans, saepius sanguinem excreavit; sed jam a decem annis, toties ac venerem exercuit, semper aliquam sanguinis portionem e pulmonibus rejecit. Plures, quas non adnotavi, feminas idem a coitu sputum cruentum expertas esse percepi. " Simile exemplum PLATERUS (Obs. Lib. III. p. 758.) narrat.

- 61) GORTER de perspiratione insensibili p. 545. A. 1814. femina illustris prope STONIM habitans, se haud dudum, dum illi nunciatum fuit, restorationem Regni totius Polonici imminere, ex summo inde gaudio, conspicuam haemoptysin perpressam esse, mihi retulit.
- 62) SCHENK. Lib. II. Obs. 77. QUARIN l. c. p. 54. Gravem pneumonorrhagiam ex hac causa in duce militum Polonico observavi. Femina de qua supra §. XXXVIII. N. 1. (60.) pneumonorrhagiam maxime a moerore, rerum domesticarum culpa, experto, repe-tebat. Germani adagium habent, ubi negotia male incedunt: „*Es möchte einer Blut speyen.*“
- 63) POLIS de haemoptysi et consequente phthisi ex *terrore* contractis. v. Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 4. Obs. 45.
- 64) Ex hac causa terribilem pneumonorrhagiam in ancilla formosissima phthisi tuberculosa laborante, a. 1815. versus finem vergente, observavi.

ira ⁶⁵), vermes ⁶⁶), dysenteria ⁶⁷), somnus ⁶⁸), electricitas ⁶⁹) et galvanismus ⁷⁰).

3. Si consideremus fabricam pulmonum C. proxima spongiosam ac laxam, vicinitatem illorum cum corde, — arterias breves, magnas, venas haud tantae

65) HIGMORUS disquis. anat. p. 172. TISSOT *oeuvres*, T. XI. p. 353. *Edit. Lausan. 1781.* „omnium maximum haemoptoes periculum est, si summa ira excaescens homo vociferatur.“ SWIETEN *Comment. §.* 1198. Sic de SULLA legitur, quod animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mixtum evomuerit. (VALER. MAXIM. L. IX. C. 3.).

66) RAMSEY in *medico-chir. Trans. publ. by the medic. and chirurgical Soc. of Lond. Vol. IX. P. II.* 1818.

67) FRANZIUS *diss. de aegro haemoptoico ex dysenteria laborante.* Ultr. 1704.

68) A. 1819. Mense April. vir coxarthrocace et haemorrhoidibus laborans in clinico meo decumbebat. Cum dolores cruris noctem insomnem reddidissent, suasi, ut illam somno pomeridiano compensaret. Nequeo, inquit aegrotus, nam quoties somno pomeridiano indulgeo, sanguinem sputo. Credidi primum cruorem ex ore venire, sed instituto repetitis vicibus experimento, de fonte cruoris pulmonalis certus redditus sum. Casum quodammodo similem apud BENED. SYLVATICUM (Cons. 34. Cent. II.) inveni, ubi aeger nunquam exspuit sanguinem alio tempore, nisi statim e somno, tam diurno, tam nocturno.

69) *Auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 11. B. p. 72.

70) „In comitissa Vindobonensi pneumonorrhagiam observavi, quod ob surditatem galvanicae operationi se submisisset.“ Ex schedis Patris mei.

tantae diametri ⁷¹⁾, quas habent, — facilitatem, qua in experimentis anatomicis ex arteria pulmonali liquor in vesicularem pulmonis substantiam et in asperam arteriam exhalat ⁷²⁾; qua vicissim bronchio injecta aqua, ichthyocola, in arteriam pulmonalem sibi viam aperiunt ⁷³⁾, vel qua liquorcs tracheae impulsus, in venam pulmonalem descendunt, aut huic ipsi injecti in asperam arteriam et vesiculas feruntur ⁷⁴⁾, — violentias omnis generis, quibus organon respirationis patet, et consensum, quem illud, potissimum per nervos pneumo-gastricos, cum cerebro et visceribus abdominalibus alit; — si haec, inquam, consideremus, non mirabimur, nullibi locorum, naribus quodammodo exceptis, tam frequens, tam arduum, quam ad pulmones, profluvium cruoris occurrere. Occurrit autem tale

pro-

71) „In pulmone, unico exemplo, *venarum lumen*, quam sodalium arteriarum, *minus est.*“ HALLER El. physiol. T. II. p. 167.

72) „Etiam facilius ex arteria pulmonali liquor exhalat in vesicularem pulmonis fabricam et in asperam arteriam.“ HALLER l. c. p. 165.

73) Vicissim etiam ex broncho in arteriam pulmonalem aqua injecta et ichthyocola, in meis experimentis viam invenit, tamen minus facilem.“ HALLER l. c.

74) „Etiam per experimenta constat, liquores, asperae arteriae impulsos, in venam pulmonalem non difficulter locum sibi aperire, — vicissim ex vena pulmonali impulsus liquor, in asperam arteriam et bronchia, et vesiculas viam invenit.“ Idem, ib.

profluvium, ut pathologorum sermone utamur, per vasorum vel *rupturam* (ρήξις, *Rhexis*, διαίρεσις, *diacresis*), vel *erosionem* (διάβρωσις, *diabrosis*), vel *dilatationem* (ἀναστόμωσις, *anastomosis*), vel *secretionem morbosam* ⁷⁵), vel *spasnum*; quibus ansam porrigunt aneurysmata, varices, ulcera, obstacula mechanica, debilitas ⁷⁶) inflammatio, systematis nervosi perversa sentiendi facultas, forte et ipsius sanguinis conditio morbosa ⁷⁷).

§. XL.

D i a g n o s i s.

1. Quamvis sanguis e pulmone scaturiens id ^{Facilis} gentilitium habere soléat, quod tussis ope et per ^{confusio.} ictus rejicitur, quod adspectum plerumque coccineum, fluidum spumosum ⁷⁹) et sincerum exhibeat,

⁷⁵) „Les crachemens de sang qui s'effectuent par exhalation ne laissent communément aucune trace de leur existence. J'ai ouvert très souvent, dit BICHAT, des sujets morts pendant une hémorrhagie du poulmon, j'ai examiné les surfaces bronchiques, et jamais la moindre trace d'érosion ou de rupture ne m'a paru sensible, malgré la précaution que j'ai prise de lever exactement cette surface et de la laisser macérer et de l'examiner même à la loupe.“ *Dict. des sc. méd. l. c. p. 319.*

⁷⁶) HORN *Neues Archiv.* 2. B. p. 235.

⁷⁷) STOLL *rat. medendi P. III.* p. 15.

⁷⁹) JAM HIPPOCRATES (in *Coac. Praenot.*) observavit,

beat, quod peculiaribus symptomatibus prodromis annunciari soleat, quodque causa pectori infensa illum eliciat; attamen *pneumonorrhagia* (morbus modo *simulatus*, modo *dissimulatus*, modo *occultus*) confundi posset cum *epistaxi*, *pneumonia*, *laryngorrhagia*, *tracheorrhagia*, *stomatorrhagia* et *haematemesi*.

P. simulata et dissimulata.

2. *Pneumonorrhagiam simulatam* vidimus ab aegrotis, scopo, moram in nosocomio procrastinandi: suctionis, vel acus ope, sanguinem e gingivis elicatum, sub tussi, consulto excitata, rejiciebant. *Dissimulant* *pneumonorrhagiam* (sanguini longe alium quam pulmonum, fontem assignando) aegrorum ii, qui periculum, in quo versantur, sibi ipsis fateri nolunt, hincque sese et medicum decipiunt^{so}).

P. occulta seu interna.

3. *Occulta* seu *interna* illa dici posset *pneumonorrhagia*, ubi cruor extus non comparet, sed vel

illos, qui sanguinem spumosum vomunt, vomere ex pulmonibus.

30) „Les malades étant généralement persuadés que l'hémoptysie est une maladie dangereuse, éloignent toute idée d'une semblable affection, s'en imposent quelquesfois à eux mêmes et trompent le médecin, qui leur donne des soins, en s'efforçant de démontrer, que le sang qu'ils crachent vient de la bouche ou du nez. Il est bon d'être en garde contre des semblables illusions, qu'on peut feindre de croire pour le repos du malade, sans pour cela partager son erreur.“ Dict. des sc. méd. l. c. p. 320.

vel in parenchyma pulmonis ⁸¹⁾, vel in saccos pleurae effunditur. Tales haemorrhagiae occurrunt in peripneumoniis ⁸²⁾, praesertim traumaticis, in aneurysmate aortae ⁸³⁾, exulceratione arteriae pulmonalis ⁸⁴⁾, in ruptura venae azygos ⁸⁵⁾, in phthisi ⁸⁶⁾, scorbuto ⁸⁷⁾ et per metastasin ⁸⁸⁾, ne dicamus de vulneribus ⁸⁹⁾ et contusionibus ⁹⁰⁾ thoracis. Interdum fons haemorrhagiae sacci pleurae detegi nequit ⁹¹⁾.

4. Con-

81) Vocatur incongrue *apoplexia pulmonis* a LAENNEC (*de l'auscultation médiate*). Sane dudum DOLAEUS, apoplexiae pulmonalis nomine usus erat ad sanguinis intra vasa pulmonalia coagulationem ac stasin designandam. v. Diss. de catarrho suffocativo auctore FR. T. BRUNO. Altdorf. 1690. §. XV.

82) §. XXXV. No. 9. MORGAGNI op. c. Epist. XX. Art. 17.

83) MORGAGNI op. c. Epist. XXI. §. 47. Epist. XVII. Epist. XXVI. Art. 13. Plura hujusmet exempla mihi obvenerunt.

84) §. XXXVIII. N. 2. (76).

85) MONFREDI v. MORGAGNI Epist. XXVI. §. 29.

86) Cap. X. §. LII. N. 4.

87) J. P. FRANK l. c. p. 166. LIND v. *Scharbock* p. 502.

88) In juvene, cui tumor inflammatorius testiculi celeriter subsederat. v. J. P. FRANK l. c.

89) MORGAGNI op. c. Epist. LIII. Art. 3. Epist. LIV. Art. 10.

90) Idem Epist. LII. Art. 34. Epist. LIII. Art. 5. PLENICZ Acta et obs. med. Prag. 1783. Vol. I.

91) MORGAGNI Epist. XVII. Art. 17.

Distinctio
ab epista-
xi.

4. Confusio *pneumonorrhagiae* cum *epistaxi* locum habere posset, si cruor, vi e pulmonibus ejectus, per narium ostia prosiliret ⁹²⁾, aut si ille e vasis narium pullulans, per choanas ad fauces imas deplueret ⁹³⁾, tussim excitaret, et instar sputi rejiceretur. Aetas aegroti, causae, et praesertim symptomata prodroma ab errore in diagnosi tuentur.

Distinctio
a pneumo-
nia.

5. *Pneumonias* multis sputis cruentis insignitas cum *pneumonorrhagia* confundi posse, monuimus ⁹⁴⁾. Confusio hujusmodi terribilis foret pro medicis, qui *pneumonorrhagias*, quot quot sunt, remediis adstringentibus aggrediuntur; secus autem pro nobis, utpote qui, affinitatis ⁹⁵⁾ inflammationum cum plurimis haemorrhagiis memores, utramque morborum formam, haud raro eadem prorsus methodo, antiphlogistica scilicet, curamus. Interea si signa inflammationis obscura et ambigua sint, et contra sanguis e pulmonibus ruens omnium oculos feriat, potius *pneumonorrhagiae* quam *pneumoniae* praesentiam proclamandam esse censemus.

Distinctio 6. *Laryngorrhagiae* et *tracheorrhagiae* ⁹⁷⁾
prae-

92) §. XXXVIII. N. 1.

93) P. II. Vol. I. Sect. 2. Cap. XXVII. §. CXXXII. N. 1.

94) Cap. VIII. §. XXXIV. N. 11. (96).

95) Jam Stoll docuerat, haemoptysin habitualement indicare latentem et chronicam inflammationem pulmonum. Rat. med. P. I. p. 204. P. III. p. 13. P. VII. p. 9.

97) Cap. IV. §. XV. N. 1. (30).

praesentia potius quam illa pneumonorrhagiae a laryngorrhagia et tracheorrhagia admittitur, si cruoris rejectioni ardor et titillatio non ad pectus sed ad laryngem aut tracheam praecedat⁹⁸⁾, — si ipse aeger anteriorem juguli partem, ut sedem mali, designet⁹⁹⁾, — si tussis vix aut ne vix quidem adsit¹⁰⁰⁾, aut sonum *croupalem* edat, — si cruor sine impetu ad cavum oris perveniat²⁾, sique pectus, a repetitis licet haemorrhagiis, pati non videatur.

7. Pla-

98) Praeterea pruritus et calor aliquis in trachea ipsa percipitur et quodammodo sursum ascendere videtur, antequam in ore sanguis se prodat.“ BORSIERI Vol. IV. § 23. Jam SALMUTH (Cent. III. Obs. 43.) exemplum narrat, ubi haemoptoicus triduo ante recursum paroxysmi in aspera arteria semper persensit titillationem.

99) „Multos certe, qui modicum cruorem, sub tussi non magna, per laryngem reddebant, ardorem fixum, titillationem aut sensum laesioni ad asperam arteriam accusaré, locumque, unde sanguis scaturiet, ad istam indicare audivimus.“ J. P. FRANK l. c. p. 174.

100) „Levi tussicula, exiguo motu extunditur sanguis e laryngis et asperae arteriae vasculis.“ BORSIERI l. c.

2) „Sunt adeo, qui sanguinis portionem, quin violentae expirationis, ac venientis a tergo undae majoris, per impetum pelleretur, sine tussi manifesta evacuent: ac saepe nobis visum est, ac si strata tracheae muscularia, cartilagineis licet circellis, majore ex parte, circumscripta, sanguinem propriis e vasis modice ac majore sine impetu stillantem, ex annulo, limbo inferiori ad interna retracto, superiorem in annulum

Distinctio
pneumo-
norrha-
giae ex va-
sis bron-
chiorum
et ex illis
pulmo-
num.

7. Placuit egregio de haemoptoe scriptori ³⁾ non solum illum morbum a tracheorrhagia distinguere, sed etiam differentiam inter ipsam pneumonorrhagiam, quatenus scilicet sanguis aut ex vasis bronchiorum aut ex illis arteriosis et venosis pulmonum aut ex parenchymate pullulat. En propria illius verba: „Quodsi ex *vasis bronchialibus* laesis sanguinis sputum oriatur, gravior et molestior aegrum tussis divexat, et per os rejectus sanguis multa turget spuma, propter aërem in bronchiis undulantem admixtum. Multo etiam calidior in actu excretionis sentitur sanguis ex bronchialibus quam ex reliquis vasis sanguiferis apertis erumpens, quoniam illorum truncus ex cordis thalamo sinistro sanguinem fervidiorem recipit. Adsunt dolores circa pulmonum regionem maxime gravativi, partim ab unitate partium sensilium vi disunita oriundi. Sanguis vomitu potius, quam tussi per os redditur, in tanta enim copia effluit, propter vasa sanguifera majora aperta. Si sanguis rejectus colore cocci-

neo

elevare, ac sensim laryngi obducere valerent. Ipsius certe oesophagi fibrae musculares cum cibis subliquidis ruminante in homine id praestant; et qui tracheam, proprias per fibras non modo arctari, sed et brevius in spatium reduci intellexerit; is motum a nobis indicatum ac *retrogradum*, quam ipsa experientia confirmat, vix in dubium vocarit.“ J. P. FRANK
l. c.

3) GOLTZ diss. c. §. 11.

neo tinctus conspiciatur, signum est *venae pulmonalis* apertae, sin atro-purpureo, *arteriae pulmonalis*, secus ac in reliquis machinae nostrae vitalis ductibus venosis et arteriosis evenit. Denique ex *vesiculari pulmonum substantia* haemoptysin productam significant dolor pectoris profundior aegrum tenens, propter disruptam texturam vesicularum membraneo-nervosarum: tussis molestissima saepius repetita, quae tandem exantlat sanguinem evasatum parva in quantitate, et totum spumosum, propter admixtionem aëris in cellulis membraneis commorantis.“ — Quamvis arteriae bronchiorum respectu anatomico omnino ab illis parenchymatis pulmonis distinguendae sint ⁴⁾ et quamvis divisio peripneumoniarum in bronchitidem et pneumoniam ⁵⁾ nos ad similem distinctionem relate ad pneumonorrhagiam proclives reddat; nihilominus illi haud plane subscribimus, utpote timentes, tradita signa potius a priori quam ab experientia (comparando scilicet symptomata cum autopsia cadaverum) desumta esse.

8. Cum *pneumonorrhagia* indicet fluxum Num
 cruoris e pulmonibus cumque vero saepe cruor pneumo-
 e pulmone non fluat, sed potius spuetur; voca- norrhagia
 bulum a haemo-
 ptoe di-
 stingen-
 da sit.

4) Arteriae bronchiales enim ex mammaria interna aut ex intercostali prima et ex aorta oriuntur, arteria autem pulmonalis ex ventriculo dextro cordis.

5) Cap. VIII. §. XXXIV. N. 4.

bulum *haemoptoes* (aut rectius *pneumo-haemoptoes*) utpote sputum sanguinis e pulmonibus scaturientis designans, illi pneumonorrhagiae anteponi posset.

Divisio
pneumo-
norrha-
giae.

9. Divisionem *pneumonorrhagiae* in *symptomaticam* et *primariam*, utpote communi consensu receptam, et nos retinemus. Caeterum fateamur oportet, re prope perspecta pneumonorrhagiae, quot quot fere sunt, aliorum morborum, plus minus reconditorum, symptomata sistere.

P. sympto-
ma mor-
borum
acutorum.

10. *Morbi acuti* pneumonorrhagiam pro symptomate agnoscentes sunt *febres intermittentes* 7) et *catarrhales* 8), *pestis* 9), *variolae* 10), *pneumonia* 11) atque *carditis*.

11. Ad

7) P. I. Vol. I. C. II. §. XXIV. 2. Periodicae pneumonorrhagiae exempla collegit CASIMIR MEDICUS *Gesch. period. Krankh.* et habentur in *Commerc. lit.* 1734. p. 322. in SCHROEDERI *obs. med. fasc. I.* p. 90. et in *Act. Edinb.* Vol. 3. etc. Interea non spondeo casus hic allatos revera ad legitimas febres intermittentes pertinuisse, ad quam certe non quaevis pneumonorrhagia, ob id, quod *periodice* recurrit, spectat. Cavendum quoque, ne febris hectica, quae pneumonorrhagiam phthisicorum comitatur, ob id quod veluti per paroxysmos invadit, pro *intermittente* habeatur.

8) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXV. N. 3.

9) GALLI *Fascis de peste, peripneumonia pestilentiali, cum sputo sanguinis.* Brix. 1565. PARACELSI *Tr. II. de pestil. C. I. de curat.* Lego in *Hist. de la Russie par P. Ch. LEVESQUE T. 2.* p. 216. *Nouv. edit.:*

11. Ad morbos chronicos eodem symptomate insignitos spectant *phthisis pulmonalis* ¹³⁾, *hydrothorax*, *ascites* ¹⁵⁾, *coqueluche*, *vitia plurima cordis et vasorum majorum*. P. sympto-
ma mor-
borum
chronico-
rum.

12. *Pneumonorrhagiis primariis adnumeramus traumaticas, inflammatorias, rheumaticas, gastricas, spasmodicas, arthriticas, scorbuticas et atonicas*. P. prima-
riae.

13. *Pneumonorrhagia traumatica* ¹⁸⁾ comprehendit a) *Pn. a vulnere pulmonum* ¹⁹⁾. Exspuitur ubertim sanguis, simulque ex vulnere, tum cruor, tum aëri, cum sibilo emittitur. Comitantur P. trauma-
ticae.

„La peste qui ravagea la Russie l'an 1352. avoit pour premier symptôme un crachement de sang, et le troisième jour amenoit ordinairement la mort.“

10) *Haemoptysis variolosa* SAUVAGESII „Hoc sputum sanguinis, inquit SAUVAGES (Nosolog. method. T. III. P. 2. edit. Amstelod. 1763. p. 27.), ante eruptionem saltem plenariam pustularum in variola confluyente iis accidit, quorum sanguis nimis crudus est et vinosis liquoribus excalesfactus; mortem autem certam praenunciat.“

11) Cap. VIII. §. XXIV. N. 11.

13) *Haemoptysis phthisica* SAUVAGESII a tuberculo, vomica, a calculis.

15) *Haemoptysis ascitica* SAUVAG. (l. c.) Spec. 8. „Hydropes raro moriuntur, quin per aliquod tempus tussitentidem cruenta defatigati fuerint, quae haemoptysis mortis est prodromus.“

18) SAUVAGES (l. c. p. 26.) Spec. 3.

19) HEISTER Chir. Lib. I. Cap. 10. §. 11.

tur eam symptomata peripneumoniae²⁰⁾, unde dolores, tussis dolorifica, suffocatio; sed cruor copiosus. b) *Pn. a percusso pectore*²¹⁾. c) *Pn. a corporibus extraneis in pulmones illapsis*. Oriuntur tunc tussis ferocissima, haemoptysis immanis et dolor pectoris. Et d) *a rebus pulmones chemice laedentibus*. Urgent tussis brevis, spuito continuo cruento insignita, cum dolore pectoris lancinante.

Pn. inflam-
matoriae.

14. *Pneumonorrhagia inflammatoria* completitur a) *Pn. accidentalem*²²⁾. Adgreditur adolēscētes, maxime illos, qui prius epistaxi obnoxii erant. Ansam porrigunt errores gymnastici et diaetae. Origo morbi in statu inflammatorio arteriosi systematis pulmonum quaerenda videtur. Antecedunt haemorrhagiam cordis palpitatio, pectoris pondus, pulsus plenus, fortis, rauco, siccitas pulmonis, tussis et dyspnoea, quae rejecto cruore sublevatur, atque dolor, si prius adfuerat, mitescit, simul cum oppressionē pectoris. Succedit debilitas ac terror a cruoris aspectu. b) *Pn. catamenialem*²³⁾. Illa est quae catamenii ante terminum consuetum supervenit,

20) Cap. VIII. §. XXXII. N. 1.

21) FELIX PLATER Exspuitiones 627. ex casu ab alto, ex magnis contusionibus pectoris. Plat. L. III. Hoc morbo perit TOURNEFORT, teste SAUVAGES l. c.

22) SAUVAGES (l. c. p. 24.) Species I.

23) SAUVAGES (l. c. p. 27.) Spec. 4. Passio haemoptoica periodica a menstruis suppressis. PLATERI.

nit, singulisque mensibus moderata dosi eorum vices supplet, haud raro cum sanitatis integritate. Oriri videtur ex caussis regulari menstruationi obstantibus ²⁴⁾ et labefactione praevia pulmonum. c) *Pn. haemorrhoidalem*. Est illa effectus plethorae venosae concurrente verisimiliter peculiari affectione venae azygae ²⁵⁾, saepeque statu varicoso venarum pulmonis ²⁶⁾. Morbus saepe periodice omni anno, circa aequinoctialia tempora, in hominibus vitam sedentariam ducentibus, haemorrhoidalibus moliminibus, aut illorum quondam fluxui subditis, praevis abdominis doloribus ²⁸⁾, sub alvi depositione ²⁹⁾ recurrit. Pulsus est saepe irregularis intermittens. Rejectio cruoris certos inter limites levamen affert.

15. *Pneu-*

24) P. IV. Vol. II. Cap. de menischesi.

25) Cfr. Cap. IV. §. XVIII. N. 6 (25). Et RIVINI Diss. cit. §. 19.

26) HIPPOCRATES istum morbum designasse videtur dicens. „Si in pulmone *varix* fiat, tussis sicca corripit et rigor, et febris quidem in principio morbi valde vehementer; habet etiam erecta cervice spiratio, et dolor in capite consistit, et in pectus, et in pedes. Et supercilia impendere videntur, et tumor in faciem descendit, et in pectus, et in pedes.“ De internis affectibus liber.

28) Observatio STAHLII v. Disp. de haemoptysi auctore A BERGEN Frcf. ad Viadr. 1711. p. 8.

29) Vidi, qui toties cruorem e pulmone rejiciebant, quoties nisui ad alvum deponendam indulgebant.

P. rheumati-
ca.

15. *Pneumonorrhagia rheumatica seu catarrhalis* ³⁰⁾ vigente annua constitutione rheumatica occurrit. Rheuma, vasis sanguiferis pulmonis et bronchiorum infensum, illi ansam porrigere videtur. Tussis hac in specie admodum saeva observatur.

P. gastrica.

16. *Pneumonorrhagiam gastricam* subdividimus A) In *pu. saburralem, biliosam et verminosam*, ex consensu, quem pulmones cum tubo alimentario, nervi pneumo-gastrici ope, alunt, facile explicandam. Cum jam cibi, ob peculiarem idiosyncrasiam, haemoptoën gignere possint ³¹⁾; cur *saburrae* idem non efficerent? Indolem *biliosam* pneumonorrhagiae STOLL ³²⁾ et TISSOT ³³⁾ affirmant. Caveas tamen, ne ob solam *sputorum flavedinem* ad illam concludas; diagnosis enim potius ex annua constitutione, ex causis praegressis, ex habitu aegri, ex certioribus signis gastricis, quam ex colore sputorum, instituenda est. Quae diagnoseos cantelae quoque ad *pneumonorrhagiam verminosam* extendi debent. Quamvis enim nemo observationum ANDRYI ³⁵⁾

me-

30) SAUVAGES (l. c. p. 28.) Spec. 8.

31) §. XXXIX. N. 2. (57).

32) Rat. med. P. II. p. 115. P. VII. p. 164.

33) TISSOT Oeuvres. T. XI. p. 353.

35) *De la génération des vers*, Il rapporte l'histoire d'un homme de trente ans, affecté d'un crachement de sang très-opiniâtre qui avait déjà résisté à la saignée, lorsque ce médecin s'aperçut que le malade avait plusieurs

memor, illam negaverit; attamen cum vermes libenter in hominibus scrophulosis nidulentur, cumque scrophulosi ad haemoptysin proni sint, cavendum, ne quod *cum hoc sit, propter hoc fieri credamus.* B) In *pu. hepaticam*, cujus mentionem jam HIPPOCRATES ³⁶⁾ injecerat, quamque confirmarunt BALLONIUS ³⁷⁾ et nostra experientia.

ONO-

symptômes qui indiquoient la présence des vers dans le canal intestinal. Ayant fait l'inspection des selles, il en trouva plusieurs, ce qui lui fit recourir aux anthelminthiques dont l'administration fut suivie d'un plein succès.“ *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 318.

36) „Quibus hepaticis multum est sputum cruentum sive subputridum, sive biliosum meracum, statim perniciosum est.“ *Coac. praenot.* — „Quicumque sanguinem spumosum spuunt, dextrum praecordium dolentes, *de hepate spuunt*, et multi pereunt.“ *Idem, ibid.*

37) „Andreae Baillio, Consulis Regii filio, annos 20. nato, magna sanguinis per os rejectio: valde pulmonibus metuitur: omni arte pulmonibus studetur; forte fortuna dum hypochondria manu blande continguntur, pulsus percipitur, ac veluti palpitatio quaedam: nec non ab hypochondriis decurrentis sanguinis ac partes superiores affectantis cursus percipiebatur, ac si manu sanguis duceretur: prout partes superiores petebat, horror quidam excitabatur; at tum conferatim rejiciebatur e pulmonibus. Talis rejectio erat haemorrhagiae loco, quae juvenibus erat familiaris. Relictis tum praesidiis, quae pulmone dicabant, conversum est ad hypochondria studium. Expurgata innumera colluvie praerepta est ei rejectionis sanguinis

ONOFRIUS *) pneumonorrhagiae hepaticae ortum explicat, quod a viscere abdominis obstructo, pulmo ejusdem lateris comprimitur, unde pars pulmonis liberi magis dilatatur, ac vasa rumpuntur. Existimamus potius jecinore obstructo, arteriam hepaticam sese aegre deplere posse, unde cruoris cursu in arteria coeliaca, aorta et in ventriculo cordis sinistro perturbato, depletio venae pulmonalis obstaculum, cujus effectus necessarius plethora pulmonum erit, invenire debet. Ut sit, cavendum, ne in pneumonorrhagiis, ob solam hypochondrii dextri tensionem illico, culpam in hepar conjiciamus; ni enim vehementer fallimur, tensio illa saepe obvenit, dum pulmo tuberculis refertus, difficilius cruorem ex arteria pulmonali accipit, quo scilicet in casu cor dextrum, cruore illo praetermodum repletum, liberam venae cavae evacuationem non permittit. C) In *pn. splenicam*, de qua SAUVAGES ³⁸⁾ sic auditur: „qui obstructionibus et scirrhis *lienis* ac aliorum viscerum laborant, haemorrhagiis variis ac *haemoptysi* obnoxii sunt, quia praepeditus in illis locis obstructis cruoris circuitus aliorum impetit, versus loca minus resistentia; in hac

occasio. *Quod notandum valde est.*“ Epid. et Ephem. L. I. Constit. hyemalis A. D. 1574. edit. Genev. Opp. p. 4. 6.

*) De narium haemorrhagiis commentarius p. 33.

38) l. c. p. 36. Spec. 16.

hac specie pallor occupat artus, aegri admodum debilitantur, insomnia, deliquia accedunt.“ Morbos hepatis et lienis, in pneumonorrhagia haemorrhoidali scenam quoque ludere, ex origine et decursu venae portarum, foco affectionum haemorrhoidalium, intelligitur.

17. Si perpendamus originem, curriculum et terminum nervorum pneumo-gastrici et sympathici magni, illorumque cum corde vasisque majoribus nexum³⁹⁾; non mirabimur animi pathemata aliosque stimulos ex cerebro, columna vertebrali, abdomine⁴⁰⁾ et partibus genitalibus ortum ducentes, *pneumonorrhagiae* ansam praebere. Nomen illi imponimus *pneumonorrhagiae spasmodicae, seu nerveae*. Cognoscitur haec species ex conditione aegrorum, utpote systemate nervoso admodum excitabili praeditorum, ex causa morbi maxime systemati nervoso infensa, ex pulsu parvo, contracto, haudque febrili, ex urina limpida copiosa, aliisque signis spasmodicis⁴¹⁾. Hortamur vero ne plethoram, nervorum irritationem excitantem, affectioni primitivae nervosae tribuatis⁴²⁾; item, ne symptomata nervea accidentalialia, e timore conspectu sanguinis orta,

pro

39) P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. III. N. 27.

40) Lege de haemoptysi hypochondriacorum LUPIN histor. morb. difficiliorum. De haemoptysi ex spasmis STOLL Rat. med. P. III. p. 20.

41) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XIV. §. LXXII. N. 4.

42) P. II. Vol. I. Sect. I. §. IV. N. 14.

pro indicio, ac si totus morbus e spasmu pullularet, habeatis.

Pn. arthritica.

18. Imperium quod diathesis arthritica in cor et vasa sanguifera exercet, nexus illius cum haemorrhoidibus, concretiones cretae a haemoptoicis rejectae 43) periodicus haemoptyseos recursus, isque variis anni-temporibus alligatus, en facta, quae dant jus *pneumonorrhagiam arthriticam* statuendi.

Pn. scorbutica.

19. Scorbutum, haemorrhagiis in genere faventem, nec pulmonibus parcere, facile intelligitur; mirum hinc non est, *pneumonorrhagiam scorbuticam*, jam dudum stabilitam fuisse 44). Diagnosis illius habita ratione signorum generalium scorbuti instituitur. Et mercurii abusus hic non est praetervidendus. Interim, ne illi nimis tribuatur; nam ipsam luem veneream interdum vasa sanguinea adgredi, saltem suspicari licet 45).

Hae.

43) §. XXXVIII. N. 1. (67).

44) a SENNERTO, vide SAUVAGES (l. c. p. 27.) Spec. 5. „Adolescens, ait, cujus gingivae erant molles, ulcerosae, cruentae, foetidae, dentes nigri, vacillantes etc. incidit in haemorrhagiam quâ curatâ accessit haemorrhoids ex intestinis, cum pulsu vegeto; his suppressis per medicamina, supervenit copiosa et pertinax haemoptysis, quam ex sanguinis dissolutione oriundam judicavimus.“

45) A. 1819. Aegrum vidi, cujus gravis pneumonorrhagia ex causa venerea vasa sanguinea pulmonis erodente proficisci videbatur.

Haemoptysis a blennorrhoea urethrali venerea solutae exemplum refertur 46).

20. Neque a veritate alienum esse putamus ^{Pn. atoni-}
atoniam vasorum sanguiferorum pulmonis, interdum haemoptyseos reditum fovere. Hujus *pneumonorrhagiae atonicae*, praesertim, in convalescentia inque recidivis, sine alia nota causa contingentibus, memores esse juvabit.

§. XLI.

P r o g n o s i s.

1. Pneumonorrhagia nunquam expers discriminis est. Unde HIPPOCRATES ait: sanguis sursum quidem, qualiscunque fuerit, malus 47). “ Et alio loco 48): „Qui sputis cruentis detinentur, ex his quidem brevi tempore pereunt; quidam vero diutius trahunt: praestat enim corpus corpori, aetas aetati, et affectio affectioni, et anni tempestas tempestati, in qua aegrotant: quidam enim morbos facile tolerant, quidam vero omnino tolerare nequeunt.“ Porro: „Et ubi sanguinem spuere desierit; salivam multam, liquidam expuit, quandoque vero etiam visco-

Ff 2

sam.

46) BOQUIS in *Journal de médecine*. T. 73. v. RICHTER'S *chir. Bibl.* 11. B. p. 414.

47) Aphor. 15. Sect. VII. Hinc veritati respondet OVIDIANUM illud:

Carnis ut e molli sanguis pulmone remissus

Ad Stygias certo limite ducit aquas.

48) Sect. V. p. 10. Edit. FOES.

sam. Atque haec quidem sic patitur, donec quatuordecim dies praeteriverint. Post hos vero, si non desiverit morbus, squammas ab arteria tussiendo avellit, quales a pustulis decedunt, et dolor incidit in pectus et in dorsum et in latus et praecordia contingens velut *ulcus* dolet ⁴⁹). “ Ac re quidem vera, quamvis exemplis de felici pneumonorrhagiarum exitu, a DURETO ⁵⁰), TULLIO ⁵¹), BALLONIO ⁵²), ALBRECHTO ⁵³), GILBERTO ⁵⁴) etc. allatis, similia ex nostra experientia

49) De internis affectibus Liber.

50) In Comm. Super Coac. praen. HIPPOCR. Aph. 46.

51) Lib. II. C. XI. Pietoris meminit *ultra triginta annos* sanguinem expectorantis.

52) Opp. T. III. p. 481.

53) Nova aeta physico-medica. Nat. Cur. T. I, Obs. I.

54) „Rector, inquit, Universitatis Vilmensis, Astronomus egregius, quinquaginta quinque annorum, temperamentum siccum, biliosum, saepe faciem luteam exhibens, doloribus hepaticis a plurimis annis obnoxius, ultra vires studiis variisque negotiis immersus, tribus vicibus, me praesente, stupendam quantitatem sanguinis evomit post tussim validam et creberrimam. Tali haemoptysi a plurimis annis vexatus, cessato screatu sanguinis, reliquo anni tempore, sputa emittit purulenta copiosa, caeterum macer. Ante eruptionem sanguinis, extrema refrigerantur, pulsus celerior evadit, genae rubescunt, anxietas, oppressiones fatigant aegrum. Nitrum, ptisana radicis consolidae majoris sublevant.“ (Adversaria med. pr. prima. p. 239). Atqui hunc ego, clarissimum Astronomum (POCZOBUT) adhuc Vilmiae, dum *octuaginta annos* aegeret, novi.

tia deprompta addere possimus; haec tamen, si agatur de cura radicali, *admodum pauca*⁵⁵⁾ sunt. Nec id mirum, dum pulmonis structura et officium⁵⁶⁾ perspicitur.

2. *Pneu-*

55) Ut medicus de exitu morborum cum cognitione causae loqui possit, opus est, ut per viginti ad minimum annos eundem inhabitet locum. Desiderandum ne iste spectet ad maximas urbes, ubi scilicet aegri quondam curati, medici adspectum dein facile aufugiunt. Illa est, qua Vilnae fruor, positio. Ultra sexaginta hic curavi haemoptoicos, alii mortui, alii sanati. Bone Deus! sanati? Sic est, iterum iterumque sanati, ita tamen, ut quo scribo tempore solum quinque istiusmodo *sanatorum* optima salute gaudentes supersint. Duos inter hos numero medicos. Quibus addam consanguineum meum LUDOVICUM FRANK medicum Imperatricis quondam Galliae nunc Ducis Serenissimae Parmae. Egregius iste vir circa vigesimum quintum annum, ter gravem haemoptysin perpressus est. Nihilominus ab eo tempore Aegyptum petiit aliaque magna aequae ac incommoda itinera instituit, quin amplius vel in primitivum vel in alium morbum incideret. Plus dicam, anno aetatis suae sexagesimo optime valens matrimonium adhuc inivit. — A. 1815. die 18. mens. Januarii, memorabile exemplum Judaeae mihi obvenit, quae se jam a *septendecim annis*, bis ter de hebdomade, haemoptysi laborare, narrabat, quin vel unum phthiseos pulmonalis signum in illa animadvertere potuerim.

56) Pulchre hinc STAHL (Diss. cit. §. 22.): „... pulmones enim adeo tenerae sunt structurae; ut nullum viscus difficilius resarciri posse credamus: difficilio-

Pr. pneum.
traumati-
cae.

2. *Pneumonorrhagiae traumaticae* prognosis ex indole caussarum et vi morbi pendet. Illa saltem id boni habet, quod superato morbo, recidiva minus quam in haemoptysi ex caussis internis timenda sit. Pneumonorrhagia ex corporibus bronchiis illapsis, nisi haec, tussis ope, evacuentur, phthisin pulmonalem certe post se trahit. Contra, vaporum acriorum effectus, etsi in gravi consistat haemoptysi, transitorius esse solet.

Pr. pn. in-
flammati-
oriae et
rheumati-
cae.

3. Idem de *pneumonorrhagia inflammatoria accidentali* et *rheumatica* valet, saltem dum illae mature et rite curantur. Alias timendum est, quod causa primum secretionem morbosam sanguinis largiens, serius abscessibus, erosionibus, aneurysmatibus, potissimum arteriae pulmonalis, ansam porrigat. Si haemorrhagiae hujusmodi febre stipantur, illarum perfecta sanatio vix sine evacuationibus criticis expectanda; de quibus ut in pneumoniis docuimus⁵⁸⁾ judicandum est. Maxime arridet apparitio fluxus haemorrhoidalis ex ano⁵⁹⁾. Contra; „a sanguinis sputo, puris spu-
tum

ris est curae illorum laesio, propter continuum, in quo pulmones sunt constituti, motum.“

58) Cap. VIII. §. XXXV. N. 6.

59) „Verissima est observatio, inquit GILBERT, qui infantes saepe ex naribus fundunt sanguinem; post pubertatem haemoptysi sunt obnoxii: qua superata fluxus haemorrhoidalis post trigesimum quintum an-

tum malum⁶⁰); "Inprimis si febricula hectica socia sit. *Pneumonorrhagia catamenialis*, quamvis salutaris seu critica esse soleat, attamen semper, pectoris debilioris, sistit testimonium, unde timenda. Quod et de *pneumonorrhagia haemorrhoidali* dici debet, alias innocua, nisi forte rupta varix, ulcus efformet, vel cruor in parenchyma pulmonis deponatur. Patet hinc cruorem rejectum, saepius minus, cruore relicto, timendum esse. Quamobrem maxime ad effectum haemoptoes in respirationem et sanguinis circulum respiciendum est; enimvero si haec inde liberiores evadant, bonum, alias malum.

4. Praecepta haec prognoseos et in reliquis Pr. pn. gastricae, spasmodicae, arthriticae, scorbuticae, atonicae. pneumonorrhagiae species quadrant; habita inprimis ratione constitutionis aegroti et morborum perpessorum.

5. Quoties enim structura thoracis, stirps ex qua haemoptoicus descendit, et mala quae praecesserunt, potissimum labes rhachitica et scrophulosa, tuberculorum pulmonum inprimis exulceratorum movent suspicionem, aut quoties pneumonorrhagia aliis morbis chronicis provectis, inprimis phthisi pulmonali, vitiis organicis cordis et arteriarum, hydrothoraci, supervenit, toties prognosis atro carbone notata, ocyus serius, Pr. pneumonorrhagiae symptomaticae. ninis

num stabilitur, indeque ad senectutem sani et vegeti vivunt." Op. c. p. 242.

60) HIPPOCRATES Aphor. 15. Sect. VII.

nimis, cheu! confirmatur. „Tristissimus est status, cui maximo cum impetu cruor plurimus, coccineus, sub-ebullientis quasi, in cavo thoracis profundo, aquae strepitu, ex trachea per vices praecipitet, cui extrema frigere, vomitum, lipothymias repetitas, nec tamen fluxum cruoris cohibentes, convulsiones succedere videamus, vel si causas istorum, quas minime auferri licebit, subesse noscamus ⁶¹⁾.“ Mali indolis quoque sunt sputa foetentia nigra et ichorosa.

Observatio.

6. Juvat tandem symptomatum prodromorum uniuscujusque pneumonorrhagiae paroxysmi (quovis fere in aegro diversorum) rationem habere, ut vel imminens profluvium, vel cessatum illius periculum praesagire possimus.

§. XLII.

C u r a.

Generatim.

1. Advocatus ad aegrum haemoptoicum medicus festinanter accedat, sed haud turbato per aspectum periculi vultu. Securitatem potius infundat. Sanguinem rejectum non sub aegri oculis examinet, ac perspectum illico remove curet. Quaestiones instituat non superfluas et quousque licet ita constitutas, ut aegrotus, aut affirmando aut negando nutu respondere possit. Optimum si adstantes pro eo loquantur. Interea curandum ut aegrotus mox vestibus et cingulis, quae com-
pri-

61) J. P. FRANK l. c. p. 179.

primant, spoliatur; ut corporis positionem erectam observans, subfrigido in aëre degat; ut corpus vel minime moveat, ac ab omni prorsus vociferatione absteat, ut mentis in eodem agitatiō, quo fieri id licet, modo, componatur; ut lucem fugat nimiam ⁶²), ac tandem, ut potum calidum, vel et talem, qui fauces ad tussim excitulet, e. c. nimis acidum ⁶³), evitet. Rebus huc perductis cura *morbi*, non illa symptomatis, inchoatur. Nil enim magis absurdum et nocivum, quam usus, pneumonorrhagiam semper adstringentibus cohibendi ⁶⁴), de quo argumento praeceuntibus CELSO ⁶⁵), BALLONIO ⁶⁶), MONTANO ⁶⁷)

62) Et rerum splendentium inprimis rubrarum intuitus, quondam prohibebatur v. SILESSI l. c. p. 18.

63) J. P. FRANK l. c. p. 182.

64) STAHL diss. de adstringentium cauto usu.

65) „Neque ignorari oportet, eis, quibus sanguis (ex pulmonibus) fluere solet, aut quibus spina dolet, coxaeve, aut post cursum vehementem, vel ambulatiōnem, dum febris absit, non esse inutile sanguinis medicre profluvium.“ De medicina Lib. IV.

66) „Quum e pulmone sanguis rejicitur tussi, ille omni arte reprimi debet et solet: An hoc verum? Si febris adest, constat et est extra controversiam omnem non debere sisti, nisi quum sufficienter et imminutus et alio revulsus fuerit necessaria venae sectione. Hoc GALENO videtur Comment. in Aph. quod inflammationis magna sit suspicio: an tum malum est e pulmone sanguinem educi? Opp. T. I. p. 28. Legi me-

no ⁶⁷⁾ aliisque, aurea verba protulit COHAUSEN, in meditationibus suis de *noxa timiditatis in cura haemoptyseos* ⁶⁸⁾. Observat nempe quod medici nonnisi de supprimendo sputo cruento solliciti, hoc quantocyus supprimunt lentam sic tabem ac phthisin inducunt.

C. pu.
traumati-
cae in-
flammati-
onae et
rheumati-
cae.

2. Quod monitum maxime in *pneumonorrhagia traumatica* aut alia *notis inflammatoriis* insignita, valet. *Venae sectio* hic, seculorum auctoritate suffulta ⁶⁹⁾, non ad aegrotum consolandum ⁷⁰⁾, sed ad illum sanandum sine mora, in minori tamen quam in peripneumoniis copia ⁷¹⁾, et si levamen inde obtineatur, atque indicationes primam phlebotomiam exposcentes perstant,

retur et p. 33. et T. III. p. 481. ubi clare demonstratur *non semper reformidandum esse sputum sanguinis.*

67) Apud SCHENKIIUM. Lib. XI. Obs. 3.

68) Acta phys. med. N. C. Vol. IX. Append. p. 35.

69) CELSUS l. c. C. 4. ALEXANDER TRALLIAN. L. II. C. 6. PAUL. AEGINETA. L. III. C. 31. RIVERIUS Obs. Cent. I. N. 83. Cent. II. N. 52.

70) Minime excusandus videtur RUD. VOGEL qui *solummodo ad aegrotum consolandum* in certis casibus, venae sectionem instituit. (Praelect. p. 211).

71) Ait STAHL (Diss. cit. §. 28.): „Si tamen jam multum eruperit (sanguinis), etiam parcius (venae sectio) ad *uncias tres* sufficere potest.“ Addit vero: „si inter paroxysmos suscipi debeat, magis *praeservative* in initio praecipue adhuc eruptionis, nisi largior, parum efficax est.“

stant, semel bisve in paroxysmo ⁷²⁾ repetenda, institui debet. Ex quo loco ⁷³⁾? In *pneumonorrhagia accidentali* ex brachio, — in *catameniali* et *haemorrhoidali* ex pede. *Venae sectione* perfecta, aut in minori malo, ea haud plane indicata, magna est *hirudinum* circa vulvam aut anum applicitarum efficacia ⁷⁴⁾. Item *cucurbitularum*, tum *scarificantium*, tum *siccarum*, ad hypochondria ⁷⁵⁾ aut ad crura ⁷⁶⁾. Nec *pediluvia calida*, nec *clysteres emollicentes*, nec *sinapismi acriores*, non ad pectus ⁷⁸⁾, sed ad extremitates inferiores ⁷⁹⁾, negligi debent. Usui interno modica *nitratiss potassae* dosis ⁸⁰⁾, a qua nulla irritatio

72) „Nihil tamen magnopere conducunt (phlebotomiae) nisi in paroxysmo fere suscipiantur.“

73) JENISCHIIUS in Laurea apollinari. Monsp. 1605. an in sputo sanguinis ex suppressione mensium venae sectio prius in superna vel inferna vena tentanda sit?

74) SCHMUCKER *vermischte Schrift*. 1. B. p. 18.

75) RIVERIUS *Observat.* Cent. II. N. 52.

76) PERCIVAL v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 13. B. p. 654.

78) HORN n. *Archiv*. 2. B. p. 270.

79) CHRESTIEN in *Journ. général de méd.* T. XVI. p. 429. v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 21. B. 2. St. p. 105.

80) Usus nitri in haemoptysi ut plurimum DICKSON (*med. Bemerk. u. Untersuch.* 4. B. N. 16.) tribuitur, verum, est ille longe antiquior ut ex à BERGEN (diss. cit. p. 23.) apparet, qui ait: „reliquis omnibus palam praeripit nitrum, medicamentum vilioris quidem pretii, ast longe majoris efficaciae et virtutis, quam

tatio timenda est ⁸¹⁾, in vehiculo extemplo parando ⁸²⁾, exhibetur. Alii *muriate ammoniacae* utuntur ⁸³⁾. Freno hac sub methodo pneumonorrhagiis, de quibus sermo est, injecto, et hoc in morbo tempus ad perfectam curam concedendum, et inprimis rejectio cruoris atri, utpote saepissime cum levamine contingens, non impedienda. Ad aegrorum et affinium impatientiam temperandam, interea vehicula pro nitrate potassae mutantur. *Decocta rasurae cornu cervi, radice orchidis morionis et althaeae officinalis, maxime seminum lini usitatissimi, emulsiones tenues amygdalinae aut quatuor seminum frigidorum majorum et minorum, — linctus ex mucilagine gummi mimosae niloticae* ⁸⁴⁾ et syrupo
sive

alia magis speciosa et pretiosa, quod vix crediderit, qui non ipsius usum ipse fuisse expertus.“

81) Non intelligo quo pacto BORSIERI dicere potuerit: Pace, vero auctoris (DICKSON) nitro saepe tussim excitari vidi, “ . . . et paulo infra: „Immo interdum post diuturnum, largumque ejus usum acritate sua, quae viribus vitae non subigitur, haemoptysin ipsam induxisse visum est.“ l. c. §. 38.

82) Testatur de paucis judicio, si medicus festinanter ad haemoptoicum vocatus, tales formulas, quae praesertim noctu, extincto in pharmaciis igne, tempore et coctione indigent, praescribit. Cur non solvere simpliciter nitrum in aqua addito syrupo mucilaginoso?

83) LENTIN *Beyträge*. 5. B. p. 173. (cum extracto liquiritiae).

84) „Cl. Medicinae Professor Bononiensis, cujus per ali-

sive *althaeae* sive *violarum*, sive *papaveris rhoeados* et oleo *amygdalarum dulcium*, eligere solemus. Sunt qui simplex hoc oleum⁸⁵⁾, vel illud *lini*⁸⁶⁾, *momordicae*⁸⁷⁾, *hyoscyami cocti*⁸⁸⁾ exhibent. Alvo clausâ, decoctum ex *fructibus tamarindorum*, ut acidum involvatur, cum *manna* et addito saepe quodam medio, e. c. *sulphate sodae*, propinamus. Si *rheumatici catarrhalis* quid lateret, ac methodus hucusque commendata ad sanguinem cohibendum non sufficeret, pulcherri-
mos effectus a *vesicatorio* inter scapulas admoto vidimus, videruntque alii⁸⁹⁾. Quodsi indicata
hucus-

quot annos auditor fui, solo, sed liberaliori et diuturno pulveris gummi Arab. usu se convaluisse (a haemoptysi) in suis praelectionibus narrabat, pervenitque ad eam senectam, ad quam paucis datum est pervenire.“ BORSIERI l. c. §. 35.

85) HUFELAND's Journ. 10. B. 4. St. p. 139.

86) Eph. N. C. Dec. I. An. 6 et 7. Obs. 209. Gosse in Journ. de méd. T. 30. p. 83.

87) WENDT in HUFELAND's Journ. d. pr. Heilk. 5. B. p. 389.

88) HARLES in HUFELAND's Journ. d. pr. Heilk. 9. B. 2. St. p. 47 (caute mehercle!).

89) MERTENS Obs. med. P. III. C. 2. Vindob. 1778. PERCIVAL Essays. 2. Vol. v. Abh. f. pr. Aerzte. 13. B. p. 653. RANOË in Act. R. soc. med. Havn. Vol. II. N. 30. p. 397. LENTIN Beyträge. N. 15. Ait quidem BORSIERI: „Tentatum id (vesicatorium) pluries a me est in contumaciore et recidiva haemoptysi, sed non ita prospere, ut MERTENSIO, res cessit.“ l. c. §.

hucusque auxilia in pneumonorrhagia inflammatoria accidentali, effectu destituerentur, atque pulsus frequentia et durities perseverarent, ad infusum *foliorum digitalis purpureae* in vehiculo mucilaginoso ⁹⁰⁾ deveniendum foret. Jure ⁹¹⁾ hoc pharmacum, in pneumonorrhagia cum motu arteriarum concitato commendatum fuit ⁹²⁾ ac dolendum abusum *) et incongrua illius cum aliis phar-

39. Sane pulmone jam exulcerato! Virtus enim vesicatorii ad casus indicatos circumscribitur, quod et sequentia Patris mei verba indicant: Si forsán *secretio morbose* ex rheumate, herpete etc. tenesiam bronchiorum superficiem irritaverit; tunc praeter opportuna huic morbi causae remedia, emplastrum *resicans* aut sterno, aut loco scapulis intermedio appositum, profuisse est visum.“ Epit. l. c. p. 186.

90) R. Radicis orchidis morionis scrupulum unum. Coque c. s. q. aquae communis; sub finem coctionis infunde foliorum digitalis purpureae scrupulum unum vel drachm. semis. Stent in digestionem, qua frige facta colaturae librae unius adde syrupi albaeae unciam unam. M. D. S. Capias omni hora unciam.

91) A viginti quinque annis digitali in haemoptoe utor, — hinc, iudex sum competens.

92) A. T. FERRIAR in *Medical histories and reflex.* 1792. JONAS in *Med. Comment.* v. Ednb. 2. Dec. 1. B. p. 27. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. B. p. 23. THOMAS *Modern practice of physic.* T. I. HEUSINGER in HORN'S *Archiv f. med. Erfahr.* 1811. Sept. p. 358. VALENTIN in SÉDILLOT *Journ. de méd.* 1812. Fevr. p. 226. aliisque multis.

*) Vix enim quis cruorem ore rejicit, — en vulgus me-

pharmacis connubia⁹³⁾, meritam laudem infregisse. Interea tempus cum digitali haud diu terendum, nam ubi spatio tridui non juvat, frustra effectus (ex pulsu lentiori facto expectandus) obtinetur. Parum vel nil hoc pharmacum in pneumonorrhagia catamentiali et haemorrhoidali valet; imo hoc ultimo in morbo interdum (impulsum a tergo imminuendo?) nocet. Quamobrem in eo curando praemissis antiphlogisticis et eccoproticis, sine temporis jactura nos ad *alumen*⁹⁴⁾, sub forma vel pulveris⁹⁵⁾, vel solutionis in sero lactis⁹⁶⁾, vel in connubio cum
 sic

dicorum cum digitali praesto est! Plethoram immuere, sanguinem a vasis pulmonum ad alia loca derivare, circuitus in imo ventre libertatem restituere, causam rheumaticam a vasis sanguiferis remove, ne de aliis plurimis adhuc indicationibus loquar, haec omnia a digitalis actione, veluti per incantamentum, boni expectant viri.

93) e. c. cum aqua cinnamomi et opio.

94) Jam ab ALEXANDRO TRALLIANO commendatur. L. II. C. 6. Cfr. WILlich in TODE *med. Journ.* 2. B. 4. St. p. 123. Sunt qui commendant ut parum aluminis in ore teneatur, solvi patiatur, et solutum deglutiatur. KUECHLER diss. cit. p. 25.

95) R. Pulveris aluminis grana duo. Gummi arabici grana quinque, sacchari scrupulum semis. Omni secunda hora talem pulverem.

96) R. Aluminis puri drachmam semis, ad dr. unam. Solve in seri lactis dulcis clarificati libra una. Adde

sic dicto *sanguine draconis* *), convertimus. De-
fraudavit vero aliquoties alumen spem nostram
ibi, uti *acetas plumbi* 97) votis respondebat.

Cura pu-
gastricae.

3. *Pneumonorrhagiae ex imo ventre* ortum
trahentes, sanguinis emissionem per se non ex-
poscunt; verum cum de diagnosi raro certissimi-
simus, cumque complicatio inflammatoria latere
possit, nisi constitutio epidemica nos aliter do-
cuerit 98) et hic phlebotomiam non negligimus.
Prout plethorae signa sursum vel deorsum ur-
geant, ac hepar aut lien scenam in morbo lu-
dant, cruorem, vel e brachio, vel e pede, dextri
aut sinistri lateris, pauca saltem quantitate de-
trahere curamus. Venae sectione admodum du-
bia, et hypochondrio alterutro tenso, illi vel
hiru-

syrupi papaveris rhoeados unciam unam. M. D. S.
Quavis hora unciam capiat.

*) R. Aluminis draconisati drachmam semis. Solve in
seri lactis dulcis libra una. Adde syrupi papaveris
rhoeados unciam unam. M. D. ut supra.

97) AMELUNG in HUFELAND's *Journ.* 22. B. 1. St. p.
12. REYNOLD in *Arzneyk. Abh. v. London.* 3. B. p.
171. STRÖM in *Nov. act. soc. R. Havn.* Vol. I. 1818.
KOPF *Beob. a. d. Gebiete d. ausl. Heilk. Frankf.* 1821.
Pulcherrimos effectus a saccharo saturni, tertia quaque
hora ad quartam grani partem cum saccharo porre-
cti, in clinico meo plurimis in aegrotis haemoptoi-
cis obtinui. Interea tale pharmacum, utpote ex classe
venenorum desuntum, et, ut vidimus, graves colicas
producens, usui generali neququam inservire potest.
98) STOLL *rat. méd. P. II. p. 191.*

hirudines, vel cucurbitulae scarificantes imponuntur. Si fomes saburralis, vel biliosa lateat (aut corpus peregrinum e trachea allaborandum sit⁹⁹⁾) plurimi *emeticum* commendant¹⁰⁰⁾, quod nos in haemoptysi exhibere nunquam ausi sumus¹⁾, quamvis interdum vomitum accidentalem et praesertim ex usu digitalis, sine noxa haemoptoicis contigisse vidissemus. Potius praemissis lenibus solventibus, e. c. solutione *tartratis potassae et sodae*, alvum subducimus. Haemorrhoidariis et hinc egregie *electuarium lenitivum* inservit. Contra *calomelani* usus, hoc in morbo, nobis minime

99) Hoc in casu, non obstante sanguinis fluxu, MORTON (Phthisiologia. Lib. III. C. 6. p. 300.) vomitorium suadet, ut nisu vehementiori, musculorum abdominis contractione, coacto simul ad ascensum diaphragmate, thoracis viscera comprimantur irritenturque, quo unitis viribus, quod ipsis noxam minatur, expellant.

100) STAHL v. KÜCHLERI diss. cit. p. 17. STOLL op. c. p. 31. 114. ENGELHART diss. cit. RANOE in Actis R. soc. med. Havniensis. Vol. III. p. 365. *Auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 5. B. p. 164.

1) „Ipsa quidem emetica interdum pulmonum cruenta profluvia, imprimis si gastrica colluvies haec produxisse videbatur, profuisse, a claris in arte viris est dictum; sed super igne doloso ac cineribus tecto hinc incedimus; nec tanta nobis caussarum certitudo concessa est, quin ipsa ventriculi subversio, profluvii pulmonalis effectus, ac emetici praescripti actio letalis esse queat.“ J. P. FRANK l. c. p. 185.

nime securus videtur. Exhibitus tamen fuit in haemoptysi biliosa ²⁾. Quocunque vero utaris eccoprotico cave a violenta alvi evacuatione, haemoptoicis admodum adversa.

C. pn. spas-
modicae.

4. In *pneumonorrhagia spasmodica*, et in omni alia symptomatibus multis nerveis, etiamsi accidentalibus, insignita, semina *hyoscyami nigri*, sub forma *emulsionis* ³⁾, vel *extractum* herbae ejusdem ⁴⁾, maxime commendari merentur. *Semina plantaginis* quondam in usu erant ⁵⁾. Et folia *digitalis purpureae* hinc iterum tentari possunt. Spasmis ex imo ventre proficiscentibus, morboque habituali reddito, radicis *cephaëlidis ipecacuanhae* ⁶⁾ parvae doses ⁷⁾ multum praestare solent.

2) FINN *Gallenkrankheiten* p. 255.

3) Cap. IV. §. XIX. 1. (32).

4) R. Extracti hyoscyami gran. unum. Pulveris nitri, gummi arab. ââ grana quinque. Sacchari scrupulum semis. M. Bis terve de die pulverem sumat. Hyoscyamo maxime *electuarium ad sputum sanguinis Haëlidæi Paduani* virtutem suam debere videtur. Ecce formulam. R. Seminum hyoscyami, papaveris albi ââ drachmas decem. Terrae sigillatae, Coralliorum rubrorum ââ drachmae quinque. Sacchari rosati antiqui q. s. M. f. c. s. q. syrupi rosarum simpl. electuarium, de quo detur drachma una bis in die (Comment. Ac. Bononiens. T. I. p. 158).

5) Ad drachmam saepius repetitam. Fatetur PAUL. DE SORBAIT (med. pract. Tract. I. Cap. 46.) secretum esse domus serenissimæ Mantuanae.

6) De vi antihæmoptoica Ipecacuanhae loquuntur ASKOV

solent. Maxime tamen nobis connubium hujus radicis cum *opio* arridet. *Pulvis DOVERI* ⁸⁾ enim velut specificum agit, dum febris desideratur, alvus aperta est, noctes inquietae sunt, tussicula brevis urget et aeger pusillanimis cernitur. Tunc et *opium purum* se commendat ⁹⁾.

5. *Pneumonorrhagiae arthriticae* opponimus *C. pu. arthriticae.*
phlebotomiam e saphena, hirudines ad sternum et ad sinistrum thoracis latus, balnea pedum irritantia, pharmaca quae leniter alvum movent ac opus transpirationis sustinent ¹⁰⁾, vesicatoria, et

Gg 2 *sina-*

in Act. R. soc. Havn. T. I. p. 170. WAGNER in Diss. de haemoptoës in primis vero habitualis, seu phthisicae, expeditiori quadam efficaciorique curatione p. 299. Not. vide HALLER's *akadem. Streitschriften.* 2. B. LÖFFLER in *Beiträge.* 1. B. TODE in *Advers. med.* pr. Hafn. 1779.

7) Quarta pars grani omni hora.

8) R. Pulveris DOVERI grana duo. Pulveris gummosi scrupul. semis. M. D. S. Quavis tertia horâ capiat pulverem unum.

9) Antiquissimus illius in haemoptoë est usus, uti ex CAELIO AURELIANO p. 412. ALEX. TRALLIANO L. II. C. 6. PAULO AEGINETA L. III. C. 31. elucet. Legi praecipue merentur de opii in haemoptoë usu CRELLII notae ad WAONERI laudatam dissertationem l. c. p. 126. et p. 300.

10) R. Infusi florum sambuci libram unam. Salis Seignetti unciam semis. Oxymellis simplicis unciam unam. M. D. S. Capiat quavis secunda hora vasoulum semis coffeanum.

sinapismos ad extremitates praecipue inferiores. Si suppressio morbi cutanei, aut sudoris habitualis ad morbum excitandum contulerunt, *fonticulus* ¹¹⁾. Et híc toties *digitali purpureae* locus est, quoties cor et systema arteriarum peculiariter manifestant irritationem. Urina, si pauca valdeque saturata fuerit, *nitratís potassae* et *infusionis stipitum solani dulcamarae* ope promovetur. Caeterum aeger pharmacis non obruendus et placide incedendum est.

C. pn. scorbuticae.

6. *Scorbuto haemoptysi* ansam porrigente, succis vegetabilibus, quae suppeditant *citrus medica*, *malum punicum* ¹²⁾, *vaccinium oxycoccos*, *berberis vulgaris* (ne tussis inde excitetur cum necessaria quantitate sacchari et aquae subfrigidae edulcoratis et dilutis) haud parcendum est. Cum tali cautela et *acetum* ¹³⁾ et *acidum tartari* ¹⁴⁾ cum fructu praescribuntur. Latente vitio haemorrhoidali vel saburráli, alvus per decoctum fructus

11) SCHÖNHEYDER in Act. R. soc. med. Havn. Vol. III. N. 19.

12) CAEL. AUREL. Opp. p. 409.

13) Laudarunt illud: CELSUS L. IV. C. 4. ARETAEUS Curat. acut. L. II. C. 2. CAEL. AURELIANUS Opp. p. 405. GALENUS L. V. method. C. 8. (oxycratum, seu posca ex aqua et aceto). „Memini mulieris, ait KÜCHLER, quae, quoties sputo cruento corripitur, toties haustu *aceti vulgaris* largo se protinus cum euphoria ab affectu liberat.“ Diss. cit. p. 20.

14) RANÖ in Act. R. soc. med. Havn. Vol. II. p. 156.

fructus tamarindorum, aperta tenenda. Curae inceptae *succus expressus urticae dioicae* sigillum imponit¹⁵⁾. Si vires decrescant, ad *vinum*¹⁶⁾ succo citri et saccharo mixtum, confugiendum.

7. Quamvis enim hucusque in pneumonorrhagiis curandis potius methodum antiphlogisticam atque alia auxilia, quae irritabilitatem vasorum sanguiferorum et sensibilitatem nervorum compescunt, commendavimus, attamen libenter concedimus interdum et adstringentibus¹⁷⁾, tonicis atque excitantibus¹⁸⁾ locum esse. Locus illis est in *pneumonorrhagiis ab atonia*, nec non in plurimis aliis pneumonorrhagiis symptomaticis, quae summo vitae periculo stipantur, ac ubi medico, si aeger moriretur quin omnia nota auxilia in usum deducta fuissent, opprobrium fieri posset. Juvabit auxilia illa speciatim ad trutinam vocare.

8. In

15) Propria experientia fretus sententiae auctoris epitomes de curandis hominum morbis (l. c. p. 185.): „urticae succus, qui tanto quondam inter Italos in usu fuit, vix ullo effectu stipatur.“ non subscribo.

16) CAEL. AUREL. Opp. p. 406.

17) SEGUYN ergo haemoptoicis adstringentia. Paris. 1619. Celebrata quondam in haemoptysi nunc obsoleta adstringentia sunt *fungus melitensis* (LINNAEUS diss. de fungo melitensi. Upsal. 1755.) *lapis haematis* (ALEXANDER TRALLIANUS L. I. C. 6. SCHENK Obs. L. II. N. 85.) *aqua vulneraria* LANDII (BORSIERI l. c. §. 37. (**)).

18) HORN *Beyträge zur med. Klinik*. 2. B. p. 426.

Acida et
opium.

8. In pneumonorrhagia atonica, praesertim puellarum, atque in haemoptoë phthiseos pulmonalis conclamatae et morborum organicorum cordis et arteriarum symptomate, *elixir. acidum HALLERI* perbelle conducit. Alii *simplex acidum vitrioli* laudant¹⁹⁾. Quodcunque acidorum eligas, id tali pacto involvendum, ut tussim non exasperet. Inter omnia vehicula tali scopo accommodata *decoctum amyli* (et per se commendati²⁰⁾) omnia alia antecellit, addito *liquiritiae syrupo*²¹⁾. Exhausto a haemorrhagia, ejusdem quam indicavimus generis, aegro, interdum *elixirium vitrioli MYSNIGHTII*²²⁾ et maxime illius cum *laudano liquido SYDENHAMI* connubium²³⁾ nobis conducit. Terribilem puellae phthisicae haemoptysin solo *laudano liquido SYDENHAMI* se-

19) MARK *von der Lungenschwindsucht* p. 99. BLOCH, *Bemerkungen*. p. 77.

20) ALEXANDER TRALLIANUS, L. II. C. 6. ARETAEUS, *Curat. acut.* L. II. C. 2. CAELIUS AURELIANUS p. 411. RIVERIUS *Obs. Cent.* IV. N. 11.

21) R. Amyli puri unciam semis. Tereatur c. aquae frigidae s. q. et coquatur. Colaturae librae unius adde Elixirii acidi Halleri scrupulum unum. Syrup. liquiritiae unciam unam. M. D. S. Quavis secundâ horâ vasculum coffeanum.

22) Guttae sex pro dosi cum aquae cochleari, omni horae dimidio.

23) ana partes aequales — guttae decem pro dosi.

davimus ²⁴⁾. Interea cum STAHLIO ²⁵⁾ opiata quantum possibile fugimus.

9. *Pneumonorrhagiae* symptomati *februm intermittentium*, ablata omni complicatione inflammatoria et gastrica, *cinchona officinalis* opponenda ²⁶⁾; scopo tonico nobis non profuit ²⁷⁾. *Radicem ratanhia* ²⁸⁾ nunquam in haemoptoe adhibuimus.

Cinchona
et ratan-
hia.

10. Cruore cum periculo vitae e pulmonibus ruente, absentibus inflammationis signis et complicatione cum veteri aliquo infarctu, tentatis-
que

Aqua fri-
gida et
glacies.

24) In nosocomio Vindobonensi a. 1801. guttas viginti adhibui, quo facto, illico (pro tempore) siluit haemorrhagia.

25) Diss. cit. §. 34.

26) ENGELHART l. c. LUIGI FRANK *lettera in nuovo giornale di medicina di Milano*. 1792. v. KÜHN *Ital. Bibl.* 2. B. 1. St. p. 21. Ait SENAC: „haemorrhagias periodice recurrentes cortici peruviano cessisse memini.“ *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 336.

27) Idem testatur DE MEZA in Act. R. soc. med. Havn. Vol. I. p. 40. Interea non reticendum cinchonam partem constituentem efficere *electuarii FULLERI*, quondam contra haemoptoen veluti specificum habiti. En formulam R. Corticis peruviani pulver. unciam unam. Balsami Tolutani, terrae Japonicae ââ drachmam un. Syrupi de Symphyt. Boylei q. s. m. f. *electuarium*, quod in decem partes aequales dividendum est, ut binae vel tres intra diem sumantur, et superbibatur haustus aquae idoneae.

28) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXVII. §. CXXXIX. 7. (10). *Recueil de la soc. de méd. de Paris*. T. 58.

que aliis incassum auxiliis, ad usum internum et externum *aquae frigidae et glaci*, praecuntibus CAELIO AURELIANO *), GERVASIO A MONTE FALISCO ²⁹⁾, FR. HOFFMANNO ³⁰⁾, MERTENSIO ³¹⁾, RIVERIO ³²⁾, MUSGRAVIO *), RENARDO ³³⁾, BORSIERIO ³⁴⁾ aliisque ³⁵⁾ devenire licet. Methodus hujus-

*) Opp. p. 482. (topice) p. 403. (interne).

29) Diss. de usu aquae frigidae in haemoptysi et quocumque sanguinis profluvio. Rom. 1756. Comm. Lips. Supplem. Dec. I. p. 566.

30) „Inter refrigerantia potissimum commemorandus *aquae potus frigidae*, paulatim quidem, sed sufficienter, quotidie haustus, tecto probe corpore. Novimus aliquot exempla, solo hoc remedio, debita cum cautione et praemissa venae sectione adhibita, sanguinis periculosum hunc fluxum substitisse.“ l. c.

31) Obs. med. pract. P. III. C. 2. Vindob. 1778.

32) Suadet oxycrato frigido scrotum fovere ob consensum, quem inter organa pneumatica et genitalia intercedere credit.

*) *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 5. B. p. 677. (non solum potum frigidum laudat, sed et aegrotis lintea pectori imponit, quae frigida sint madida).

33) *Journal de médecine.* T. XXXV. p. 509. (aqua glacialis interne et externe).

34) l. c. §. 39. „Ab aqua simplici naturaliter frigida inchoandum est, deinde ad frigidissimam et nivatam transeundum. Nonnulli quovis horae quadrante scyphum hauriendum jubent. Ego singulis semihoris octo, vel decem uncias praebere soleo, excluso quocumque alio alimento, continuarique ejusmodi potum suadeo diu noctuque ad aliquot dies, interdum ad hebdomadem, aut certe donec sanguinis sputum cessa-

hujusmodi, potius climatibus calidis ³⁶⁾ quam frigidis, potiusque tempori aestivo quam hyemali accommodata, ad pneumonorrhagiam generatim extensa, multos aegros, letales pneumonias excitando, praecipitavit. Quamobrem ad illam nonnisi omnino coacti confugimus; nec ipsi frigoris fautores aliter suadent ³⁷⁾.

11. Sunt qui sub deterrima haemoptoë usum Alcohol et murias sodae. *spiritus frumenti cum nitro* suadeant ³⁸⁾. Singulare connubium! Et *sal culinare* ³⁹⁾ in pollinem finissimum redactum ad cochlear coffeanum commendatur. Adhiberi posset urgente periculo, deficiente rationali indicatione, noctu, donec certiora praesto sint pharmaca.

12. Sub

verit. Postea paulatim imminui ejus aquae potus debet, et aliquid tenuioris alimenti concedi licet.⁴⁰⁾

35) GALLEREUX l. c. (glacies interne et externe).

36) Pluries in Italia et Austria glaciem conditam (*Sorbetto*) in pneumonorrhagia cum successu adhibui, secus in Lithuania.

37) Cfr. BORSIERI l. c.

38) HARTMANN in *Novis actis soc. Upsal. T. I. N. 17. v. TODE Med. prakt. Bibl. 1. B. 2. St. p. 119. et Abh. f. pr. Aerzte. 11. B. 4. St. p. 55. Idem remedium commendatur in WAGNERI diss. cit.*

39) RUSH *inquiries and obs. N. 9. MICHAELIS in RICHTER'S Bibl. 7. B. p. 581. PERCIVAL Essays. 2. Vol. p. 655. DOEMLING in HORN'S Arch. f. med. Erfahrung. 3. B. p. 65. MÖNNICH in HUFELAND'S Journal 1817. Sept. 115. Exemplo uno, ubi profuit, ego decem, ubi nil praestitit, opponere possum.*

Ligatio
membro-
rum alia-
que.

12. Sub hac ipsa rerum positione interdum *fascias* extremitatibus tum superioribus, tum inferioribus ita admotas, ut venas in corporis superficie decurrentes, non arterias profundius sitas, comprimant, cum successu adhibuimus ⁴⁰⁾. Longe vero saepius et hoc auxilium non solum nil praestitit sed evidenter nocuit ⁴¹⁾. Alii commendant ranam vivam plantis pedum ⁴²⁾ applican-

40) Luculentissimum exemplum Viennae A. 1800. in Nosocomio mercatorum, quod partem Xenodochii generalis constituit, habui. Aeger nempe phthisicus enormem haemoptoën patiebatur. Noctu advocatus, donec pharmaca praescripta adportarent, brachiis et cruribus fascias admoeram, atque illico haemorrhagia siluit. Idem experimentum in eodem aegro pluries dein cum aequali eventu repetitum fuit. Laudat fasciarum moderatam applicationem in haemoptysi et CLIFTON WINTRINGHAM vide *Abh. f. prakt. Aerzte.* 8. B. p. 420. JANI SENNERTUS (L. II. P. II. C. 7. p. 387.) in nostro affectu extremarum partium frictions et *ligaturas* commendavit, cum sanguinis motum versus pulmones prohibeant.

41) Memorabilia sunt CELSI verba: „*Erysistrates* horum (in haemoptysi constitutorum) crura quoque et femora brachiaque pluribus locis deligabat. Id ASCLEPIADES, adeo non prodesse, etiam inimicum esse proposuit. Sed id saepe commode respondere, experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est; sed sat est infra inguina, et super talos, summosque humeros, etiam brachia.“ L. IV. C. 4.

42) Eph. Germ. Dec. II. An. 10. Obs. 136.

candam esse, variaque demum amuleta ⁴³⁾ auxili-
liaque sympathetica ⁴⁴⁾.

13. Absoluta pneumonorrhagia non illico <sup>Profluvio
absoluto.</sup> triumphandum ac sat diu in eadem methodo,
praecipue quod spectat ad regimen diaeteti-
cum ⁴⁵⁾, maxime ad illud morale ⁴⁶⁾, continuan-
dum ⁴⁷⁾. Ut bronchia a sanguine congrumato,
ad putredinem prono, quo citius id fieri possit,
libe-

43) e. c. haematites manu detentus, smaragdus collo sus-
pensus, bufo exsiccatu linteo inclusus et sub axillis
gestatus donec incalescat.

44) Pulvis Domini DYGBAET, in aqua solutus, super
quam patiens sanguinem exspuat.

45) „Strictis *diaetae* legibus haemoptoicus se obligare
debet; — *si enim curatus et sanus factus non se ipsum
custodierit, plerisque revertens morbus interitus causa
fit*, sententia est HIPPOCRATIS Lib. de intern. affect.

46) „Haec schola moralis docet, ut hujus discipuli nec
ad sinistram fortunam irâ effervescant, nec tristitiae
immoderatae nebulis innubem frontis serenitatem ani-
mi constantis indicem asperent, nec impatientia com-
moveantur, sed potius adamantinam fatorum legem
et diversos fortunae insultus, uno eoque aequanimo
vultu intueantur, turbidamque sortis inconstantiam,
sereno vultu et ore ridente excipiant.“ DE PRÉ l. c.
p. 8.

47) „— author sum, ut aliquamdiu post curatum ad
sensum affectum perseveretur in blandiorum medi-
camentorum continuatione parciore, quo adversus
novi mali accessum roboretur pars male affecta, ideo-
que facile iterum efficiantia.“ SYLVIVS Lib. I. Prax.
med. C. 23. Thea. 40. 41.

liberentur, SWIETENIUS commendavit *inhalationem vaporum calidorum* 48). Consilium ejusmodi alea plenum esse existimamus, ob periculum, scilicet, quod „ne thrombus, qui loco bronchiorum sauciato adhaeret, citius quam par est separetur, portendit 49).“ Nec securum est illorum consilium, qui *arnicam*, ut sanguinem stagnantem resolvant, adhibendam esse volunt 50). Etenim aegro jam ad portum deducto, quid ad perfectam sanitatem obtinendam adhuc desideretur, ipsa natura, sub *lactis* usu 51) et molestam tussim nocturnam, *massae pilularum de cynoglossa*

48) Comment. T. IV. p. 51. Sub ipso pneumonorrhagiae insultu MAYERNE (Prax. med. p. 225.) mira praestitisse refert *calx* viva cum *aceto* et insperso *lapide haematiti* calcinati parum in conclavi, quo haemoptoticus degit, extincta, ut vapores exinde emergentes cum atmosphaera mixti et ubique diffusi, adstringendo in vasa pulmonis agant. Nunquam id tentavi, nec mehercle tentarem *fumum* accensi *sulphuris*, a quo inspirato saepius stitisse haemoptysin auctor est SIM. PAULI in Quaest. Bot. p. 232.

49) J. P. FRANK l. c. p. 287.

50) BUCHHOLTZ und MARQUET *neueste Heilk. N.* 15.

51) „Novi, solo lacte caprillo cum floribus papaveris rhoeados cocio, admixta dimidia aquae parte et adjecta portione mellis, quotidie largim assumpto, immodicam etiam ex pulmonibus sanguinis profusionem optime conquievissse primum, ac postea usurpatis simul multo inter cibos confectis ex amylo, ex toto fuisse sanata.“ FR. HOFFMANN l. c.

glosso ope sedando, perficit; sin non, pro re nata ad methodum prophylacticam vel phthiseos pulmonalis vel morborum cordis recurrendum est. Scopo prophylactico in plethorico circa aequinoctia parva phlebotomia instituenda est.

CAPUT X.

De Phthisi pulmonali.

§. XLIII.

Notio. *Literatura. Doctrinae momentum. Ordo rerum.*

1. **N**omen *phthiseos pulmonalis* ⁵⁵⁾ imper- Notio.
titur morbis plurimis, chronicis, variis iisque
propriis symptomatibus stipatis, qui morbi, nisi
mature sanari possint, ocysus serius in eo con-
veniunt, quod sub febre hectica, tussi cum spu-
tis purulentis et dyspnoea, pulmones plus mi-
nusve

55) A GR. $\Phi\theta\iota\omega$, consumo, aut $\Phi\theta\iota\omega$, exsicco. LATIN. *Tabes. Phthisis* (brevitatis caussa, nam sub intelligitur *pulmonalis*). GERM. *Lungensucht, Lungenkrankheit*. GALL. *Phthisie pulmonaire, pulmonie*. ANGL. *Lung-sickness, pulmonary consumption*. ITAL. *Tisica polmonare. Tisichezza polmonare, morbo tisico, pulmonea*. POL. *Suchoty*. ROSS. $\Upsilon\alpha\chi\omicron\mu\kappa\alpha$.

nusve destruunt, vitaeque finem misere imponunt.

Literatura. 2. Veteres, morbos plurimos sub nomine phthiseos pulmonalis comprehensos, cognovisse, ex locis citandis HIPPOCRATIS, GALENI, CELSI, ARETAEI, AËTII, ALEXANDRI TRALLIANI, elucet. Porro de phthisi pulmonali scripserunt: STAHELIUS⁵⁶⁾, HAMBERGER⁵⁷⁾, HENER⁵⁸⁾, MEURER⁵⁹⁾, PARCOVIUS⁶⁰⁾, MOELLER⁶¹⁾, WORENIUS⁶²⁾, BLOSSIUS⁶³⁾, VARI⁶⁴⁾, LUCHTENIUS⁶⁵⁾, LANGE⁶⁶⁾, ERHARD⁶⁷⁾, STUPANUS⁶⁸⁾, PETRAEUS⁶⁹⁾, COLBIUS⁷⁰⁾, PASCHASIUS⁷¹⁾, WEIGEL⁷²⁾, BEUTEL⁷³⁾, OMICH⁷⁴⁾,

56) Diss. de phthisi. Heidelb. 1583.

57) Diss. de phthoë. Tub. 1585.

58) Diss. de phthoë. Tub. 1585.

59) Diss. de phthisi seu tabe. Lips. 1592.

60) Diss. de phthisi, ejusque curatione. Helmst. 1596.

Diss. de phthisi. Helmst. 1610.

61) Diss. de phthisi. Fr. 1603.

62) Diss. de empyemate et phthisi. Rostoch. 1603.

63) Diss. de phthisi. Tub. 1604.

64) Diss. de phthisi. Jen. 1607.

65) Diss. de phthisi. Helmst. 1608.

66) Diss. de phthisi. Cassel. 1609.

67) Diss. de phthiseos natura et cura. Basil. 1612.

68) Diss. de phthiseos natura et cura. Erf. 1612.

69) Diss. de phthisi exquisita. Marb. 1613.

70) Diss. de phthisi. Basil. 1614.

71) Diss. de phthisi. Basil. 1614.

72) Diss. de phthisi. Basil. 1615.

73) Diss. de phthisi. Basil. 1616.

OMICH ⁷⁴), TITIUS ⁷⁵), PANSA ⁷⁶), SHALLER ⁷⁷),
 BERTRAM ⁷⁸), MEIBOM ⁷⁹), FABRICIUS ⁸⁰), SEN-
 NERT ⁸¹), SULZBERGER ⁸²), BAUSCH ⁸³), WAL-
 THER ⁸⁴), PFIZER ⁸⁵), TAPPIUS ⁸⁶), SAUBER ⁸⁷),
 WILDE ⁸⁸), ZEIDLER ⁸⁹), WALAEUS ⁹⁰), SCHEF-
 FER ⁹¹), SCHELHAMMER ⁹²), MICHEL ⁹³), SCHNEI-
 DER ⁹⁴), HOPPIUS ⁹⁵), VESTI ⁹⁶), COLZOVIVS ⁹⁷),

FITZ-

74) Diss. de phthisi. Erf. 1616.

75) Diss. de phthisi. Basil. 1617.

76) *Bericht von der Schwindsucht.* Leipz. 1618.

77) Diss. de phthisi. Witteb. 1622.

78) Diss. de phthisi. Lips. 1623.

79) Diss. de phthisi. Basil. 1624.

80) Diss. de phthisi. Rostoch. 1626.

81) Diss. de phthisi. Witteb. 1627.

82) Diss. de phthisi. Lips. 1629.

83) Diss. de phthisi. Altd. 1630.

84) Diss. de phthisi. Basil. 1633.

85) Diss. de phthisi. Argent. 1634.

86) Diss. de phthisi. Helmst. 1637.

87) Diss. de phthisi. Altd. 1638.

88) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1639.

89) Diss. de phthisi. Lips. 1639.

90) Diss. de phthisi. Lips. 1646.

91) Diss. de phthisi. Argent. 1647.

92) Diss. de phthisi. Jenae 1647.

93) Diss. de ulcere pulmonum seu phthisi. Basil. 1648.

94) Diss. de vera natura et curatione recta phthisis.

Witteb. 1648. Diss. de phthisi. Wit. 1661.

95) Diss. de phthisi. Helmst. 1637.

96) Diss. de phthoê seu affectu thoracico phthiiseos. Erf.
 1649.

97) Diss. de phthisi. Argent. 1652.

FITZMANN ⁹⁸), MICHAELIS ⁹⁹), WEISE ¹⁰⁰), SCHRECKENBERGER ¹), VOGLER ²), LEICHTNER ³), BARTHELS ⁴), VON DOYVER ⁵), BIESTER ⁶), AMMAN ⁷), SEBIZ ⁸), POUSTMA ⁹), DORSTENIUS ¹⁰), ROLFINCK ¹¹), SCHLEGEL ¹²), FRIDERICI ¹³), RESEBOOM ¹⁴), VOSMARIUS ¹⁵), WERCKHORST ¹⁶), WINTHER ¹⁷), BETZ ¹⁸), PETZIG ¹⁹), WALDSCHMID ²⁰), SCHACHT ²¹),

- 98) Diss. de phthisi. Giess. 1658.
 99) Diss. de phthisi. Lips. 1658.
 100) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1658.
 1) Diss. de phthisi. Argent. 1659.
 2) Diss. de phthisi. Helmst. 1660.
 3) Diss. de phthisi. 1661. 1668.
 4) Diss. de phthisi. Basil. 1662.
 5) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1662.
 6) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1664.
 7) Diss. de phthisi. Lips. 1664.
 8) Diss. de phthisi. Argent. 1665.
 9) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1666.
 10) Diss. de phthisi. Marb. 1667.
 11) Diss. de aegra phthisica. Jenae 1667. Diss. de phthisi. Jen. 1634. Diss. de peripn. — phthisi. Jen. 1636.
 12) Diss. de phthisi. Jenae 1667.
 13) Diss. de phthisi. Jenae 1667. 1668.
 14) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1671.
 15) Diss. de sanguine ejusque laesione in phthisi. Lugd. Bat. 1673.
 16) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1673.
 17) Diss. de phthisi pulmonali. Rintel. 1673.
 18) Diss. de phthisi. Altd. 1674.
 19) Diss. de phthisi. Altd. 1674.

SCHACHT ²¹), SCHNEIDERMANN ²²), SCHUNCKIUS ²³),
 TERWEN ²⁴), RICHTER ²⁵), FASCH ²⁶), CURTIUS ²⁷),
 DANKWERTS ²⁸), WEDEL ²⁹), LAIB ³⁰), ST.
 CLAIR ³¹), WIDEMANN ³²), SPECKERUS ³³), DE-
 MAUN ³⁴), EMMENDORF ³⁵), TACKIUS ³⁶), BY-
 FIELD ³⁷), PERTSCH ³⁸), BORRICHIIUS ³⁹), GERDE-
 SIUS ⁴⁰),

20) Diss. de phthisi. Marb. 1676. Diss. de phthisi et
 empyemate. Marb. 1683.

21) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1676.

22) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1676.

23) Diss. de phthisi. Giess. 1677.

24) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1677.

25) Diss. de phthisi sine ulcere. Goet. Diss. de phthisi.
 Ultraj. 1678.

26) Diss. de phthisi. Jen. 1679.

27) Diss. de phthisi. Ultraj. 1680.

28) Diss. de phthisi. Ultraj. 1680.

29) Diss. de phthisi. Jen. 1680. Diss. de phthisi et epi-
 tome prax. clin. Jen. 1714.

30) Diss. aegrum phthysicum exhibens. Altd. 1681.

31) Diss. de phthisi. Ultraj. 1682.

32) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1682.

33) Diss. de phthisi. Bas. 1683.

34) Diss. de phthisi. Ultraj. 1684.

35) Diss. de phthisi. Ultraj. 1684.

36) Diss. juvenis phthisi incipiente laborans. Giess.
 1684.

37) *Two discourses of consumption with their cure.* Lond.
 1685.

38) Diss. de phthisi. Argent. 1685.

39) Diss. de phthisi. Hafn. 1688.

SIUS ⁴⁰⁾, VATER ⁴¹⁾, ALBERTI ⁴²⁾, DORTMONT ⁴³⁾,
 HOLTZMANN ⁴⁴⁾, ZIEGELER ⁴⁵⁾, LAURENTIUS ⁴⁶⁾,
 EYSELIUS ⁴⁷⁾, LEIGH ⁴⁸⁾, RUMBAUM ⁴⁹⁾, ZEL-
 LER ⁵⁰⁾, ZIEHLER ⁵¹⁾, REVETY ⁵²⁾, OVERSELLE ⁵³⁾,
 CRAUSIUS ⁵⁴⁾, GRABE ⁵⁵⁾, SLEVOGT ⁵⁶⁾, BUISEN ⁵⁷⁾,
 HOLLEBECK ⁵⁸⁾, KERRAD ⁵⁹⁾, STAHL ⁶⁰⁾, BUG-
 NOT ⁶¹⁾,

- 40) Diss. Marasmodica corporis conditio, vulgo *Schwind-
sucht*, sub Phthoës denominatione. Rostoch. 1690.
- 41) Diss. de phthisi. Witteb. 1690. Diss. de aegris
 phthisticis et tabidis recte judicandis et curandis. Wit.
 1726.
- 42) Diss. de natura et cura phthiseos. Erf. 1692.
- 43) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1692.
- 44) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1692.
- 45) Diss. de phthisi. Erf. 1692.
- 46) Diss. de phthisi. Harder. 1693.
- 47) Diss. de phthisi. Erf. 1694.
- 48) Phthisiologia Lancastrensis. Lond. 1694.
- 49) Diss. de phthisi cum parergis. Basil. 1695.
- 50) Diss. de phthisi. Tub. 1696.
- 51) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1696.
- 52) *On consumption*. Lond. 1697.
- 53) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1699.
- 54) Diss. de phthisi seu exulceratione pulmonum cum
 febre hectica. Jen. 1700.
- 55) Diss. de phthisi. Regiom. 1700.
- 56) Pr. de phthisi medicorum opprobrio. Jen. 1700.
- 57) Diss. Casus φθίσεως cum variis phaenomenis com-
 plicatus. Gron. 1702.
- 58) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1704.
- 59) Diss. de phthisi. Ultraj. 1704.
- 60) Diss. de phthisi. Hal. 1704.

NOT ⁶¹⁾, VITRIARIUS ⁶²⁾, VEHR ⁶³⁾, RIVINUS ⁶⁴⁾,
 EYMBERTS ⁶⁵⁾, THEBESIUS ⁶⁶⁾, COSCHWIZ ⁶⁷⁾,
 ARANDT ⁶⁸⁾, SCHAPPERUS ⁶⁹⁾, SCHULZE ⁷⁰⁾, HIL-
 SCHFR ⁷¹⁾, ROSEN À ROSENSTEIN ⁷²⁾, JUCH ⁷³⁾,
 STENZEL ⁷⁴⁾, SCHUSTER ⁷⁵⁾, KIRSCH ⁷⁶⁾, KALT-
 SCHMID ⁷⁷⁾, BRENDL ⁷⁸⁾, PACKE ⁷⁹⁾, HALL ⁸⁰⁾,

Hh 2

HIN-

- 61) Diss. de tabe pulmonali. Basil. 1705.
 62) Diss. de phthisi. Lugd. Bat. 1706.
 63) Dissert. de phthisi pulmonali haemoptoicorum. Fr.
 1708.
 64) Diss. de phthisi. Coll. diss. Lips. 1710.
 65) Diss. de phthisi pulmonali. Lugd. Bat. 1711.
 66) Diss. de phthisi pulmonali affectu incurabili. Hal.
 1711.
 67) Pr. de phthiseos incurabilitate. Hal. 1720.
 68) Diss. phthiseos cognitio et curatio. Erf. 1728.
 69) Diss. de phthisi pulmonali scirrhis parotidibus
 juncta. Lugd. Bat. 1733.
 70) Diss. de phthisi. Hal. 1735.
 71) Diss. de phthisi. Jen. 1737.
 72) Diss. de dignoscenda et curanda imminente phthisi
 pulmonali. Upsal. 1740.
 73) Diss. vera Theoria et rationalis therapia phthiseos:
 Erf. 1741.
 74) Diss. de tabis et phthiseos convenientia. Witteb. 1744.
 75) Diss. de phthisi. Argent. 1747.
 76) Diss. theoria ac therapia phthiseos pulmonalis. Hal.
 1749.
 77) Diss. de phthisi pulmonali ejusque praeservatione.
 Jen. 1751.
 78) Diss. de phthiseos hecticaeque discrimine et setaceo-
 rum utrobique usu. Goett. 1754:

HINDE⁸¹), HARKE⁸²), DE LA BROUSSE⁸³), DELISLE⁸⁴), SCHROETER⁸⁵), BOUCHOX⁸⁶), VAN DER PLUYN⁸⁷), JAEGER⁸⁸), MEINOLPH⁸⁹), MURRAY⁹⁰), RINGELMANN⁹¹), SHADWELL⁹²), WILHELM⁹³), HALLIDAY⁹⁴), SCHROEDER⁹⁵), WEBER⁹⁶), DUPPE⁹⁷), SIMMONS⁹⁸), GRAFFWEG⁹⁹), MACDOUGLE¹⁰⁰),

- 79) *Explanation of — BOERHAAVE aphorismes, which treats of the phthisis pulmonalis etc.* Lond. 1754.
- 80) *Diss. de phthisi pulmonali.* Lugd. Bat. 1765.
- 81) *Diss. de phthisi pulmonali.* Lugd. Bat. 1765.
- 82) *Theses de phthisi pulmonali.* Lugd. Bat. 1767.
- 83) *Essai suivi d'obs. sur la phthisie, les fièvres lentes etc.* Avignon. 1769.
- 84) *Traité de la phthisie pulmonaire.* Valence 1769.
- 85) *Diss. de phthisi ejusque differentiis.* Rintel. 1769.
- 86) *Abh. v. d. Schwindsucht etc.* Fr. 1770.
- 87) *Diss. de phthisi pulmonali.* Lugd. Bat. 1774.
- 88) *Diss. I et II. Phthisis pulmonalis casu notabiliore et epicrisi illustrata.* Tub. 1772. Baldinger Syll. IV.
- 89) *Obs. med. de phthisi decuria.* Würceb. 1777.
- 90) *Diss. de phthisi pulmonali.* Edinb. 1777.
- 91) *Diss. de phthisi.* Herbip. 1777.
- 92) *Diss. de phthisi pulmonali.* Edinb. 1777.
- 93) *Diss. de phthisi.* Würceb. 1777.
- 94) *Diss. de phthisi pulmonali.* Edinb. 1779.
- 95) *Specimen phthisiologiae sistens pneumonitidis symptomatologiam et aetiologiam.* Goett. 1779.
- 96) *Diss. de phthisi pulmonali post hepatitis exorta.* Argent. 1779.
- 97) *Trattado delle malattie del petto conosciute sotto il nome de tise pulmonare.* Napoli 1780.

GLE ¹⁰⁰), CORP ¹), OBERLIN ²), ESCUYER ³), GANTIN ⁴), KENTISH ⁵), LARISCH ⁶), MARX ⁷), GODBOLD ⁸), DE LONGROIS ⁹), MOELLENTHIEL ¹⁰), VAN ROSSUM ¹¹), THIEL ¹²), CHAVET ¹³), PAUWER ¹⁴), RUTTER ¹⁵), SALVADORI ¹⁶), BERCKY ¹⁷), BRUYAEN ¹⁸), CANNELLA ¹⁹), GERLONI ²⁰), PLOUQUET ²¹),

98) *Pract. obs. on the treatment of consumptions. Lond. 1780.*

99) *Diss. de phthisi pulmonali ejusque differentia et cura. Duisb. 1781.*

100) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1781.*

1) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1782.*

2) *Diss. de phthisi ex ulcere. Giess. 1782.*

3) *Diss. de phthisi pulmonali. Argent. 1783.*

4) *Diss. de phthisi pulmonali. Monspel. 1783.*

5) *Diss. de phthisi pulmonali idiopathica. Edinb. 1784.*

6) *Diss. de phthisi pulmonali. Viennae 1784.*

7) *Von d. Lungenschwindsucht. Hannov. 1784.*

8) *a Letter on consumptions and their cure. Lond. 1785.*

9) *Von d. Lungenschwindsucht. Leipz. 1785.*

10) *Diss. de phthisi pulmonali. Argent. 1785.*

11) *Diss. de phthisi pulmonali. Lovan. 1785.*

12) *Diss. de phthisi pulmonali. Argent. 1785.*

13) *De phthisi pulmonali haereditaria. Monast. 1786.*

14) *Diss. de phthisi. v. EXEREL Coll. Diss. Stoll. III.*

15) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1786.*

16) *del morbo tisisico. Trento. 1787.*

17) *Diss. de phthisi pulmonali et ejus cura. Lugd. Bat. 1789.*

18) *Diss. de phthisi pulm. et ejus cura. Lugd. Bat. 1789.*

19) *Wahrnehm. üb. d. Ursachen, d. Beschaffenheit u. die Heilart d. Lungensucht. Wien 1790.*

QUET ²¹⁾, RYANE ²²⁾, CASTELIANI ²³⁾, MILCKEL ²⁴⁾,
 HUNTER ²⁵⁾, BEDDOËS ²⁶⁾, BUCHAN ²⁷⁾, CLEG-
 HORN ²⁸⁾, A FONSECA ²⁹⁾, FERGUSON ³⁰⁾, JACK-
 SON ³¹⁾, JANSSENS ³²⁾, MÜLLER ³³⁾, HARE ³⁴⁾,
 ADAMS ³⁵⁾, FRANCK ³⁶⁾, SCHUDECOFF ³⁷⁾, DIM-
 SDALE ³⁸⁾,

- 20) *Riflessioni med. critiche sopra un grosso libro. Trento*
 1789.
- 21) *Diss. sciagraphia phthiseos nosologica. Tub. 1789.*
- 22) *Untersuchung d. Natur u. Kur d. Lungenschwindsucht.*
L. 1790.
- 23) *Sulla pulmonare tischezza. Mantua 1791.*
- 24) *Diss. de phthisi pulmonum ulcerosa. Hal. 1791.*
- 25) *Obs. on the nature and method of cure of the phthisis*
pulmonal. York, 1792.
- 26) *Letter on the pulmonary consumptions. Lond. 1793.*
Essay on the causes, early signs, and prevention of
pulmonary consumption. Lond. 1799. Obs. on the med.
and domestic manag. of the consumpt. L. 1801.
- 27) *Diss. de phthisi pulmonali. Leid. 1793.*
- 28) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1793.*
- 29) *Diss. de phthisi pulmonali. Leid. 1793.*
- 30) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1794.*
- 31) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1794.*
- 32) *Diss. de phthisi sive tabe — et speciatim de phthisi*
pulmonali. Leid. 1795.
- 33) *Diss. sistens phthisis purulentae ejusque in corpus*
humanum effectuum examen. Jenae 1795.
- 34) *Diss. de phthisi. Edinb. 1796.*
- 35) *Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1796.*
- 36) *Diss. de phthisi purulenta. Erlang. 1796.*
- 37) *Diss. de phthisi pulmonali ulcerosa. Jenae 1796.*

SDALE ³⁸), FRASES ³⁹), BRUCE ⁴⁰), CAREY ⁴¹),
 HOME ⁴²), LOY ⁴³), TODE ⁴⁴), BUSCH ⁴⁵), LAR-
 DEN ⁴⁶), MITCHELL ⁴⁷), PEARS ⁴⁸), HEBEN-
 STREIT ⁴⁹), QUEDNAU ⁵⁰), SUTTON ⁵¹), BENKI-
 SER ⁵²), FISCHER ⁵³), VOGT ⁵⁴), BRIENDE ⁵⁵), NE-
 BOUX ⁵⁶), BONNEFOX DE MALLET ⁵⁷), KRUPP ⁵⁸),
 GAS-

38) Diss. de phthisi. Edinb. 1799.

39) Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1799.

40) Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1800.

41) Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1800.

42) Diss. de phthisi. Edinb. 1800.

43) Diss. de phthisi. Edinb. 1800.

44) Diss. de phthisi pulmonali. Havn. 1800.

45) *Recherches sur la nature et le traitement de la phthi-
 sie pulmonaire. Strusb. an. IX.*

46) Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1801.

47) Diss. de phthisi pulmonali. Edinb. 1801.

48) *Cases of phthisis pulmonalis. Lond. 1801. Obser-
 vations on pulmonary consumption. Lond. 1814.*

49) Diss. de consumptione pulmonum, ejusque prodro-
 mis et cura. Lips. 1802.

50) Diss. nonnulla de phthisi pulmonali purulenta. Erl.
 1802.

51) *Considerat. regarding pulmonary consumption. Lond.
 1802.*

52) Diss. de phthisi pulmonali. Jen. 1803.

53) Diss. de phthisi pulmonali. Erf. 1803.

54) Diss. de phthisi pulmonum. Viteb. 1803.

55) *Traité de la phthisie pulmonaire. Paris 1804.*

56) *Diss. sur la phthisie etc. Paris 1804.*

57) *Traité de la nature et du traitement de la phthisie
 pulmonaire. Paris 1805.*

58) Diss. de phthisi pulmonali. Jen. 1807.

GASPARD ⁶⁰⁾, LUZEAU ⁶¹⁾, HEBERT ⁶³⁾, TULLIDGE ⁶⁴⁾, LANTHOIS ⁶⁵⁾, WALTHLR ⁶⁶⁾, SOUTHEY ⁶⁷⁾. Ast phthiseos pulmonalis doctrinam omnibus numeris absolutam, maxime debemus MORTON ⁶⁸⁾, BENET ⁶⁹⁾, REID ⁷⁰⁾, RAULIN ⁷¹⁾, PORTAL ⁷²⁾, BAUMES ⁷³⁾, BAYLE ⁷⁴⁾, DUNCAN ⁷⁵⁾ et
LAEN-

- 60) *Recherches physiol. et path. sur les phthisies.* Chalons 1809.
- 61) *Diss. sur la phthisie pulmonaire.* Paris 1809.
- 63) *Observ. on pulmonary consumption.* Lond. 1814.
- 64) *Inquiry into the nature of pulm. consumption, and of the caus. which have contributed to its increase.* Lond. 1817.
- 65) *Théorie nouv. de la phthisie pulmonaire.* Paris 1818.
- 66) *Ueber das Wesen d. phthisischen Constitution u. der Phthisis in ihren verschiedenen Modificationen, nebst der aus dieser stiefsenden Kurmethode.* Bamb. 1819.
- 67) *Ueber die Vermeidung, Entsteh. u. Heil. d. Lungenschwindsucht. A. d. Engl. übers. v. RADIUS.* Leipz. 1820.
- 68) *Opp. Medica.* Genevae 1727. Phthisiologia, seu tractatus de phthisi, variis historiis illustrata.
- 69) *Tabidorum theatrum, seu phthiseos, atrophiae et hecticae xenodochium.* Lond. 1656. Lips. 1700.
- 70) *An essay on the nature and cure of phthisis pulmonalis.* Lond. 1782.
- 71) *Traité de la phthisie avec la methode préservative et curative de cette muladie.* Paris 1784. Utor versione german. cum egregiis notis auctore B. CH. VOGEL. Jen. 1784. edita.
- 72) *Observations sur la nature et le traitement de la phthisie pulmonaire.* Paris 1793.

LAENNEC 76). Nec summi FOTHERGILLII tractatus de cura phthiseos 77), licet brevissimus, utpote principia maxime salutifera continens, silentio praetereundus est.

3. Si perpendamus, phthisin pulmonalem, Doctrinae
momentum. aevo nostro per universam Europam, praesertim in magnis urbibus 78), ita invaluisse, ut vix medi-

73) *Traité de la phthisie pulmonaire. Paris 1805. Versio Germ. auctore FISCHER. Heidelb. 1809.*

74) *Recherches sur la phthisie pulmonaire. Paris 1810.*

75) *Obs. on the distinguish. symptoms of three different species of pulmonary consumption, the catarrhal, the apostematous, and the tuberculous, with some remarks on the remed. and regimen best fitted for the prevention, removal, or alleviation of each species. Edinb. 1813.*

76) *De l'auscultation médiante. Paris 1819.*

77) *Remarks on the cure of consumptions. Works Edit. 4. Lond. 1784. p. 303.*

78) De strage phthiseos lege: SCHMIDT in *Gesundheitstaschenbuch v. einer Gesellsch. Wiener Aerzte 1801. WILLAN über d. Krankheiten in London etc. et Oesterr. K. Wiener Zeitung v. 26. Novemb. 1819. N. 271. p. 1081. („in England sterben jährlich 40,000 Menschen an der Abzehrung. London allein liefert 10,000 Opfer dieser Krankheit“). Lego quidem in *Journ. de débats (du 15. de Mai 1820.)*: „un mémoire lu dernièrement par Mr. CHATEAUNEUF à l'académie R. des sciences, sur les maladies de la poitrine observ. à Paris en 1816. 817 et 818. semble autoriser à croire que la phthisie pulmonaire, quoiqu'elle soit encore une de maladies les plus fréquentes, n'exerce plus les mêmes ravages qu'autrefois.*

medicus inveniatur, qui (tempore, quo forte morbus quidam epidemicus grassatur, excepto), inter triginta aegrotos praxeos suae privatae ad minimum decem phthisicos non numeraret, — ut in Nosocomiis quantam partem aegrorum phthisici effi-

Le dépouillement des registres mortuaires de la ville de Paris, fait avec soin, a offert pour ces trois années 62,441 décès dont 13,928. ont été occasionnés par les affections de la poitrine, savoir:

Par l'asthme 604, par les fluxions de poitrine 1,894, par les catarrhes bronchiques 4,459, par la phthisie pulmonaire 6,971. Ces maladies des organes de la respiration, auxquelles est dû le quart ou à peu près, des décès qui ont lieu dans l'uris, se partagent leurs victimes de la manière suivante; l'asthme enlève un individu sur 100, les fluxions de poitrine un sur 33, les catarrhes pulmonaires, un sur 15, la phthisie pulmonaire, un sur 9.

Putarem decrementum phthiseos apparens et introductioni novae nomenclaturae (qua fit ut morbi, qui prius pro phthisi habebantur, nunc aliter appellentur) adscribendum esse. Quondam FOTHERGILL (l. c.) de contrario conquerebatur, ajens: „*In this city (London) the weekly bills are supposed to exhibit a tolerably exact account of these, who die of the respective diseases mentioned in that list. But I am informed that the article of consumptions includes generally all those who die of any lingering diseases, and are much emaciated; by which the list is vastly enlarged beyond what it ought to be, to the reproach of our country; foreigners imagining that this disease is much more frequent amongst us, than it is in reality.*“

efficiant, — ut in genere funerum quinta pars phthisi adscribenda sit, hancque partem ut plurimum filios omnium carissimos, conjuges omnium dilectissimos, verbo florem juventutis ⁷⁹⁾ includere; sique perpendamus quemvis medicum quo primum ad praxin exercendam sedem figat, ab aegrotis phthisi laborantibus obsideri ⁸⁰⁾, morbumque hujusmodi inter medicorum opprobria recenseri; si haec omnia, inquam, perpendamus, *doctrinae* de quo agitur *momentum* sponte elucebit. Faxit benignum numen ut illam in generis humani lucrum tradere possimus!

4. Cum phthisin pulmonalem, antequam ad Ordo rerum. extremum perveniat, non pro uno eodemque morbo, sed pro concursu morborum, in eo solum convenientium quod ocyus serius pulmones plus minus destruunt, habeamus; placuit nobis aegritudines, nomine phthiseos pulmonalis comprehensas, eousque ut diversos morbos considerare, quousque non in generalem illum desinant. Ageamus hinc, ut de specialibus prorsus morbis, de *phthisi scrophulosa, arthritica, carcinomatica, hae-*

79) „ . . . for, perhaps, among those who perish by consumption, there are many who, in respect to the excellencies both of body and of mind have given indications of becoming conspicuous ornaments of humanity.“ FOTHERGILL l. c. p. 306.

80) CLAUDE Phthisici auxilio medici anxie inhiant, quia ipsis Hannibal revera ante portas. (Miscell. acad. nat. cur. Dec. II. A. 5. 366).

haemorrhoidali, scorbutica, syphilitica, metastatica et ex vomica; annexo tractatu generali de phthisi conclamata. Quaevis specialis descriptio amplectetur tria stadia, stadium nempe praedispositionis seu morbi latentis, stadium morbi evoluti et confirmati.

§. XLIV.

De Phthisi pulmonali scrophulosa.

Definitio. 1. Phthisis scrophulosa, ille dicitur aetatis praesertim juvenilis morbus, in quo vitium scrophulosum universale, ita pulmonibus infensum evadit, ut glandulae hujus visceris, imprimis lymphaticae, indurentur, inflammentur et suppurantur.

Literatura. 2. De hoc morbo speciatim scripsere: RUTTER ⁸¹⁾, CRAANEN ⁸²⁾, ZOLLIKOFER ⁸³⁾, MOSMANN ⁸⁴⁾ et TERRY ⁸⁵⁾.

Stadium latens. 3. Phthiseos pulmonalis scrophulosae *stadium latens* annuntiant: A) *Habitus* sic dictus *phthisticus*, nempe corpus procerum; cuti alba, tenera, molli, musculis flaccidis instructum; extre-

81) De phthisi pulmonali a tuberculis oriunda. Edinb. 1786.

82) Diss. de tuberculis pulmonalibus phthiseos causis. Harderov. 1791.

83) Diss. de phthisi tuberculosa. Goett. 1792.

84) *Essay on elucidating the nature, origine, and connexion of scrophula and glandular consumpt.* Lond.

85) Diss. de phthisi pulmonali scrophulosa. Leid. 1793.

tremitates, praecipue superiores, praelongae interdum lividae *), digitorum ultimae phalanges nodosae, crines sub axillis et ad partes genitales pauci, thorax complanatus, angustus non hirsutus ⁸⁶⁾, mammae parum evolutae, interdum huc et illuc induratae ⁸⁷⁾, prominentes, a costis, alarum instar, distantes; collum longum et tenue, guttur prominens, vox acuta, flebilis, rauca; facies amoena, formosa, genae elevatae, roseo colore circumscriptae, labia rubra, barba pauca, dentes candidi, pellucidi ⁸⁸⁾, lividi ⁸⁹⁾, saepe sine ordine dispositi, oculi vivaces, tunica adnata coloris margarithacei, pupilla ampla, intuitus gratus, ingenium et veneris desiderium praecocia. B) *Morbi varii scrophulosi perpessi, e. c.* tinea capitis, ophthalmiae, otorrhoea, glandulae submaxillares tumentes, exulceratae, aliique abscessus cicatrices specificas relinquentes, spina ven-

*) Cfr. Cap. de morbo caeruleo.

86) Ait HIPPOCRATES: „Pectus autem laudare convenit, quadratum et hirsutum.“ Praedit. Lib. II. C. 6. Edit. CHARTER T. VIII. p. 814.

87) In multis saltem virginibus nexum inter hujusmodi mammaram indurationes partiales et reconditam pulmonis scrophulam animadverti: Cfr. ETTMÜLLER ulcus mammaram ex phthisi in Eph. N. C. Cent. I et II. p. 118.

88) FOART SIMMONS *new methods of treating consumpt.* p. 13.

89) BALLONII opp. T. I. p. 20.

ventosa, physconia, tabes mesaraica; — C) *Congestiones ad caput*, imprimis crebrae hemicraniae ⁹⁰⁾, epistaxes ⁹¹⁾, fluxiones dentium et gingivarum ⁹²⁾, oris siccitas, coryza, sternutatio; — D) *Affectiones nervosae vagae* ⁹³⁾, praecipue oscitationes, suspiria, inquietudo, anxietates, animi inconsueta irritabilitas et in iram proclivitas; — E) *Difficultates respirationis et circulationis*, maxime pectoris oppressio, ardor, dyspnoea ⁹⁴⁾ spiritus anhelans (sub motu, ascensu scalarum, montium, choraeis), tussicula sicca brevis, dolores

90) P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. X. 1. 9. (40).

91) P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XXVII. §. CXXVI. 3. p. 1010.

92) Monet HIPPOCRATES: „In habitu phthisiformi cum febre, si *fluxio ad dentes et gingivas coorta sit*, ingens malum.“ Coac. Praenot. L. II. N. 477. Possent haec verba et aphthis ultimum phthiseos stadium comitantibus adaptari: utut sit, diuturna experientia edoctus sum, quod maxima pars illorum, qui repetitis iisque gravissimis dentium fluxionibus obnoxii fuerant, tandem in phthisin pulmonalem inciderunt.

93) Rogo enixe ut conferas P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XIV. §. LXXII. N. 9.

94) Pulchre ait RHASIS (IV. Contin.): „quibus partes pectoris debiles sunt, et quibus alarum more prominent humeri cum colli longitudine et cerebri imbecillitate, potius *asthmate (dyspnoea)* laborare, quam *tussi*, eos vero, qui contrariam thoracis constitutionem et virtutem obtinent, magis *tussi*, quam *asthmate* divexari.“

lores transitorii pectoris, dorsi, scapularum⁹⁵⁾, regionum subaxillarium, haud raro glandalis induratis insignitarum, palpitatio cordis, menstrua irregularia; F) et *vitia imi ventris*, ut anorexia, flatus, tensio hypochondriorum, praesertim dexteri, dolor circa umbilicum, alvus modo liquida, modo stricta.

4. *Evolutio* phthiseos pulmonalis scrophulosae contingit modo *derepente*, modo *lente*. Dum evolutio morbi *derepente* contingit, symptomata ingruunt sive febris catarrhalis⁹⁶⁾, sive pneumorrhagiae⁹⁷⁾, sive pleuropneumoniae⁹⁸⁾. Urgent praeterea dolores capitis, dorsi, membrorum, inprimis articularum. Tussis, sputa mucosa eliciens, potissimum noctu molestat. Morbus ultra tempus alias febribus catarrhalibus et peripneumoniis praescriptum, protrahitur. Etiam si crisis ope sudoris, urinae tandem absolvatur, relinquuntur tamen inconsueta virium prostratio, corporis emaciatio et tussis. Porro, minima

Stadium
evolutio-
nis.

data

95) „*Les douleurs les plus communes aux phthisiques sont celles qu'ils éprouvent entre les épaules: il faut en chercher le siège principalement dans le plexus pulmonaire, qui communique moyennant le nerf vague et le grand sympathique, avec les rameaux de nerfs intercostaux et avec les nerfs repandus entre les épaules.*“

PORTAL *Anat. med.* T. 4. p. 284.

96) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXV. N. 3.

97) Cap. IX. §. XXXVIII. N. 1.

98) Cap. VIII. §. XXXIV. N. 10.

data occasione, morbus acutus vix devictus redit, atque sic repetitis vicibus, donec aegrotus, indicatis malis jam jam adsuetus ideoque perfecta gaudens securitate, a gravioribus mox describendis aerumnis corripitur⁹⁹). Morbi, evolutione *lente* contingente, tussicula sicca, rara, ab aegroto vix animadversa, a motu corporis, loquela, risu praeprimis excitata, scenam aperit. Pulsuum inconsueta frequentia pastum sequitur, non sine ardore volarum manuum et plantarum pedum, saepe colore rubro et variegato notatarum. Sub ascensu scalarum aut alio motu violentiore respiratio evadit anhelosa et ita crebra, ut in sexagesima horae parte, non ut decet, circiter vigesies, sed trigesies, quadrigesies et ultra absolvetur. Sitis ea ratione crescit, qua fames imminuitur. Cibis licet parcis assumtis, digestionis opus cum labore perficitur. Crescit praeterea indies marcor. Haec mala quoque aegrum non terrerent, nisi hinc inde pneumonorrhagiae superaccederent. At vero cum illae haud raro levamen afferant; pristina redire solet securitas, donec tandem graviora ingruant symptomata¹⁰⁰).

5. Enim-

99) Hoc videtur monuisse CELSUS, dicens: „frequens autem distillatio, in corpore tenui longoque tabem timendam esse testatur.“ (L. II. C. 7. §. 58.).

100) Unde FERNELIUS: „Laborans consueta munia ipse non intermittit, neque morbo se teneri putat, causam sui interitus futuri nesciens.“

5. Enimvero jam aeger sub tussi interdum Stadium confirmatum. per insultus cum vomitu saeviente ¹⁾ sputa rejicit purulenta, segregata, rotunda, interdum striis cruentis notata, haud raro cum concrementis, quae, dum inter digitos tritulantur, foetorem spargunt. Facies morbi gravioris praesentiam designat; crines decidunt; lingua muco albo, flavo obducitur, halitus male olet; tussis somnum impedit, vires decrescunt, decubitus in alterutrum latus et profunda inspiratio denegantur, dolor fixus, lancinans thoracem detinet, respiratio et quiescente corpore, anhelosa aut periodice veluti in asthmate ²⁾ difficilis evadit; saepeque vox rauca. Horis pomeridianis aeger horret, ad vespervas calet, noctu sudat, quibus symptomatibus vigentibus, pulsus creber est, contractus, oppressus, aliquando plenus. In multis catamenia aut supprimuntur, aut a praescripto ordine deflectunt. Nisi hac sub rerum positione natura et ars ad aegrotum salvandum concurrant, phthisis *conclamata* ³⁾ praesto est.

6. Ca-

- 1) Accidere id solet praesertim in feminibus sensilibus. Talem casum habuit et Pater meus Viennae an. 1812 — 1813. in Comitissa *Sc...* quae sub curriculo triennis phthisicos pluries accessus veluti tussis convulsivae patiebatur. (Ex schedis suis).
- 2) Vidi nonnullos phthisicos qui praeter continuam respirandi difficultatem periodice quasi dyspnoeae subiciebantur.
- 3) §. LII.

Autopsia
cadaverum.

6. *Cadavera* illorum qui ex pulmonum scrophula periere, praeter phaenomena generalia phthiseos ⁴⁾, speciatim exhibent: *pleuram* tum costalem, tum pulmonalem, obsessam, modo a corpusculis pellucidis cartilagineis, cum granis miliaribus similitudinem alentibus ⁵⁾, modo a lineis vel punctis nigris et splendentibus; atque ipsam *pulmonis* (praesertim sinistri superioris ⁶⁾) *substantiam*, *nodis* seu *tuberculis*, refertam. Tuberculorum istiusmodi conditionem BAYLE ⁷⁾ et LAENNEC ⁸⁾, graphice descripserunt. Docent illorum inquisitiones tubercula constare ex substantia homogenea, opaca nunc alba, nunc grisea, nunc flavescente; — alia parenchymati pulmonum dumtaxat adhaerere et a membrana plaeae distincta involvi ⁹⁾, alia talem cystidem non exhibere atque ex ipsa pulmonum substantia emergere ¹⁰⁾, — in utrisque vasa sanguinea capillaria decur-

4) §. LII. N. 4.

6) GALL. *Granulations miliaires*. v. BAYLE l. c. Obs. 2. 4.

7) Ultra quinquaginta cadavera hominum ex phthisi scrophulosa demortuorum aperui, ac semper iuveni, quod tubercula, aut solummodo lobum superiorem pulmonis sinistri detinebant, aut saltem longe in maiori copia hic quam in reliquis hujus visceris partibus obveniebant.

8) Op. c. p. 21.

9) Op. c. T. I. p. 19.

10) *Tubercules enkystés* BAYLE l. c. Obs. I. 5.

10) *Tubercules non enkystés* BAYLE l. c. Obs. 3.

decurrere¹¹⁾; — volumen tuberculorum ab illo grani milii usque ad illud castaneae ascendere; — tubercula miliaria plerumque admodum copiosa esse, — generatim tuberculorum numerum rationem inversam cum illorum magnitudine habere, ita ut maximorum, non nisi duo vel tria, inveniri soleant, — tubercula saepe uno eodemque in cadavere, triplicem offerre conditionem, esse nempe nunc firma (*tubercula cruda*), nunc mollia (*tubercula suppurata*), nuncque erosa (*tubercula exulcerata*), — tubercula erosa simul cum annexa pulmonis substantia destrui, — plura hujusmodi pulmonum ulcera inter se invicem per anfractus communicare; — illorum superficiem internam membranâ, subtili, alba, molli, friabili, interdum duplicatâ, alias cartilaginea, obduci, ipsamque ulcerum cavitatem a trabibus, instar illis ventriculorum cordis decussari¹²⁾; — trabes istiusmodi immerito pro vasis sanguiferis habita fuisse¹³⁾, haec enim vasa non solum secundum ulcerum parietes decurrere, illorumque ramos antrum ipsum respicientes,

li 2 rese-

11) Testatur SOUTHEY (l. c. p. 16.) Cl. ABERNETHY praeparatum vasorum pulmonalium pulcherrime arte injectarum possidere, tuberculis relictis decoloribus.

12) LAENNEC l. c. T. I. fig. 7.

13) Ait LAENNEC: „*Ces colonnes ont été souvent prises pour des vaisseaux, et je crois que Mr. BAYLE lui même est tombé quelques fois dans cette erreur.*“ l. c. p. 23.

resectos et oblitteratos esse¹⁴); bronchiorum etiam ramulos truncatos in illa antra hiare, sed fere nunquam ad latera erosos esse¹⁵); — parenchyma pulmonis, quod tubercula mollia proxime circumdat, rarissime crepitare¹⁶), illiusque cellulas a materia gelatinosa, semiconcreta, pellucida, grisea, cruenta, repleri, alias coreaceam inducere indolem¹⁷). Animadvertit praeterea LAENNEC *glandulas bronchiales* tuberculosas redditas pigmen-

14) „... on en trouve (des vaisseaux sanguins) souvent des très-gros rampant le long des parois des cavernes et en faisant immédiatement partie. Ces vaisseaux sont ordinairement aplatis; il est rare qu'ils soient oblitérés; mais celles de leurs ramifications qui se dirigent vers l'excavation ou vers des masses tuberculeuses, le sont évidemment, et en injectant avec précaution un liquide coloré dans ces vaisseaux, on ne le fait pénétrer dans l'excavation.“ LAENNEC l. c. p. 24. Cfr. HALLERI Opusc. pathol. Obs. 26. STOLL Rat. medendi. T. VII. p. 67. et BAILLIE Anatomie d. krankhaften Baues p. 38. 39.

15) „ Presque jamais ses tuyaux (les ramifications des bronches) ne sont ouvertes par le côté; ils sont coupés net au niveau des parois de l'excavation.“ LAENNEC l. c. p. 25.

16) „ Dans quelques cas rares, on trouve des tubercules complètement ou presque entièrement ramollis au milieu d'un tissu pulmonaire parfaitement crépitant.“ LAENNEC l. c.

17) PORTAL in Mémoires de l'acad. R. des scienc. Ann. 1781. v. Abh. f. pr. Aerzte. 10. B. p. 695.

mentum nigrum continere ¹⁸⁾; verum neque ille neque BAYLE de materia illa gypsea loquuntur, a quibus tubercula quotquot erant referta vidimus, videruntque tot alii ¹⁹⁾. Praeterea pulmones aliquando *hydatides* ²⁰⁾ et *vermes* ²¹⁾ exhibent.

18) „*Les tubercules développés dans les glandes bronchiales surtout (qui, comme on le sait, sont de couleur d'encre chez presque tous les adultes) sont souvent teints par endroits, d'un noir qui, semblable à l'ombre figurée par le crayon d'un dessinateur, est très foncé dans quelques points, s'étend en disséminant les points qui les composent et finit en mourant.*“ l. c. p. 38. Cfr. CAMPER l. c.

19) SWIETEN Comment. §. 1205. DE HAEN Rat. Med. P. II. p. 180. BARRERE *observ. anat.* p. 124.

20) In puella a. 1804. in Nosocomio universali Vindobonensi ex phthisi scrophulosa demortua, praeter tubercula, *hydatidem magnitudinis ovi gallinaei* in lobo superiore pulmonis dextri detexi. Similia viderunt BONET Sepulchr. Anat. L. II. Sect. I. Obs. 33. 36. HALLER de corp. hum. fabrica. T. VI. p. 280. Not. H. MORGAGNI de sedib. et causis morb. Epist. XVI. BAUMES *Obs. et reflex. sur quelques maladies occasionées p. les hydatides.* v. *Annal. de la soc. de méd. pr. de Montp.* T. 2. p. 8. DIETRICH in ZADIG's u. FRIESE's *Archiv d. pr. Heilk. f. Schlesien.* 3. B. 2. St. p. 164. RUYSCII *Museum anatom. Ruyschianum* p. 44. N. 8. Cf. C. XI. §. LVI.

21) FERNELIUS *Pathol.* Lib. VI. Cap. 10. BENIVIENI de abd. morb. caussis. Cap. 77. SCHENK *Obs. med.* Lib. II. Obs. 55. p. 116. LIEUTAUD *hist. anat. med.* Vol. II. Obs. 572 et 721. MORGAGNI l. c. Epist. XIX. N. 41. Ep. XXI. N. 44.

bent. *Cordis* ventriculus dexter saepe volumine auctus ²²⁾, cum polypo ²³⁾. Rami arteriae pulmonalis in parte pulmonum sana, dilatati ²⁴⁾. Aorta aneurysmate detenta ²⁵⁾. Nec morbosae partium conditiones ad thoracis cavum circumscribi solent; nil enim frequentius est quam in cadaveribus hominum a phthisi scrophulosa demortuorum, tubercula mesenterii ²⁶⁾, hepatis ²⁷⁾, intestinorum ²⁸⁾, aliorumque viscerum ²⁹⁾, nec non

22) Sic reperi in multis, praesertim feminis ex phthisi scrophulosa demortuis.

23) DOLAEUS de polypo insigni in corde phthistici cujusdam reperto. v. *Miscell. Ac. N. Cur.* Dec. II. an. 8. HARTMANN Anatomie pueri phthistici latentibus in corde polypis *ibid.* Dec. III. An. 5 et 6.

24) LAWRENCE in *d. medicinisch-chir. Abh.* 3. B.

25) *The Edinb. med. and surg. Journal* 1817. N. 50. April. Pluries complicationem phthiseos scrophulosae cum vitis aortae inveni.

26) Fere in omnibus cadaveribus nobis obvenerunt.

27) „..... le foie, dans lequel les tubercules forment des masses très volumineuses et arrivent rarement jusqu'au ramollissement complet.“ LAENNEC l. c. p. 33.

28) „Il est rares que chez les phthisiques le poumon seul contienne des tubercules; presque toujours les intestins en contiennent dans leurs parois.“ LAENNEC l. c. p. 32. Cfr. THEBESIVS dissectio phthistici ex ulcere intestini coli extincti in *Eph. N. C.* Cent. III. IV. p. 272.

29) „L'epididyme, le conduit déferent, les testicules, la rate, le coeur, la matrice, le cerveau, et le cerrelat.“ *Idem ib.* Et WENZEL (*Beobacht. über d. Hirnanhang fallsüchtiger Personen*) et KRIMER (*HUFELAND Journ.*

non peritonaei et musculorum invenire ³⁰⁾. Et ossa minus firma et compacta observari solent ³¹⁾.

7. Inter causas generales scrophularum ³²⁾ Causae praedisponentes. ad phthisin quam maxime disponunt: vitium haereditarium habitus phthisici genitrix ³³⁾, aetas ab

1821. 6. St. p. 51.) de vitiis cerebri in phthisicis testantur.

30) „Le cas le plus remarquable de ce genre que j'aie vu est un phthisique, qui présentait des tubercules dans presque tous les organes, que je viens de nommer l'extrémité inférieure d'un des muscles sterno-mastoldiens également transformée en matière tuberculeuse ferme et constante.“ LAENNEC p. 32.

31) PORTAL l. c.

32) P. III. Cap. de scrophulis.

33) HIPPOCRATES ait: „qui secundum naturam ad tabem dispositi sunt.“ (Aph. Sect. VIII. N. 8.). Celebrata sunt verba FERNELII: „qui tabida stirpe nati sunt, quasi haereditario jure omnes tabe marcescunt, hocque malum saepe vidimus in omnes ejusdem familiae grassari.“ (Pathol. L. V. C. X. de morbis pulmonum). MORTON dixit: „dispositio etiam haereditaria saepe saepius phthisin pulmonalem infert, cum omnibus sit sat. notum, natos a phthisicis parentibus in eundem morbum esse proclives.“ (Op. c. L. II. C. I. p. 27). FRACASTORI (L. II. de morb. cont. C. 9.) scribit „mirum esse quasdam familias usque in quintam et sextam generationem omnes eadem tabis conditione perire et quasdam eadem aetate.“ Similia testantur PORTAL l. c. et *Considérations sur la nature et le traitem. de quelques maladies héréditaires. Paris*

ab anno decimo octavo ad trigesimum quintum³⁴⁾, neque infantia excepta³⁵⁾, sexus sequior³⁶⁾,
clima

1808. J. P. FRANK (Epit. de curand. hom. morbis. Vol. V. P. II. p. 189.), PORTAL *Obs. sur la phthisie de naissance* (mém. de Paris a. 1781. hist. p. 9. mém. p. 531.), VAN STICHEL *Essai sur la phthisie hérédit.* (Act. de la soc. de méd. chir. et pharm. de Bruxelles. T. I. P. I. p. 79.), CHAVET de phthisi pulmonali hæreditaria. Münst. 1787. multique alii. Vidi ego familias quarum singula individua sexus, modo alterutrius, modo utriusque, phthisi scrophulosa periere.

34) MONET HIPPOCRATES: „Inter ætates, illae demum ostentant periculum phthisis, quæ sunt ab anno decimo octavo, ad trigesimum quintum.“ (Coac. L. II.). Et: „Tabes maxime fiunt ab anno octavo decimo, usque ad quintum et tricesimum (Sect. VIII. Aph. 7). BAYLE sequentem calculum phthisin in genere respicientem exposuit. Inter centum phthisicos mortui sunt; ab anno ætatis 15 et 20, deceni; — ab a. 20 — 30, viginti tres; — ab a. 30 — 40, viginti tres; ab a. 40 — 50, viginti unus; ab a. 50 ad 60, quindecim; ab a. 60 — 70, octo.

35) Infantes scrophulosi quidem sæpius phthisi mesenterica quam pulmonali afficiuntur; sed etiam primo in casu pulmones a morbi germine haud immunes iuveniuntur. Hanc solum invenire potui differentiam quod tubercula mesenterii jam erant suppurata et erosa, illa vero pulmonum in statu adhuc cruditatis. Sic Pater meus die 30. Novembr. 1802. in Clinico Vindobonensi pusionem unius anni scævavit, cujus pulmones tuberculis obsessi erant. (Ex schedis ejus).

36) Inter septendecim phthisicos, decem numero feminas. Ante seculum contrarium locum habuisse vide-

clima humidum frigidumque³⁷⁾, regiones maritimae³⁸⁾, et urbes magnae³⁹⁾.

8. Ex-

tur ut elucet ex STAHLIO (Path. dogm. P. III. Membr. 2. Art. 2.) et COSCHWIZ (de causis infrequentiae phthiſeos in sexu ſequiori prae virili. Halae 1720.) qui ait: „Non ſolum ex propria nunc per annos plus quam viginti exercita praxi et obſervationibus collectis, vix ac ne vix quidem 30. feminini ſexus perſonas, vera phthiſi laborantes obſervavi, cum è contra juvenes et viros eidem malo obnoxios ſatis numerosos videre iisque conſilio ſuccurrere licuerit; ſed et a B. parentis mei experientia, per 25. annos exercita, idem accepi.“ — Cauſas, cur mares frequentius phthiſi laborant, quaerit in violentiis externis, victu lauto, liquoribus fermentatis, curſu, frigore et ira. — Caeterum jam JUNKER (Conſpectus med. theor. pr. in Tab. XXVI.) dixit: „ſexus femineus phthiſi magis expoſitus eſt quam virilis.“ GALENUS idem jam faſus eſt. (L. III. Epid.).

37) ARETAEUS ait: „Regiones autem frigidae atque humidae hujus affectus germanae ſunt.“ (l. c. C. 8.). Cum tale clima et febris intermiſſentibus faveat, miror WELL (*Transact. of a ſoc. for the improvement of med. and chir. Knowledge. Vol. 3. N. 33.*) contendiſſe, illas ibi non graſſari ubi phthiſis obvenit et vice verſa. De imperio climatis in phthiſin pulmonalem lege: FINKE *Versuch e. allgem. medicinisch-prakt. Geographie.* 1. B. p. 68. 2. B. p. 32. 34. 53. 55. et SOUTHEY l. c. p. 20—36.

38) *Bemerk. über ſalzföhrende Stürme u. den Einfluß d. Salzes u. d. Salzluft auf d. Leben d. Thiere u. Pflanzen v. BECK* (*the Americ. Journ. of ſcience. New-York 1819. Vol. I.*). Et SUTTON contendit clima *Melitae*

Caussae
excitantes.

8. Excitant phthisin scrophulosam caussae febrilium catarrhalium ⁴⁰⁾, pneumoniarum ⁴¹⁾, pneumonorrhagiarum ⁴²⁾, maxime vero vestium levitas, mosque sexus sequioris pectore, scapulis et brachiis denudatis incedendi ⁴³⁾, thoracem fibu-

et *Jamaicae* ad phthisin disponere. (*The Lond. med. and phys. Journal*, publ. by FOTHERGILL 1817. Febr.). Cfr. ROBERT Rapport sur le concours relatif à la question sur les causes, la nature, et le traitement de la phthisie pulmonaire, qui regne sur les côtes maritimes depuis Perpignan jnsqu'à Nice. In *Mém. de Marseille*. T. 8. An. 1809. T. 2. p. 65.

39) Si considerem phthisin scrophulosam Neapoli, Vin-dobonae, Parisiis, Londini et Petropoli aequo plane pacto grassari, caeterum autem in provinciis Italiae, Germaniae, Galliae, Angliae et Rossiae longe rarius obvenire; credere cogar, clima per se longe minus ad phthisin scrophulosam disponere, quam rerum adjuncta, quae urbibus magnis propria sunt. Spectant huc eae ipsae caussae, quae in familiis scrophulas propagant atque alunt, quaeque graphice a HUFELANDIO nostro designatae fuere. (*Ueber d. Natur, Erkenntnis u. Heilung d. Skrophulkrankheit*. 3. Aufl. Berl. 1819. p. 16).

40) P. I. Vol. I. C. VI. §. LXV. N. 5.

41) Cap. VIII. §. XXXIII. N. 2.

42) Cap. IX. §. XXXIX. N. 2.

43) GLADBACH diss. de morb. a vestitu contra frigus insufficiente. Francf. 1761. Ejusdem *Beschreibung der Krankheiten, welche von d. Kleidung kommen, die für d. Kälte nicht genugsam verwahret*. Frankf. 1763. DAVIDSON *Ueber d. Einfluss d. jetzigen Kleidertracht un. Damen auf d. Gesundheit d. Körpers*. Berl. 1798.

fibulatoriis aliisque fasciis circumdandi ⁴⁴⁾, vigiliae, choreae, ursorum exemplo volutatoriae ⁴⁵⁾, tubarum tractatio ⁴⁶⁾, haustus frigidus aestuante corpore ingestus ⁴⁷⁾, potus liquorum fermentatorum ⁴⁸⁾, abusus aquarum mineralium ⁴⁹⁾, errores
in

44) „Si virgines quae ex superbia et amore pulchritudinis omni cura pectus in angustias cogunt, ut demissis sint humeris et graciles appareant, scirent, perquam docte inquit SPERLING, quanta cum sanitatis ac vitae id fiat dispendio, tale quid haud attentarent. Pulmo enim, arteriae, vcnæ omnesque partes in thorace contenta misere comprimuntur. Hinc mala mille, destillationes, marcor, tabes et mora praenatura sequitur.“ Institut. Physiolog. Lib. 9. Cap. 3. Quaest. 6. p. 1322.

45) WOLF *Erörterung d. wichtigsten Ursachen d. Schwäche uns. Generation in Hinsicht auf d. Walzen. Hul.* 1797.

46) PORTAL l. c. et quotidiana experientia. Pater meus Magistri quondam sui ex Ordine JESU nunquam sine grato animi testimonio recordabatur, quippe qui, cum illum juvenem adhuc instrumentum pneumaticum, vulgo *Clarinetto* tractare vidcrit, id severe, ne pectori injuria fiat, prohibuit. Hacc enarrando senex addi solebat: „ubinam, nostro nunc tempore, tanta habeatur studiosae juventutis cura?“

47) Exempla phthiseos a potu frigido, nimis copiosa sunt, ut adduci possent. Ex frigoris applicatione pectori, scopo juvenem scrophulosum ex lipothymia fortuita excitandi, subsequente illico raucedine, phthisin evolutam vidi a. 1819.

48) Loquor praeprimis de fatali potu ex taphia parato, vulgo *Punsch*; maxime si tempore chorcarum epote-

in diaeta ⁵⁰), animi pathemata, prae omni alio, amor infelix, zelotypia et moeror, onania, venus, potissimum praematura ⁵¹), nimia purgantia ⁵²), puerperium, lactatio, morbi varii, imprimis febres intermittentes, morbilli, variolae et

tur. Sed qualiscunque fuerit potus fermentatus fortior, si a juvne ecrophuloso ingurgitetur, phthisin excitare poterit.

49) PALUMBINI (Praesid. FASCHIO) de phthisi. Jenae 1679. C. 5. Provocat auctor ad WEDELIUM, qui ipse aquas acidulas (quibus passim locorum homines quotidie abutuntur) in dispositis phthisin maturare edixerat.

50) „Unde mala ciborum confectio viscidos acresve succos parat, qui et stomachum vellicando, tussim excitent, et in pulmonibus tandem subsistendo irritandoque, causam praebeant phthisi.“ MORCAENI de sed. et caus. morb. L. II. Epist. XXII. Art. 20.

51) Multorum juvenum utriusque sexus memor sum, qui etiamsi quam maxime ad phthisin praedispositi fuerint, tamen sat bene valebant, donec fatalis illa matrimonium ineundi idea locum obtinerit. Nuptiae etenim cum phthisi pari incedebant passu.

52) Dr. BACKER (Med. Trans. Vol. 2.) Narrat se a Dr. BLANCHARD certiore redditum fuisse, inter 90. homines, quibus variolae insitae fuere, decem, propterea quod nimia purgantia scopo ad inoculationem praeparandi assumerunt, in phthisin incidisse. Ex repetitis purgantibus anthelminthicis evolutionem phthiseos acceleratam fuisse, pluries vidi; quod non solum debilitati per evacuationes inductae sed et irritationi systemati lymphatico abdominali inprimis per drastica illatae, ac illi pulmonum communicatae, adscribendum esse arbitror.

et syphilis. Quaeritur num phthisis scrophulosa a *contagio* excitari possit, nec ne? — Quodsi perpendamus centenos phthisicos sudore rorantes nostra inter brachia animam exhalasse, nosque millenis aliis sine omni cautela incolumes adstitisse, et custodes aegrorum in magnis nosocomiis diu noctuque phthisicis, quin morbis pulmonum plus quam reliqui homines subiciantur, ministrare, si haec, inquam, perpendamus, extra omnem dubitationis aleam nobis positum videtur, malum, de quo agitur, *non* esse contagiosum, saltem secundum ideam, quam, ex consideratione typhi, scarlatinae, morbillorum, variolarum, et hydrophobiae de contagio habemus. Posse vero morbi, ad ultimum stadium perducti, *lentam communicationem* locum habere, si intimum commercium cum aegrotis sudore diffluentibus, dormiendo, illorum utensilia, et vestes in usum ducendo, alatur; eo magis admittere inclinamus, quo magis observationum nostrarum seges crescit. Innumera enim conjugum, quorum unus brevi post alterum phthisi perierunt, exempla collegimus; quin tale infortunium ex aliis causis, e. gr. ex moerore, vigiliis etc. repeti, aut casui adscribi, facile potuisset. Porro, quisne exempla, naturam contagiosam phthisicos pulmonalis comprobantia, ab ARISTOTELE⁵³⁾, GALENO⁵⁴⁾, SCHENKIO⁵⁵⁾,

53) Problem. IV. Lib. VII.

54) De febribus L. I. CHARTER. T. VII. p. 188. „Pe-

KIO ⁵⁵), RIVERIO ⁵⁶), FRACASTORO ⁵⁷), MORTONO ⁵⁸),
SWIETENIO ⁵⁹), MORGAGNIO ⁶⁰), RAULINO ⁶¹),

HIL-

riculosum praeterea est, consuescere his, qui tabe tenentur, atque in totum cum omnibus, qui putridum adeo exspirant, ut domicilia, in quibus decumbunt, graviter oleant.

55) Obs. Lib. II. Obs. 133.

56) Obs. Cent. I. N. 35. 99. Cent. IV. N. 92.

57) Lib. II. De morb. contag. C. 9: „potest fieri, ut optime sanus existens ex consuetudine tamen et convictu cum phthisico, aut ex fomite labem illam contraxerit: nam mirum profecto est, quanta tenacitate servetur virus illud in fomite, ita ut vestes, quas phthisici gestavere, saepe visae sint post biennium attulisse contagionem: quin imo tales etiamnum fiunt et camerae et lectuli et tabulata, ubi phthisici periere.“

58) L. c. C. 2. L. I. „Contagium etiam hunc morbum propagat: hic enim affectus (uti frequenti experientia observavi) lecti socias miasmate quodam, sicuti febre maligna, inquinat.“

59) Comment. §. 1206. „Certe juvenis ille, cujus modo mentionem feci, infecit sororem et ancillam, quae ipsi in morbo assidue ministrarunt.“

60) Epist. Anat. XXII. N. 3.: „Illas (sectiones cadaverum phthisicorum) fugi de industria adolescens et fugio vel senex, tum ut mihi, tum ut studiosae, quae mihi circumstat, juventuti prospiciam, cautius fortasse quam opus sit, at tutius.“ Dr. BAYLE, tot sectionum cadaverum phthisicorum auctor, ipse ex phthisi periit v. *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 46.

61) l. c. 1. B. p. 23 (*). Juvenis tibialia a manibus sudantibus phthisicae texta, induit, atque illico in su-

HILDENBRANDO ⁶²), CIRILLO et COTUGNO ⁶³), aliisque ⁶⁴) allata, omnino negare auderet? Id solum

dorem pedum, quem antea nunquam expertus erat, incidit. Sudor sensim sensimque super universum corpus, accedente et tussi, propagabatur, aegroto tamen sanato.

62) HUFELAND's *Journ.* 8. B. 4. St. p. 16.

63) *Istruzioni all pubblico sul contagio della tischezza, scritte per Sovrano comando della facoltà medica del Supremo magistrato di sanità di Napoli. Napoli 1782.* QUANTUS sit Neapoli timor. contagii phthisici etiam ex opere Mr. CREUZE DE LESSER *Voyage en Italie et Sicilie fait en 1801 — 1802. Paris 1806. p. 168.* apparet. „*Nous ne pumes pas voir un des appartemens (de Portici) qui étoit fermé, parceque une princesse napolitaine y étoit récemment morte d'une maladie de poitrine. On est persuadé à Naples que ces maladies sont contagieuses; on l'est au point, que tous les meubles précieux, boiseries et jusqu'aux cheminées que contenoit cet appartement, venoient d'être arrachés et détruits, comme s'il eut été celui d'un pestiféré.*“

64) SCHMID de miro phthiseos contagio, in *Misc. Ac. N. C. Dec. I. An. 9 et 10. p. 120.* — GULLMANN de phthisi ex contagio in *Eph. N. C. Cent. 9 et 10. p. 294.* CAUCANAS *Examens des principaux faits relatifs à la contagion de la phthisie pulmonaire in Ann. de la soc. de med. prat. de Montpell. T. 2.* DON DIEGO DE VERA Y LIMON *disertacion medica: si la tysis proveniente de ulcera en el higado se considere entre las contagiosas? (Mem. de la R. Acad. de Sevilla. T. 6. p. 121).* EVERS *diss. in contag. phthisicum inquirens. Goett. 1782.* WEINHOLT *Abh. über d. Ansteckung d. Schwindsucht. Brem. 1807.* WESENER in HUFELAND's

solum ausi sunt CASTELLANI ⁶⁵⁾, PORTAL ⁶⁶⁾, BATTOLI ⁶⁷⁾, TONELLI ⁶⁸⁾, COCHI ⁶⁹⁾ et SALAMADE ⁷⁰⁾.

Causa
proxima.

9. Hypotheses circa intimam scrophularum naturam jactatae ⁷¹⁾, ad originem quoque phthiseos scrophulosae explicandam, in usum deductae sunt. Absit ut cum disquisitionibus ejusmodi tempus teramus! Solum nobis inquirendi restat, *quid sint illa tubercula scrophulosa*, totius morbi fundamentum sistentia? Quatuor hoc sub respectu exstant opiniones. Habent nempe tubercula pulmonis alii pro *glandulis lymphaticis*, alii pro *indurationibus* a praeviis inflammationibus relictis, alii pro *corporibus sui generis*, alii

Journ. 1821. Aug. p. 99. *Salzb. med. chir. Z.* 1814. 6. Oct. p. 24. *KOPP Jahrb. d. Staatsarz.* 4. Jahrg. p. 345.

65) *Raccolta Ferrarese di opuscoli scientifici e letterarii.* T. 7.

66) *Obs. sur la phthisie de naissance* v. *Mém. de la soc. R. des sc.* 1781. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 10. B. p. 682.

67) *Mem. sulla pretesa qualità contagiosa della tisi in giornale della soc. medico-chir. di Parma.* Vol. 2. p. 3.

68) *Mem. sulla insusistenza del contagio delle tisi pulmon. in giorn. della soc. med. chir. di Parma.* Vol. 14. p. 285.

69) *Tratto sull' insufficienza del contag. tifico.* Mantova 1718.

70) *Diss. qui tend à établir que la phthisie pulmon. n'est pas contagieuse.* Paris 1805.

71) P. III. Cap. de scrophulis.

alii pro *vermibus*. *Primae opinioni* cum MORTON 72), SAUVAGES 73), P'ORTAL 74), CAMPER 75), RAULIN 76), LAENNEC 77), BARON 78), aliisque multis adhaeremus, *secundam* non plane excludendo. Adhaeremus *primae* opinioni, nam in tuberculis pulmonum eadem prorsus phaenomena contingere videmus, quae in glandulis lymphaticis mesenterium et externam corporis superficiem occupantibus, dum a vitio scrophuloso contaminantur, locum obtinent 79); novimusque ex anatomia pulmones undique vasis et glandulis lymphaticis insignitos esse 80). Neque PORTALIO

con-

72) Op. c. Cap. I. Lib. III.

73) Nosolog. method. Class. X.

74) *Mém. de l'ac. R. des sc. de Paris*. 1780. p. 315. et: *Abh. f. pr. Aerzte*. 10. B. p. 404.

75) Diss: decem, quibus ab illustribus Europae, praesertim Galliae Academiis, palma adjudicata. Vol. I. Linguae 1798. v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 18. B. 1. St. p. 78.

76) Op. c. 1. Th. p. 18.

77) Op. c. 1. Vol. p. 31.

78) *An inquiry illustrating the nature of tuberculated accretions of serous membranes, and the origin of tubercles and tumors in different textures of the body*. Lond. 1819.

79) Monet MORTON (l. c.): „quod in caeteris glandulosis partibus accidit, in ipsis etiam pulmonibus accidit . . . quo mirum non est, si scrophulosi, qui tumoribus glandulosis in aliis partibus frequenter obnoxii sunt, non raro etiam ejusmodi tuberculis vel in ipsis pulmonibus afficiuntur.“

80) MASCAGNI Tab. 20. 21. Et *Abh. f. pr. Aerzte*, 10. B. Frank Prax, II. 2.

contendenti, solas glandulas generis lymphatici pulmonum vitio scrophuloso obnoxias esse⁸¹⁾ a-sentimur; cum cadaverum sectiones testentur et glandulas mucum bronchiale[m] secernentes, nec non illas quae arteriam mammariam comitan-tur⁸²⁾ indurari⁸³⁾; cumque praeterea nexus ma-gnus inter istas glandulas conglomeratas illasque lymphaticas existat⁸⁴⁾. Nisi ab omni hypothesi alieni essemus, illam, quod vasa lymphatica ma-teriam osseam absorbere valeant, ad originem tuberculorum explicandam, libenter amplectere-mur. Peculiaris enim ossium in phthisi forma molliorque conditio⁸⁵⁾ ideam metastaseos osseae ad glandulas confirmare videtur. Porro sedem tuberculorum in glandulis pulmonum dum quae-rimus, ob id, tubercula ex ipso *corpore* glandularum evolvi, non contendimus; enimvero phaenomena in affectionibus scrophulosis externis obvia, potius *cellulosam* corpus glandulare cir-cumdantem a praevia saepe inflammatione⁸⁷⁾

labo-

p. 49. Ait CRUIKSHANK: „next to the liver, the greatest number of absorbents have been found in the lungs.“ *Anat. of the Absorbents* p. 196.

81) l. c.

82) CAMPER *Kleine Schriften*. 3. B. 2. St. p. 268.

83) N. 6. (18).

84) MASCAGNI Tab. 21.

85) N. 6. (30).

87) Ex FOTHERGILLII verbis: „If the inflammation terminate neither by resolution nor suppuration, it often

laborare, docent. Quin immo, *cystis* ⁸⁸⁾, quae interdum tubercula involvit, nil aliud nisi pseudomembrana, praeviae inflammationi ortum debens, esse videtur. Sic primam cum *secunda* conciliamus opinione. *Tertia opinio*, quae scilicet tubercula ut *corpora sui generis* considerat,

Kk 2

etiam-

leaves a scirrhus hardness, whereby this particular part of the lungs, however small and confined, becomes of little or no use in the economy of this organ, but by occasioning an obstruction of circulation and respiration in one single point, subjects the sound parts of the lungs to greater labour:“ ex his, inquam, verbis duae oriuntur suspiciones; altera posse jam tubercula *cruda effectum* praeviae cujusdam *inflammationis*, in *indurationem* conversae sistere, altera, circa locum induratum in pulmone sano *statum irritationis et congestionis* expectandum esse. Primae suspicionis gradus probabilitatis augetur, si demonstrari posset, tumores *scrophulosos* in genere esse effectum praegressae inflammationis. Cum vero non liceat ad praesentiam inflammationis concludere, nisi saltem unum alterumve *phlogoseos* adfuerit signum, tumores vero glandularum *scrophulosi* in primo initio neque doleant, neque caleant, suspicionem illam cum nostris de inflammationibus notionibus non cohaerere fateri adigamur. Aliud argumentum affert Cl. LAENNEC, ubi ait: „*Rien n'est plus rare, qu'une inflammation du lobe supérieur des poutons, et pourtant c'est en ce lieu qu'on trouve ordinairement les tubercules*“ (l. c.).

88) N. 6 (9). Talis *cystis* BARONUM (op. c.) in errorem duxisse videtur, quatenus contendit *tubercula ex hydatidibus* evolvi.

etiamsi a viris in anatome pathologica expertissimis defendatur ⁸⁹⁾, maxime a veritate nobis aliena videtur. Alio videlicet argumento illa opinio non superstruitur, nisi quod tubercula formam glandularum lymphaticarum non habeant. Verum id est, si agatur de forma normali in statu scilicet sano; falsum, si quaestio sit de forma morbosa, de glandula videlicet circumcirca cellulosa tumida, vasis sanguiferis varicosis instructa, ipsaque lenta inflammatione et suppuratione erosâ. *Quarta opinio*, seu potius suspicio, E. JENNERI et J. P. FRANK ⁹⁰⁾, tubercula pul-

89) BAYLE l. c. p. 24. Et BAILLIE *Anatomie d. krankhaften Baues* p. 39.

90) Cura a. 1803. Londini fueram, JENNERUM, joci gratia interrogavi, num forte adhuc germen alterius, vaccinae aemuli, inventi, foveret? Cur non? vir amicus respondit. Puto me causam phthiseos scrophulosae detexisse. Et quanam illa est? *Vermis*. — Viennam redux, istam opinionem Patri meo communicavi, qui, se tale quid jam dudum suspicatum esse, ex schedis suis (die 30. Jan. 1796. conscriptis) de phthisi pulmonali patefecit. Interim hanc opinionem non omnino novam esse ex BARTHOLINI Cent. I. Hist. 46. et RHODIO Cent. II. Obs. 12. SCHENKIO L. II. p. 229. PETRO VALESCO CASTELLO de morb. pector. Tract. 8. C. 4. diffic. 16. demonstrari possit. Ait EYSELIIUS (Diss. de phthisi. Erf. 1694. §. 13.): „Et quid impedit, seminium ejusmodi verminosum etiam inspirari? cum per experientiam constet, oves gregatim ruscientes contabescere, ubi nebula insalu-

pulmonis *vermes* sistere, ex pathologia comparata orta est. Constat nempe in pulmonibus ovium alicrumque animalium haud raro vermes nidulari⁹¹⁾, quod et in ipso pulmone humano aliquando contingere monuimus⁹²⁾. Verum ex raris istis

brior (*Der Mehlthau*) rubigine inficit pascuas, ut incertum sit, utrum plus damni ex pabulo an potius ex inspirato aëre *vermiculis* scatente pecori accidat. "Nuperrime de vermibus ut phthiseos causa J. BARON (l. c.) et WESENER (*HUFELAND's Journ.* 1821. *Aug.* p. 87.) locuti sunt.

91) RUDOLPHI *Entozoor. Hist. nat.* Vol. I. p. 455. CAMPER *Kleine Schriften.* 3. B. p. 201. OTTO *Handbuch d. pathol. Anatomie.* p. 232.

92) N. 6 (21). De vermibus ab aegrotis rejectis monet PERCIVAL (*Phil. med. and chir. Essays* 3. Vol. Lond.): „Mr. HANFORTH aged 49. years, had been long troubled with a cough, and with a fullness and oppression at his breast. He frequently expectorated lumps of black, grumous blood, which gave him relief. In Febr. 1774. the oppression increased, and in the night he discharged, by coughing, two masses, one of the size of nutmeg, the other smaller. They were of the colour of chocolate. When the larger substance was opened, it was found to contain a considerable number of worms, like maggots, in a very lively state. His cough and expectoration, we are told, still continue, but the oppression at his breast is not so troublesome, and the discharge of coagulated blood is less frequent.“ Ait HUFELAND (*Journ.* 4. B. 3. St. p. 201.): „Im hiesigen Militärlazareth starb im December vorigen Jahres ein Schwindsüchtiger, dessen Auswurf nach der Versicherung des Regimentschirurgus und der Compagnie-

istis observationibus, ipsa tubercula ad vermes pulmonum spectare, neutiquam sequitur. Nec solius pulmonis tubercula a vermibus repeti possent, nisi simul tubercula aliorum viscerum, quin immo, ipsi tumores glandularum extus obvii, a vermibus repeterentur, quod plane absurdum foret. Haec vero omnia non impediunt, quominus ipsi desideremus, ut in morbis pulmonum indagandis major vermium habeatur ratio.

10. Quae-

wundärzte immer von zahllosen Maden wimmelte, vorzüglich wenn er neben dem warmen Ofen auswarf. Der Leichnam blieb ungeöffnet.“ Spectat huc et observatio Dr. CAUSSE: *sur un vomissement d'un Kiste, dans lequel a été trouvé une vingtaine de petits vers en vie.* (Journ. de méd. T. 9. p. 447—449). Addit RUDOLPHI (Op. c. Vol. I. p. 136.): „Ergo *hydatis* tussi ejecta, in cujus pure vermiculi vivi reperti sunt. An *hamulariae* vel similes vermes? TREUTLER (Obs. pathologico-anat. auctor. ad helminthologiam corp. humani continentis. Lips. 1793. p. 10. Tab. II. fig. 3. 7.) de viro narrat 24. annorum, manustupratione et veneris nimio exercitio emaciato, et, praevia haemoptoe ex phthisi demortuo; in cujus cadavere invenit glandulas bronchiales ad tertiam partem majores et vermes continentis, quos nomine *hamulariae lymphaticae* salutavit, sicque definiit: „corpus lineare, tertiusculum, caput obtusum, infra duobus hamulis prominentibus instructum.“ Suspiciatur vero egregius BREMSER (*Ueber lebende Würmer im lebend. Menschen* p. 222.) vermes illos potius ad genus *filariae* pertinuisse. Cfr. de hoc argumento BRERA *Giorn. di med. pratica et Salz. med. chir. Z.* 1815. N. 35.

10. Quaeri posset, num tubercula *cruda* Diagnosis.
 pulmonum, utpote febre et macie expertia, jam
 ad phthisin pertineant nec ne? Huic quaestioni
 cl. Vir ⁹³⁾ respondet: si germen quercus, quo
 primum e solo provenit, ad quercum pertinet,
 sane et tubercula cruda ad phthisin pertinent?
 Atvero objicimus, quod et ex uvis fit vinum,
 quin mustum ante fermentationem pro vino
 haberi possit. Interea nomen phthiseos ad tuber-
 cula cruda extendendo, id lucratur, quod medici
 mature morbum dignoscere, atque ab aliis malis,
 sub quorum larva abscondi solet (e. c. ab hemi-
 crania, affectionibus spasmodicis vagis, chlorosi,
 hypochondriasi etc.) distinguere discant ⁹⁴⁾. Ve-
 rum,

93) BAYLE l. c. p. 6. Ait: „... il leur paroît absurde
 (à plusieurs modernes) de regarder comme atteint de
 phthisie un individu chez lequel on ne peut découvrir ni
 fièvre, ni amaigrissement. Cette manière de considérer
 la phthisie est aussi ridicule que celle d'un naturaliste,
 qui voyant une jeune chêne, refuserait absolument de
 lui donner ce nom, parce qu'il n'offre pas encore tous
 ses caractères génériques et spécifiques. Cependant le
 chêne qui vient de sortir de la terre, quoiqu'il soit un
 très faible végétal, n'en est pas moins l'arbre dont le
 tronc doit acquérir tant de force. Il en est de même
 de la phthisie: dans son principe elle semble à peine une
 légère indisposition: dans son dernier degré, elle terrasse
 l'homme le plus vigoureux; elle devore, consume et ré-
 duit à l'état de squelette, celui dont l'embonpoint et la
 santé paroissent inaltérables.“

94) Eloquenter ait MEIBOMIUS (Diss. de phthisi. Helmst.

rum. cum divulgatâ hac sub rerum positione phthiseos diagnosi medicus familiam aegri praepostere in desperationem conjiceret; coram illo potius, de *praedispositione ad phthisin* loqui malimus. Satis enim est ut solus medicus latens morbi germen cognoscat. Qua de re ut ille certior fiat, aeger suspectus, variis sub rerum conditionibus, inprimis dum deambulaverit, scalas ascenderit, alta voce legerit, examinandus. *Percussio thoracis* lege artis suscepta⁹⁵⁾, si pulmones tuberculis referti fuerint, obscuriorem sonum, quam in homine sano, edere solet. Et pulmonum capacitas aërem continendi ope *pulmometri*⁹⁶⁾ explorari possit. Verum facile, in per-

1675.): „ut tamen herbae primo prodeuntes imperfecta sua figura et non explicatis foliolis frequenter fallunt etiam peritissimos botanicos, qui in vigore suo constitutos ex flore, sennine, fructu facillime et promississime cognoscerent: ita morbi in ortu suo attentissimos requirunt medicos, et incuriosorum oculos fugiunt, quamvis in progressu, tot symptomatibus stipati, neminem temere nec ipsum quidem vulgus fugiant.“

95) Cap. XI. §. LIV. N. 7.

96) Sic vocatur instrumentum excogitatum ab EDUARDO KENTISCH (*An account of Bath and of Madeira House at Bristol; with a drawing and a descript. of a Pulmometre: and cases shewing its utility in ascertaining the state of the lungs in discas. of the Chest. Lond. 1814. v. HUFELAND'S Journ. 40. B. 4. St. p. 115*) quodque experientiae inniitur, hominem mediocri statu-

percussionis opere, auditus noster, et in pulmometri experimento, aegroti major minorve sub inspirationis opere dexteritas, in errorem ducere potest. Longe magis refert morborum praegressorum rationem habere, ut sapienter MORTON ⁹⁷⁾: „certissimum diagnosticum sumendum est a tumoribus glandulosis in externo habitu corporis eam (phthisin) comitantibus vel saltem praecedentibus, uti ex ophthalmia et scabie

rae pulmonibusque sanis dotatum, posse per profundam inspirationem unica vice octo mensuras (*punts*) aëris attrahere, quae facultas, pulmone aegrotante ad unam mensuram (*punt*) desinescere potest. Consistit autem instrumentum in campana vitrea, duodecim mensuras aëris continendi capace, quae super apparatus pneumaticum invertitur. Ex parte superiore hujus campanae assurgit tabus ad ornam suum epistomio munitus, ac dein in angulum rectum reflexus, sic in longitudinem sex pollicum decussatus, atque in cavum os aegri excipiens (*Mann's*) terminatum. Campanae superficies externa instar thermometri scala instruitur, in mensuras integras et dimidias divisa. Quatuor mensurarum spatium inferius aqua apparatus pneumatici, octo autem aër superior occupant. Inspirante nunc aegro (labiis tubi extremitati alteri probe admotis) aërem ex campana, copia illius, per altitudinem aquae ascendentis facile determinatur. Absoluta inspiratione, tubi extremitas, campanae proxima, illico ope epistomii (*Mahn, robinet*) clauditur, ne scilicet remoto ore, aër atmosphaericus ad campanam penetrando aquam iterum deprimat.

97) l. c. p. 82.

bie saepe recurrentibus atque aliis ejusmodi affectionibus scrophulosis.“ Notae istae scrophulosae suspicionem latentium tuberculorum pulmonis, non solum in iis qui corporis structuram de phthisi suspectam exhibent, movere debent, sed et in aliis amplo licet thorace instructis. Interea cavendum, ne diatheseos scrophulosae praesentia ex uno tantum signo (e. c. ex tumore glandularum externarum fugace, utpote saepe effectu vel frigoris suscepti, vel incrementi corporis), stabi-
liatur. Nec ignorandum tales glandularum tumores externos, ut morbus scrophulosus pulmonis admitti possit, neutiquam absolute requiri⁹⁸). In *evolutione phthiseos scrophulosae* dijudicanda plurima valent monita. *Evolutio repentina* probe a *lenta* distinguenda. Illa, ut plurimum a morbo accidentali acuto repetenda est, haec, ex ipso morbo chronico emergit. Morbi acuti accidentales evolutionem phthiseos scrophulosae praeparantes, ut monuimus⁹⁹), sunt, febres catar-
rhales, pleuro-pneumoniae et pneumonorrhagiae. Illis etenim in pulmone tuberculoso vigentibus, status inflammatorius bronchiorum, pleurae et vasorum sanguiferorum, ad glandulas induratas transgredi videtur, unde illarum phlogosis, cui
nomen

98) „Etsi libentissime fatendum ducam aliquando contingere glandulas pulmonum *solitario isto tumore* affici.“ MORTON l. c.

99) N. 4.

nomen *tuberculitidis* imponi posset. Haec, vel morbo acuto profligato, remanet, ac nisi resolvatur, in suppurationem transit, *phthisin confirmatam* constituentem. Si vero tuberculitis resolvatur, aeger pro hac vice, periculum aufugit atque ad pristinum statum, phthiseos videlicet latentis, retrograditur. Quae retrogradatio, cum sub recta medela haud raro obtineatur, cavendum ne stadium morbi confirmati praepostere proclamemus. Phthisi scrophulosa sese *lente* evolvente, potius errori opposito locus est. Chronica enim inflammatio, qua tunc tubercula laborant, id cum inflammationibus generis scrophulosi commune habet, quod dolose et sine magno symptomatum apparatu, incedit. Accidit hinc crebro ut maximae insidiae pulmonibus struantur, quin vel umbra hujus periculi palam fiat, idque eo magis cum aegroti, qui talia patiuntur, fatali facultate polleant, quaestiones eludendi, propria mala celandi, falso interpretandi, sicque medicos incautos in errorem ducendi¹⁰⁰⁾.

Mi-

100) *Medicus.* Aegrotasne jam diu? *Aeger phthisicus.* A mense circiter. *Med.* Te jam a duobus annis laborare, audivi. *Aeger.* Noli credere, nunquam enim negotiis meis vacare desivi. *M.* Tussis tamen te molestabat? *Ae.* Ha! omnes tum catarrho laborant, tussire solent. *M.* Tussi vero nunc non excruciaris? *Ae.* (Tussiendo) neutiquam. *M.* Sed tussiendo respondes? *Ae.* Fortuito id contingit. *M.* Horresne post partum? *Ae.* Fruor hoc bonae cocionis ciborum signo:

Mirum ipsos adeo artis expertissimos, ab aliis aegrotantibus, hoc sub respectu, raro differre¹⁾. Ut tuto incedamus refert, ad aegri habitum respicere, illum horis praesertim vespertinis visitare, pulsus frequentiae, coloris genarum, ardoris

M. Calesne serius? *Ae.* Dum cubiculum praeternaturaliter calidum est. *M.* Sudasne noctu? *Ae.* Dum multis cooperior stragulis. *M.* An macilentus redditus es? *Ae.* Ego nunquam obesus fui. *M.* Decumbesne in utrumque corporis latus. *Ae.* Consuetudo mea fert semper in latus dextrum decumbendi. *M.* Sanguinem nunquam exspuisti? *Ae.* Ni fallor semel, et procul dubio ex faucibus veniebat, ac aliunde haemorrhoides in mea familia grassantur etc.

- 1) Curabam Vindobonae collegam phthisicum, qui milenis sane hujusmodi aegrotis adstiterat. Videbatur illum morbum suum prae omni alio dignoscere debuisse; atvero neutquam. Non solum symptomata, quousque poterat, pathologico, (si dicere liceat), mendacio celabat, sed irascebatur dum ex formulis, me illum pro phthisico habere, arguere poterat. Vidi contra feminas phthisi laborantes, quae ob id quod morbum in aliis semel bisve viderint, ipsae diagnosis proclamabant, ac conaminibus meis therapeuticis benigne arridebant. Ex quo colligitur, hallucinationem phthisicorum (et hydropicorum) circa proprium statum, non esse symptomata adeo constans, ut pro signo morbi *specifico* cum WALTHER (l. c.) haberi posset. Jure id monet CABANIS, asserendo, phthisin pulmonalem, quae affectione viscerum abdominalium stipatur, haud raro potius desperationem sociam agnoscere,

ris palmarum rationem habere, ac probe cavere, ne febriculam hecticam cum intermittentibus confundamus 2). Diagnosis sputorum *) ac stadii conclamati alibi exponetur 3). De stadiis vero huic antecedentibus loqui non cessabimus, quin moneamus, interdum contingere, ut symptoma aliquod, alias solum conclamato morbo familiare (e. c. sudor, diarrhoea, defluvium capillorum) incipientis jam morbi sit comes 4).

11. Pro-

2) Cfr. P. I. Vol. I. C. II. §. XXVIII. N. 2. Vix juvenem medicum inveni, qui erroris, febrem hecticam phthisicorum pro legitima intermittente habendi, particeps non fuisset.

*) §. LI. N. 12.

3) §. LII. N. 6.

4) Juvenes observavi plurimos, qui, caeterum, ut videbatur, optime valebant, atvero omni nocte, sine ulla nota causa *sudabant*. Elapso aliquo tempore, en phthisis omnibus numeris absoluta! An. 1816. virgo nobilissima in *diarrhoeam* rebellem inciderat. Medicus expertus in auxilium deductus, ex solo aegrotae habitu, morbum pro phthisi declaravit. Cum vero aegrotata de pectore non conquereretur, parentes huic diagnosi fidem haud tribuerunt, aliumque adhuc medicum accersiri curarunt. Definivit iste malum pro diarrhoea verminosa. Revera sub anthelminthicorum usu *ascaris lumbricoides* in conspectum venit, in quem veluti triumphi honor delatus est. Breve gaudium, nam morbus invalescebat. Advocatus tandem et ego, audivi medicum, secundo loco accersitum, monentem, se quidem libenter concedere aegram de pectoris labe *suspectam* esse, atvero se labem non ita

Prognosis. 11. *Prognosis phthiseos scrophulosae*, illi scrophularum in genere alligata est. Palam fiet ⁵⁾, quam arduum sit vitium scrophulosum universim eradicare. Nusquam autem scrophulae fuga difficilior, quam ex tenerrimo pulmonum textu. Hic enim illa ipsa pharmaca, quae alibi glandulis induratis saepe impune prospicere valent, non sine magno periculo locum inveniunt, cum experientia docuerit, tubercula pulmonum cruda facile inde irritari, inflammari et suppurari. Atque sic aegroti per artis praepostera conamina mature praecipitantur, qui forte ope, aut temporis, aut morbi cujusdam alterius e. c. febris intermittens vernalis ⁶⁾, typhi ⁷⁾, dispositio-

evolutam videre, ut diarrhoeam colliquativam, phthiseos conclamatae signum, sociam habere possit. Ad me quod spectaverat, diarrhoeam pro effectu suppurationis glandularum mesaraicarum (quarum vestigia, sub forma globulorum, amygdalarum magnitudinis veluti ex materia adipo-cerea efformatarum, in dejectionibus alvinis obveniebant) declaravi atque praedixi, pulmones adhuc tubercula continere, serius in suppurationem transitura. Ac re quidem vera, paucis mensibus elapsis, en pneumonorrhagia, quam phthisis pulmonalis omnibus numeris absoluta sequebatur. Phthisicam eo ipso, quo scribo, tempore coram oculis habeo, quae ante duos annos, dum prorsus adhuc sana videbatur, maximam *capillorum* partem jam amisserat.

5) P. III. Vol. II. Cap. de scrophulis.

6) P. I. Vol. I. Cap. II. §. XXIX. N. 1. p. 14.

sitionem ad phthisin amisissent, vel saltem ex morbo, illo pulmonis minus crudeli⁸⁾, periissent. Spes tempus lucrando periculum evolutionis phthiseos pulmonalis scrophulosae aufugiendi, imprimis ibi viget, ubi in morbo producendo, vitium haereditarium nullam ludit scenam. Est enim *phthisis haereditaria*, potissimum si illa habitum phthisicum socium habeat⁹⁾, atque circa vitae tempus evolvatur, quod parentibus quon-

7) Praxin medicam ab a. 1796. usque ad 1804. in magno Nosocomio Vindobonensi cum exercerem, pluries mihi videre contigit, quod aegroti cum phthisi plus minusve protracta suscepti, ac in cubicula, ubi aegri typho petechiali affecti degebant locati, contagium contraxerunt, ac superata tandem feliciter tali febre nosocomiali et a phthisi liberi evaserunt.

8) Dum aeger morbo scrophuloso universali et speciali pulmonum laborans, causas sedulo evitat, quae tubercula pulmonum inflammari possent, haud raro accidit, ut a phthisi pulmonali quidem immunis maneat, sed serius ex tabe, a defectu nutritionis repetenda, sat placide moriatur: quo in casu glandulae mesenterii induratae, et pulmones tuberculis crudis repleti, flaccidi et veluti exsiccati inveniuntur. Observatio haec opinioni locum dedisse videtur, posse pulmones sine suppuratione praevia, per *absorptionem*, destrui. v. FOLCHI in *opusculi scientifici. Bologna. T. I. p. 248.*

9) Monet HIPPOCRATES (Aph. 8. Sect. VIII.): „quae secundum naturam ad tabem disposita sunt, omnia quidem vehementia.“

quondam infensum fuerat¹⁰⁾, omnium deterrima: tanta enim hîc esse solet morbi vis, ut ille ex se ipso evolvatur, tuberculis scilicet crudis in spontaneam eamque lentam inflammationem et exulcerationem transeuntibus. Rerum iste status illo longe peior est, ubi tubercula accedentibus caussis extrinsecis *fortuito* phlogosi corripuntur. Hoc enim in casu aut resolutio tuberculitidis obtineri potest, aut succedens suppuratio benignior evadit, ita ut haud omnino rarum sit, abscessulos sibi viam ad bronchia parare, a rejectis tali pacto infensis tuberculis, pristinam pro tempore redire valetudinem. Phthiseos confirmatae curriculum interdum a graviditate, ab animi pathemate, a mania, suspenditur. In genere transitus morbi in phthisin conclamatae eo magis timendus, quo junior, floridior, magisque sensibilis

10) „*Un des caractères essentielles des maladies héréditaires, dit le Docteur PÉTIT, c'est de se développer en général, chez les descendants au même âge, à la même époque et au milieu des mêmes circonstances, que chez les parens qui les ont transmises. Ainsi un enfant né d'un père phthisique, mort à l'âge de trente ans, par exemple, éprouvera au même âge tous les symptômes de la même maladie, qui se terminera comme celle de son père.*“ *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 54. Intelligitur inde cur phthisis haereditaria pro diuturniore habeatur a BENEDICTO (Tab. theatr. p. 111.) dicente: „qui phthisis indelebilem impressionem a parentibus susceperint, licet irrestituibiles, sunt tamen diuturniores.“

silis et floridus est aegrotus, quoque magis illius juvenilis petulantia, aut mentis tenacitas ¹¹⁾, aut invicibilis paupertas, usui debiti regiminis diaetetici obstat.

12. Sicuti enim in cura scrophularum in ^{Cura in genere.} genere, ita et in illa phthiseos scrophulosae, ^{genere.} regimen diaeteticum primum occupat locum. Debet vero illud aeque ac pharmacorum usus, variis morbi stadiis apprime accomodari. Intercedit nempe inter haec tantum discriminis, ut eadem prorsus medendi ratio, quae in uno stadio conduceret, in alio noceret.

13. In curando *stadio latente* phthiseos scrophulosae aegrotis sine ambagine declarandum est, <sup>Cura stadii phthi-
sis laten-
tis.</sup> quod si mortem maturam et terribilem evitare optent ¹²⁾, sese per plurimorum annorum curriculum sequenti regimini stricte submittere debeant. Caveant a transitu repentino e temperatura

11) Antiquum Germanorum adagium est: „*dafs die eigensinnigen Menschen gemeiniglich die Schwindsucht bekommen, daher auch, vor oder aus Eigensinn sterben.*“ ALBERTI diss. de phthisi praeservanda. §. IV.

12) Revocent ad memoriam quod saepius SENECA de praecoccupandis ingruentibus periculis (L. I. de ira C. 8.) memuit: „in primis finibus hostis arcendus est, nam cum intravit et portis se intulit modum a captivis non accipit.“ Hinc OVIDIUS (5 Tristium. 7) eloquitur: „turpius ejcitur, quam non admittitur hospes.“ Et secundum CICERONEM: „omne malum nascens facile opprimitur.“

tura calida in frigidam, e frigida in calidam; a ventis, praesertim a Borea et Euro, ab aëre Alpium ac urbium majorum; a motu vehemente, potissimum ab ascensu montium et scalarum, ab exercitiis gymnasticis, ab equitatione ¹³⁾ nisi admodum moderata, vento silente ¹⁴⁾, et super viam umbrosam; a choreis, maxime nocturnis, in oecis halitu hominum, fumo candelarum ¹⁵⁾ et

13) Quo pacto SYDENHAMUS efficaciam equitationis in hoc morbo viribus, quas cortex peruvianus in debellandis febribus intermittentibus, et mercurius in domanda syphilide possident, aequiparare potuerit, eo magis non intelligo, cum non solum de ingruente phthisi, sed de ea vix non conclamata locutus sit (v. Diss. epist. p. 523). Nec miror ubi MORGAGNI ait: „Hic vero phthisicus alter est de duobus, quibus laudata adeo a SYDENHAMO equitatio mortem acceleravit.“ (Epist. XII. Art. 13.). Consentit WITTRICHAM dicendo: „Errant saepe medici, dum exercitationes aegris et valetudinariis imponant, praesertim phthisicis, quibus equitatio indiscriminatim imperatur.“ (De morb. quibusdam Comment. §. 73.). Cfr. tamen altera ea parte etiam DICKSON *Obs. on the cure of an haemoptoe, and upon riding on horseback for the cure of Phthisis (med. obs. by a Soc. of Physic. in Lond. Vol. 4. p. 206)*. Jam vero ARETAEUS equitationem quatenus motus speciem pectori inimicam rejecerat (Tetrab. I. Serm. 2. C. 7.).

14) „Pulmoniacus ubi convaluerit, ad ventum ne celeriter currat, neque in equum neque in currum conscendat. HIPPOCRATES Lib. de intern. affect.

15) Quantum noceat vides apud BORELLI Cent. II. Obs.

et nicotianae, ac pulvere arenae inquinatis; a tractatione non solum tubarum alicrumque instrumentorum pneumaticorum, sed illorum quae brachiorum motum continuum exposcunt, ut cymbalum; a cantu et sermone alta voce absoluto ¹⁶⁾, a potu vini, taphiae, 'cerevisiae' fortioris, coffeae, theae, cioccolatae; a cibis difficilioris digestionis, fumo induratis, salitis, aromaticis omnisque demum generis nimia copia ¹⁷⁾ ingurgitatis; a lucubrationibus nocturnis, et vigiliis; a decubitu in lecto nimis protracto ¹⁸⁾, a caussis animi pathemata violenta gignentibus ¹⁹⁾; a suppressione evacuationum habitualium, sudoris pedum, fonticulorum; a fuga intempe-

Ll 2

impe-

59. PRIMEROSIUS jam dudum fumum carbonum fossilium ut caussam phthiicos pulmonalis designavit (L. III. C. 29.).

16) Objici posset cantum et vocis exercitium pulmones debiles roborare; atvero hic non agitur de pulmone debili, sed de eo tuberculis referto.

17) FOTHERGILL (l. c. p. 305.) jure monet non esse solum ad *qualitatem* sed et ad *quantitatem* alimenti phthiicos respiciendum, optimumque licet chylum magnum corpori addere stimulum.

18) REID (l. c.) provocando ad MUSGRAVE (GULSTONIAN lectures v. *Samml. auserl. Abh.* 5. B. p. 664.) quatenus contendit moram diuturnam in lecto calido inflammationem pleurae et viscerum thoraci inclusorum promovere.

19) Consilio, ut animi pathemata fugiantur, illud potius, causas illorum pathematum evitandi substituo.

impetiginum, fluoris albi, febrium intermittentium; a venere, lactatione (nisi puerpera sit plethorica lacteque abundet); a balneis frigidis, marinis, iis regionum calidarum exceptis ²⁰). Contraria commendanda sunt; inprimis rusticatio, vivendi ratio regularis, uniformis, potus aquae selectae, cerevisiae tenuis ²¹), lactis, modo puri, modo cum decocto nucleorum *theobromae cacao*, aut (nisi aeger fuerit plethoricus atque alvi obstructioni obnoxius) *glandum quercus roboris tostorum*; esus carniū juniorum animalium, piscium, leguminum non flatulentorum, fructuum horaeorum, somnus nocturnus (quo opera respirationis et circulationis sanguinis debita fruuntur quiete), serenitas mentis et praec omnibus castitas. Vitium scrophulosum emendare studemus ope remediorum resolventium generis mitissimi, qualia natura, vere ridente, suppeditat. De succo loquimur ex herbis recentibus *urticae dioicae* et *hederae terrestri* expresso ²²). et decocto radicū *cichorci intybus*,
leon-

20) *Balnea marina* commendari generatim non posse, quin climatis ratio habeatur, quivis intelliget, qui perversos saepe effectus immersionis in *mare Balticum* cum salutari illa in *mare nigrum* comparat.

21) In comitatu DEVONSHIRE cerevisia paratur tenuis multum gaz acidi carbonici continens, *Ashbarton pop dicta*, cui facultas phthisin sanandi tribuitur.

22) āā uncias quatuor, capiat tribus vicibus curriculo matutino, atque per mensē circiter.

leontodontis taraxaci in sero lactis dulci clarificato, quorum auxiliorum laudes, sociis RAULINO et PORTALIO, canimus. Aestate oriente aquae soteriae saponaceae salinae, leniterque ferruginosae, aegrotis praesto sunt, in GALLIA videlicet fontes BONNES, LUCHON, ST. MION²³⁾, et in GERMANIA fontes DÖNNSTEIN, SCHWALHEIM, FACHING²⁴⁾, EMBES²⁵⁾, KISSINGEN²⁶⁾, SCHWALLBACH²⁷⁾, SELTER, SALZBRUNN²⁹⁾, alique similes. *Fontes martiales* fortiores, ut *Spaa* et *Pyrmont*, rarissime et nonnisi in aegris parum excitabilibus, vere debilibus, et antequam phthisis evoluta sit³⁰⁾, inprimis chloroticis, conducunt.

23) RAULIN Op. c. 2. Th. p. 183. et: *Le parallèle des eaux minéral. d'Allemagne et de France.*

24) VOGEL v. RAULIN l. c. 2. Th. p. 190. Not. ****.

25) TRILENIUS *Ems u. seine Heilquellen. Wiesbaden* 1816.

26) GOLDWITZ *Die Quellen zu Kissingen u. Boclet im Fränk. Hochstift. Würzb.* 1795.

27) WEDEKIND *Ueber d. Gesundbrunnen zu Schwallbach.* v. HUFELAND's *Journ.* 1815. Jul.

29) ZEMPLIN: *Salzbrunn oder d. Schlesische Selterwasser.* Schweid. 1817. Cfr. HUFELAND's *Journ.* 1822. Jan. p. 109.

30) FOTHERGILL de usu aquarum Bristolliensium in phthisi sermonem instituens (l. c. p. 313.) pulchre monet: „and here I would wish again to inculcate this remark that it is before the approaches to a confirmed phthisis, that patients ought to repair to Bri-

cunt. Generatim aquae soteriae ferrum continentes, aut frigidae nimis, optime cum lacte, si opus sit, calido, porriguntur ³¹⁾. Scrophulas pulmonum alii aggreduuntur *mercurio*, *antimonio*, *conio maculato*, *cinchona officinali*; ast id non sine periculo fieri, jam monuimus ³²⁾; quoties enim cum hoste acriter dimicare inconsultum sit, toties cum illo potius transigimus, ac ne incassum irritetur curamus. Interea si vitium scrophulosum de die in diem magis magisque caput attolleret, *urias calcis* ³³⁾, *aqua calcis* ³⁴⁾, *aethiops antimonialis* ³⁵⁾, *conium maculatum* ³⁵⁾, et
sul-

stol; otherwise a journey thither will be, not only without benefit, but will probably be detrimental."

31) FR. HOFFMANN Diss. de connubio aquarum mineralium cum lacte saluberrimo.

32) N. 11.

33) BEDDOËS *Ueber d. neuesten Methoden d. Schwindsucht zu heilen*. Leipz. 1803. R. Muriatis calcis drachmas duas. Solve in aquae destillatae uncia una. M. D. S. ter de die a guttis triginta ad quinquaginta.

34) MARX l. c. p. 193. Unciae duae, bis terve de die cum lactis duplici dosi porriguntur.

35) Minimas suadeo doses, sed diu continuatas, e. c. gran. un. de die.

36) Ter de die a grano uno ad tria. Fatetur DUNCAN (l. c. p. 121.): „*With patients of a scrophulous habit, subjected to symptoms threatening tuberculous phthisis, I have sometimes imagined that the conium, in conjunction with cinchona, has had a good effect in preventing the occurrence of phthisis*. Cfr. ADAIR *medical*

sulphur auratum antimonii ³⁷⁾ (atque si aeger revera notas debilitatis offerret), *infusum frigidum corticis cinchonae officinalis* ³⁸⁾ cum *victu animali lautiori* ³⁹⁾) prudenter tentari possent.

Quodsi

comment. Dec. II. Vol. 7. p. 458. et Abh. f. pr. Aerzte. 15. B. 4. St. p. 562.

37) VOGEL v. RAULIN op. c. 2. Th. p. 130. Not. **.

R. Sulphuris aurati antimonii gran. semis, gummi arab. sacchari albi ââ grana quinque. Cap. alternis diebus dosin, jejuno ventriculo.

38) Consentio omnino cum Cl. DUNCAN dicenti: „*one of the best and safest forms under which the cinchona can be employed in phthisis, is perhaps, the simple watery infusion.*“ (l. c. p. 115). Libenter illam cum lacte exhibeo.

39) Quamvis victum parcum et vegetabilem in phthisi scrophulosa commendaverim, attamen dari hoc in malo interdum exceptiones, ubi potius victus lautus et animalis conducit, inficias non ibo. Sic recordor, me tempore, ubi systemati Brunonis addictus eram, nonnullis phthisicis, ab aliis medicis diaetae severae damnatis, plurimum per regimen plane contrarium conduxisse. Similia fatentur (ne dicam de CELSO adeo vinum commendanti. De medicina L. III. C. 22.) W. MAY (*Lond. medical Journ. 1788. p. 268. v. Abh. f. pr. Aerzte. 13. B. 1. St. p. 102. 4. St. p. 626.*), PERCIVAL (*mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. 2. p. 288. v. Samml. auserl. Abh. 13. B. 4. St. p. 647.*) et SALVADORI (l. c.). MAY rite monet inflammationes et exulcerationes scrophulosas et in aliis corporis humani partibus haud raro curam tonicam exposcere. Verum hujusmodi *exceptiones* nil aliud demonstrant, praeterquam quod in praxi medica regulae generales

Quodsi ab antimoniali pharmaco nausea, seu vomitus excitarentur, haud timendum foret; juvat nempe actionem vasorum lymphaticorum pulmonum, per irritamentum nervis ventriculi illatum, promovere 40). Cum praeterea magnus consensus inter pulmones et cutem exstet, istius functiones hinc inde ope *balneorum tepidorum* 41) sustinere prodest.

Cura stadii
evolutio-
nis acutae.

14. Superveniente latentis phthiseos pulmonalis scrophulosae stadio, aut febre catarrhali, aut pleuro-pneumonia, aut pneumonorrhagia, methodus istis morbis medendi cum peculiari solertia adhibenda est. Quodsi illius ope tempore consueto omnino fugari hi morbi haud possent

semper peculiari corporum conditioni accommodandae sunt.

40) REID (l. c.) emetica non solum in hoc, de quo agitur, stadio, sed et in sequentibus, scopo puris rejectionem promovendi, commendat. ADAIR (l. c.) sulphatam cupri ad grana decem in quinque unciis aquae cum guttis quinque acidi sulphurici diluti, scopo emetico exhibet. LANTHOIS (*Théorie nouv. de la phthisie pulmonaire. Paris 1818.*) Tartarum emet. in *refracta* ut dicunt *dosi (en lavage)* adversus phthisin quam maxime commendat nuncupatque *le conservateur par excellence*. Verum jure monet DUNCAN (l. c. p. 95.): „But I must confess I have no expectation that by the use of any emetics, a removal of tubercles from the lungs will be often obtained.“

41) CELSUS balnea in phthisi vituperat (L. III. C. 22.) et certe caute in illorum usu incedendum.

sent et de suborta *tuberculitide* haberetur suspicio, methodo antiphlogisticae illico frenum injiciendum, ac ad mœdendi rationem potius expectativam confugiendum. Constat nempe inflammationes omnibus in glandulis lente resolvi, ac virium jacturâ, per nimias evacuationes cruentas productâ, malum aggravari. Hoc vero usum protractum parvarum ⁴²⁾ dosium *nitratissae*, et *muriatis ammoniacae* in *decoctis mucilaginosi* non impedit; omni tamen alio remedio hac sub rerum positione *serum lactis dulce clarificatum* summo manè porrigendum anteponimus. Porro, inprimis si pectoris dolor perstet, suppurationem inter unam alteramve costam, *vesicatorii perpetui* ope, sustinemus. Simul ut omnia colutoria adaperta maneant curamus. Praeprimis ad urinae secretionem respiciendum, ne forte, illa ségniter procedente, hydrops acutus cavitatum pleurae ingruat. Periculo huic, infusum *stipitum solani dulcamarae* ⁴³⁾, potissimum *nitratae potas-*

42) Sapienter ait FOTHERGILL (l. c. p. 306.): „I have known the common dose of nitre, the saline mixture, and other cooling salts, increase a cough by irritation; so that even these should be administered, when necessary, rather in small doses, and frequently.“

43) R. Radicum althaeae officinalis drachm. tres. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem, sub fine infunde stipitum dulcamarae drachmas duas, stent in digestionem, quâ frigefacta, colatura librae unius detur.

potassae nuptum, occurrere solet. Tandem cum tussis sacvitia non solum somno, sed et necessariae pulmonum quieti, obstet, illam porrectis ad noctem aut *extracto hyoscyami nigri* 44), aut *massa pilularum de cynoglosso* 45) compescere studemus, si id sine febris augmento fieri liceat.

Cura stadii evolutionis lentae. 15. Phthisi scrophulosa sese lente evolvente ne methodus antiphlogistica negligatur! Quamvis enim hic symptomata non admodum urgere videntur, nihilominus tussicula, dyspnoea et febricula non minus usum venae sectionis exposcunt, quam aperta illa signa peripneumonica, quae evolutionem phthiseos acutam comitantur 46). Haec solum intercedit differentia, quod, morbo chronice decurrente, minor sanguinis copia,

44) Granum unum aut grana duo.

45) A granis tribus ad grana quinque.

46) Legantur de hoc argumento monita experti doctoris ENGELBERG *Ueber chronische Entzünd. besonders der Brust, u. die davon herrührende Lungenschwindsucht* (HUFELAND'S Journ. 1821. Aug. et Decemb.). Miror cl. DUNCAN (l. c. p. 85.) usum venae sectionis in phthisi restringere, et dicere: „I have no doubt in asserting, that in hundreds of instances; starvation and bloodletting have hastened the death of phthisical patients.“ Addit: „nocet per se, prodest casu!“ Aliter sane cogitarunt FERNELIUS, STAHL et SYDENHAM. Sed probe retinendum, loquor ego de phthisi in stadio evolutionis, et non de confirmata seu clamata.

copia, sed reiteratis pluries vicibus detrahitur. Regula haec generalis a constitutione gracili, a debilitate, a marcere aegrorum, inprimis si peractae phlebotomiae pulsuum frequentiam quam imminuere deberent, adangent, plus minus restrictionem patitur. Hoc in casu auxilium maxime in *hirudinibus*, interstitiis costarum applicandis quaerendum. Quae singula, si, usui decoctorum emollientium et nitro juncta, evolutionis phthiseos symptomata non debellant, morbus illico ut confirmatus pertractandus.

16. Est autem *prima indicatio*, in *phthisi scrophulosa confirmata*, ut feбри, corpus depa-
Cura
phthiseos
confirmatae.
 scienti, frenum injiciatur. Quem scopum si attingere valeamus, sequitur *altera indicatio*, illa videlicet, naturae conamina salutaria in tuberculis suppuratis rejiciendis secundandi. Nisi methodus antiphlogistica feбри frenum injicere possit, tota spes in *folia digitalis purpureae* locanda. Gloria aeterna medicis, qui hujus stupendi remedii usum in praxin introduxerunt 47). Ex
 infini-

47) WITHERING *an Account of the Foxglove and some of this med. use.* Birmingham. 1785. FERRIAR *Essay on the med. properties of the digitalis purpurea.* MOSSMANN. *Essay on scrophule and glandular consumption.* BEDDOES l. c. N. 2. 4. SEGAUD *Obs. sur la digitale à fleur pourpree dans le traitement de la phthisie pulmon.* (*Annal. de la soc. de méd. pr. de Montp. T. 4. P. I. p. 37.*), LAUDUN *Reflex. et obs. sur la phthisie pulmon. et sur les effets de la digitale pourpree* (ib. T. 23. p.

in finitis enim pharmacis quae ultimae medietati seculi decimi octavi debentur, istud, forte unicum erit, quod ad diurnam posteritatem perveniat, dummodo abusus propagationi meritaefamae, detrimentum non afferat! Multum enim abest quin digitalis purpurea, pro universali phthiseos specifico haberi possit. Immo illam hoc in morbo non solum saepe effectu destitui, sed haud raro etiam evidenter nocere, non inficiabimur. Neque aliter fieri potest. Nisi enim conjectura nos fallat, digitalis purpureae virtus in eo consistit, quod imperium narcoticum specificum in cerebrum et in nervorum par vagum exercendo, languorem in functiones, potissimum cordis ⁴⁸⁾, arteriarum, pulmonum et ventriculi (utpote quae immediate ab illo nervorum pare reguntur) introducat, qui languor, sicuti inflammationi et suppurationi glandularum lymphaticarum

172.), ZUGENBUHLER (*Emploi de la digitale pourprée dans la consommation*), GRAPERON (*Bulletin de sc. médicales. T. 2. p. 250.*), MOUTON (*Observations cliniques sur l'emploi de la digitale pourprée dans la phthisie pulmonaire*), SÉDILLOT (*Recueil period. de la soc. de méd. de Paris. T. 29. p. 13.*). Non intelligo quo pacto DUNCAN (l. c. p. 101.) asserere potuerit: „*I am sorry to say, that for, my own part, I have not witnessed any great benefit from digitalis in any case of phthisis.*“

48) GALENUS dixerat: „tabidis cor siccari oportet.“ — digitalis id quodammodo efficit.

carum pulmonis obstare potest, ita ex altera parte, alia, non solum viscerum thoracis sed et illorum abdominis, mala gignere debet. Atvero et indicata digitali, effectus bonus vix obinetur, nisi modus administrationi sit indicationi conformis. Conformis non est *tinctura*, nam alcohol vires cordis pulmonum et ventriculi excitando, contrarie plane agit, possetque solum ut corrigens (cujus loco tutiora noscimus) inservire. Nec indicationi conforme est connubium *digitalis cum pharmacis irritantibus*, aut tonicis, e. c. polygala, lichene, utpote quae illius effectus eludunt. Duobus solum modis digitalem purpuream administrandi utimur, *infusione* ⁴⁹⁾ scilicet et *pulvere* ⁵⁰⁾. Illa effectum celeriore, pulvis lentiore producit. Nisi periculum in mora sit, actionem lentam, utpote tutiorem, anteponimus. Praeterea per parvas saepius repetitas diuque continuatas doses hujusce pharmaci, ad finem quantitas illius longe major ingeri potest, quam si conspicuae, aegrotis brevi post molestias inferendae ideoque seponendae doses, porrigantur. Est praeterea magna differentia inter digitalem purpuream quatenus vel sponte vel
in

49) R. Radicis Salep scrupulum unum. Coque c. s. q. aquae, infunde foliorum digitalis purpureae scrupulum un. Infusio frigida coletur. Adde syrupi simplicis unciam un. Cap. spatio nycthemeri.

50) Granum unum ter quaterve de die.

in hortis crescit, et maxime prout in foliis exsiccandis conservandisque necessariae cautela observantur, nec ne. Digitalem libenter cum *salibus mediis*, quae insimul virtute refrigerante pollent ⁵²⁾ alvumque apertam tenent, praescribimus. Si sub digitalis usu aut ventriculus languere, aut aegrotus sputa difficilius rejicere inciperet, illam cum parvis radicis *cephaelidis ipecacuanhae* dosibus ⁵³⁾ jungenda foret. Generatim usus digitalis purpureae eousque continuandus quousque aut effectus optatus (fuga scilicet febris, ex pulsu lento reddito ⁵⁴⁾, cognoscenda) obtinetur, aut dolores ad propagines nervorum faciei ⁵⁵⁾, dilatatio enormis pupillarum, photopsia, cephalaea, lipothymiae, vomitus, debilitas universalis, pulsus irregularis et aspectus aegri luridus, ulteriorem pharmaci usum impe-

52) R. Pulveris foliorum digitalis purpureae gran. un. Cremoris tartari, sacchari albi ââ grana decem. Nitri grana quinque. M. S. Bis terve de die pulverem capiat.

53) R. Pulveris foliorum digitalis purpureae grana duodecim. Radicis ipecacuanhae grana tria. Sacchari albi drachm. unam. M. assidue et divide in duodecim partes aequales. D. S. ter de die pulverem capiat.

54) Pulsus ad centum viginti ictus in sexagesima horae parte ad ictus sexaginta, quinquaginta, quadraginta duo reduci potest.

55) Dolor plerumque ad regionem supra orbitalem oritur, interdum vero is et ad alios ramos nervorum faciei propagatur.

impediunt. Mali istiusmodi digitalis effectus aliquando bonos, obfuscant, unde illis obvenientibus, a pharmacis omnis generis abstinendum est, donec composito rerum ordine, de statu morbi tuto judicare liceat. Si digitalis votis plene responderit, aeger eo ipso ad stadium latentis morbi reductus est; quo in casu, ut docuimus ⁵⁶⁾, incedendum. Quod si digitalis effectus per dimidium solum obtenti fuerint, concessa nonnullorum dierum pace, ad idem pharmacum recurrendum, atque sic repetitis vicibus ad plenum successum usque. Contra si digitalis nil plane boni praestiterit; illa post primum tentamen derelinquenda; obstinatio enim hinc nunquam juvat, saepe nocet. Digitalis purpureae vires, in morbo de quo agitur, saepe *emulsio ex seminibus hyoseyami nigri* ⁵⁷⁾ cum *nitrate potassae* aemulatur; immo si aeger fuerit admodum sensilis, facies rubra, oculi splendentes, pulsus contractus, duriusculus, tussisque aspera, illas superat. Hac sub rerum positione et *acidum hydrocyanicum*, aliorum ⁵⁸⁾ potius quam nostra aucto-

56) N. 13.

57) v. Cap. IV. §. XIX. 4 (32).

58) De usu hujus terribilis veneni legi possunt: ITTNER *Bevragé z. Geschichte d. Blausaure.* 1809. (R. Acidi hydrocyanici ITTNERI grana sex, aquae destillatae drachm. duas. M. D. S. guttas quindecim pro dosi). VAUQUELIN *Annal. de chimie et de physique.* T. IX. p. 113. BRERA *prospetti di risultamenti ottenuti*

auctoritate et *pulvis carbonum vegetabilium* 59) tentari possent. Immo in nonnullis ipsum *opium*, ferocissimus caeterum phthisicorum hostis, profuit 60). Urgente dolore lateris thoracis, praecipue si impetigines quondam locum habuerint, aut quaedam evacuatio habitualis suppressa fuerit, ad

nella Clinica med. di Padova. 1809—15. Padova 1816. p. 10. MAGENDIE Physiolog. u. klinische Untersuchungen über d. Anwendung d. Blausäure in d. Krankheiten d. Brust u. besonders d. Lungenschwindsucht. A. d. Fr. übers. v. CERUTTI. Leipz. 1820. BORDA v. BRUGNATELLI elementi di chimica applicata alla farmacia. 1814. MANZONI de praccipuis acidi Borussici et aquae colobatae laurocerasi medicis facultatibus clinicis observationib. comprobat. specimen. Patav. 1818. GRANVILLE in med. Repository. T. IV. 1815. Et FURTHER observ. on the intern. use of the hydro-cyanic acid. Lond. 1819. Uebers. v. CERUTTI. Leipz. 1820. BEHR in HUFELAND'S Journ. 1820. Jul. p. 74. ROCH über d. Anwendung d. Blausäure als Heilmittel in verschied. Krankheiten, besond. d. Lungenschwindsucht etc. Leipz. 1820. ELWERT Die Blausäure, d. wirksamste Heilmittel in Lungenbeschwerden etc. Hildesh. 1822.

59) GARNET in medic. Comment. Dec. II. Vol. X. p. 368. v. *Abh. f. pr. Aerzte. 17. B. p. 70. Exhibui bis terve sine omni successu. Similia testatur HUNOLD in Archiv f. d. Pharmacie. 2. B. 1. St. Audivi vero nonnullos cum effectu exoptato adhibuisse. Dosis, drachma bis terve de die.*

60) PERCIVAL l. c. W. MAY l. c. Boni effectus opii hac sub rerum positione nonnisi peculiari aegrorum idiosyncrasiac tribui possunt.,

ad *fonticulum*, lapide caustico chirurgorum ope excitatum, deveniendum, atque ille tamdiu apertus servandus, quam diu morbi periculum urget. Nisi aeger fuerit praetermodum sensibilis et querulus, ulcus hoc artificiale ad ipsum locum doloris inter unam alteramve costam excitatur, alias ad brachium lateri dolenti respondens inter musculum deltoideum et bicipitem ⁶¹⁾. *Setaceum* ab aegrotis phthisi scrophulosae subjectis, utpote admodum sensilibus, raro sustinetur. *Corticis daphne mezerei* propterea quod repetitos cruciatu et foedas cicatrices excitat, neutiquam favemus. Praeter allata auxilia ex fonte pharmaceutico et chirurgico petita, *potus aquae selteranae* non omittendus, mirifice enim virtutem illorum auxiliorum sustinere solet, dummodo ventriculi imbecillitas, atque diarrhoea non obstant. Hoc ultimo in casu etiam *aqua cum succis vegetabilibus saccharo edulcoratis* e. c. rubi idaei, berberis vulgaris, pruni cerasi nigri, fragariarum vescarum etc. (alias rerum positioni accommodati) haud permitti potest. Nil hinc restat, quam ad *potus medicatos* confugiendi, qui parantur ex *avena sativa*, *hordeo disticho*, *oryza sativa*, *radice glycyrrhizae glabrae*, *orchidis morionis*,

61) Ubicunque demum applicetur fonticulus diligenti indiget cura, et quotidie detergendus est, secus, aucto periculo. occluditur. Hiatus adimpleatur radice ireos florentinae detornata in formam pilulae.

rionis, rasura cornu cervi elaphi, floribus papaveris rhoeados, verbasci thapsus, passulis minoribus, dactylis, ficis indicis, baccis rhamni zizyphi, fructibus cerdiae sebestenae, melle etc. Ne aqua selterana frigide epota pectori infensa evadat, illa simul cum pauxillo lactis fervide exhibetur. In genere lac in phthisi non solum scrophulosa, sed et in aliis nonnullis, pro medicamento, potu et cibo simul inservit, hincque secundae indicationi respondet. Jam HIPPOCRATES ⁶²⁾, GALENUS ⁶³⁾, et ARETAEUS ⁶⁴⁾ illius laudes extulerunt ⁶⁵⁾. Obstant tamen lactis usui, febris conspicua ⁶⁶⁾, peculiaris aegrorum idiosyncrasia, acida primarum viarum ⁶⁷⁾ et diarrhoea ⁶⁸⁾;

62) Aph. V. 64.

63) De morbis pravisque alimentorum succis. C. 4.

64) De curatione morborum diuturnorum. L. I. C. 8.: „Lac vero assumpto suave, potum facillimum, nutritu solidum et qualibet esca a pueritia familiarius est. Praeterea visui colore delectabile, medicamen arteriam non asperans, guttur laevigans, ad ejiciendam pituitam facilem spiritum reddens, inferiorem exitum lubricum efficiens, ulceribus dulce subsidium, et quolibet alio benignius est.“

65) Ait WEPFER (Epist. ad VERZASCHAM): „certe divini quid in lacte latet . . . Vidi bis meis oculis, quasi novos homines inde factos fuisse.“ Legi meretur MEIBOMII diss. de phthiseos curatione per lac. Helmst. 1687.

66) Ipso jam momento HIPPOCRATE.

67) Si haec solummodo usui lactis obstarent, connu-

rhoea ⁶⁸); quamobrem STOLL ⁶⁹) et RAULIN ⁷⁰) administrationem hujus auxilii, jam nimis universalem redditam, jure restrinxerunt. *Lac humanum* ⁷¹) a femina sana et vegeta depromptum, nisi propositio nutricis tot difficultates experiretur ⁷²) omni alio anteponendum foret. Accedit lac *asininum* ⁷³) et sequuntur *equinum* ⁷⁴), *caprinum*

Mm 2

num

bium illius cum aqua calcis, consilio FOTHERGILLII (l. c. p. 320.) tentandum.

68) Edixerat tamen HIPPOCRATES (L. II. de diaeta C. 9.): „lac ovillum alvum sistit: caprinum vero magis per alvum secedit, bubulum vero minus, equinum vero et asinum magis secedunt.

69) Rat. med. T. I. p. 207. T. II. p. 357.

70) Op. c. 2. Th. Kap. 6.

71) Legatur inprimis RIVERIUS: Observ. communicat. p. 667. DE GRAND DES PRÈS ad RIVERII obs. med. Cent. 3.

72) Cum medicorum plurimi nutricem humanam solummodo in morbo conclamato proponere soleant, aegrorum haud pauci istam propositionem mortis sententiae aequiparant. Quamobrem malo, ut ipsi affines aegroti, proprio Marte, nutricis usum suadeant.

73) Valde commendatur FR. HOFFMANNO, ac maxime in usu est Italis et Hispanis. Quidam inter hos, qui per lac asinum convaluerat, se plus asinis quam medicis obligatum esse dixerat (*Mercur de France. Oct. 1774*): Oblitus est bonus vir medicos illi consilium asinos adeundi dedisse. In septentrione hoc animal (quadrupes) vix invenitur.

74) In Rossia phthisicis lac *equinum fermentatum* (vulgo Кумисъ *Koumiss*) porrigitur v. *Abh. d. naturhistor.*

num et vaccinum. Quaecumque lac seligatur sit emulctum depromptumque de animali sano, laboribus mediocribus exercitato, non lactante et idoneis pasculis nutrito, deturque naturali calore imbutum; idcirco animali adducto ad cubile aegrotantis, lac emulgendum est in phialam vitream, in vase aqua temperate calida repleto, detentam, phialaeque pannus laneus superimponendus, ut lac simul et emulgeatur, et percoleatur, et immune ab omni re aliena maneat. Potest et *saccharum lactis* adhiberi 75). Curandum ne aegroti, quo tempore cura lactea utuntur, cibos acidos, aliosque heterogeneos comedant 76). Generatim victus carneus eousque in phthisi scrophulosa proscribendus, quousque symptomata febrilia urgeant. Contra commendari merentur; *lactuca sativa, daucus carota, brassica rapa, humulus lupulus* 77), *asparagus officinalis, helianthus tuberosus, pastinaca sativa, scorzonera humilis, rumex acetosa, spinacea oleracea, pisum sativum, phaseolus vulgaris, oryza, hordeum distichum, avena sativa, zea maïs, me-*
troxy-

med. Gesellsch. in Moskau, ein Aufsatz v. CHR. ISAAC HÖBERLEIN v. HUFELAND's Journ. 1817. Oct. p. 116.

75) In pulvere ad scrupulum et ultra ter quaterve de die, aut ad drachmas duas in aqua solutum cum syrupo. Non multum praestare solet.

76) „Si enim quis multum lactis potat, nullo alio eget alimento.“ ARETAEUS l. c.

77) Germina.

troxylon sago, maranta indica *), *solanum tuberosum*. *Fructus horaei* quotquot sunt, inprimis vero *fragaria vesca* ⁷⁸⁾, concedi possunt, si tubus alimentarius illos perferat. Supplent alias *conservae*, inter quas illa *rosarum rubrarum*, veluti pharmacum phthisi accommodatissimum ⁷⁹⁾ eminet. Nec *pisces* plane excludendi e. c. *salmo foria, esox lucius, perca fluviatilis, cobitis barbata, pleuronectes flesus, gadus merlangus* et *salmo maraenula*. Praeterea aeger ab omni motu corporis activo abstinere, atque solum illi *passivo* (curru suspenso vehendo, oscillatione ludendo ⁸⁰⁾, navigando ⁸¹⁾), indulgere debet. Ma-
xime

*) *Arrow-root*.

78) FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. p. 300.

SCHULZ diss. de fructibus horaeis p. 13. VOGEL apud RAULIN op. c. 2. Th. p. 43. In Rossia fragariam vescam exsiccare vulgus solet ac sub forma potus theae adhibere.

79) AVICENNA Lib. III. Fen. 10. Tract. 5. C. 5. p. 275.

RIVERIUS Prax. med. L. VII. C. 7. p. 348. KRÜGER in Eph. N. Cur. Dec. II. An. 4. Obs. 9. p. 24. BUCHAN *medicine domestique* p. 198. RAULIN Op. c. 2. Th. p. 43.

80) CARMICHAEL SMYTHS *an Account of the effects of swinging in the pulmonary consumption and hectic fever*. Lond. 1787.

81) Commendatur jam a CELSO (L. III. C. 12.) et quidem in dissita loca, ut ex Italia in Alexandriam, et nuper a CARMICHAEL SMYTH (l. c.). — DUNCAN (l. c. p. 149.) rite monet consilium optimum fore nisi mare saepe a procellis agitaretur. REID effectum

xime tandem interest ut aegroti, regionum septentrionalium incolae, si opulenti fuerint⁸²⁾, *clima* mite, humidum et stabile eligant. Teste Viro expertissimo⁸³⁾, optime illis consulimus, ut adeant⁸⁴⁾ mensibus novembris, decembris et
 janua-

salutarem itineris maritimi in phthisi a vomitu navitarum derivat (l. c.).

82) Expensorum ab itineribus magnis inseparabilium gnarus, migrationes ad alienas regiones, sanitatis causa suscipiendas, cautissime tantum suadeo. Nisi enim aegrotus sit revera opulentus, ille plus detrimenti et jactura patrimonii, a ruina rerum domesticarum et ab itinerandi ratione incommoda, quam emolumentum a meliori climate, accipere solet. Inprimis crudele est itinera hujusmodi illis aegrotis, qui a parentibus, conjugibus dependent, praepostere proponere: scenarum enim tragicarum testis fui, quae hac sub rerum positione ex conflictatione inter desiderium vitam obiecti cari salvandi et impotentiam viaticum procurandi, oriebantur.

83) J. CLARK consulto iter per Galliam meridionalem et Italiam, scopo, loca, quae optima habitacula hyemalia pro phthisicis exhiberent, inveniendi instituit, ut ex opere suo: *med. notes on climate, diseases etc. Lond. 1820.* elucet, cujus operis habetur extractum in *Bibliothèque univers. T. XVI. 1820. Nov. p. 197.* Interea hic ad memoriam revoco FOTHERGILLI (l. c. p. 317.) monitum, itineratores non posse rite loca pro habitaculo phthisicorum designare, sed pro hoc requiri medicum residentem.

84) Intellego, ut sint eo tempore jam in loco. Jure FOTHERGILL (l. c. p. 318.) monuit, multos phthisicos sanitatis causa ex regionibus septentrionalibus ad

januarii aut *Hières* ⁸⁵⁾, aut *Grasse* ^{*}), aut *Nicam* ⁸⁶⁾, aut *Pisam* ⁸⁷⁾, ut evitent *Marsiliam* ⁸⁸⁾ et *Neapolin* ⁸⁹⁾. Quemcunque vero locum sibi elegerint, procurent sibi domicilium bene custoditum ⁹⁰⁾ ac caveant ab aëre nocturno, a frequentatione theatrorum, chorearum, societatumque majorum ⁹¹⁾. Vere adventante, consilio ejusdem exper-

meridionales peregrinando, in eo errare, quod tarde nimis, id est autumno jam propecto, iter incipiunt.

85) Parva urbs prope *Tolanium*.

*) Parva urbs prope *Nicam*.

86) Atmosphaeram maritimam, utpote exhalationibus muriaticis contaminatam, phthisicis non conducere, FODÉRÉ contendit (v. CLARK l. c.); verum magnum phthisicorum numerum vidi, qui hyemem Nicae cum successu optimo transigerunt.

87) Aegri eligere debent domum supra ripam septentrionalem Arni positam.

88) Ventus frigidus *MISTRAL* dictus, eo magis pectori infensus est, cum sub ardentibus solis radiis spirat. Praeterea multos phthisicos Marsilia numerat.

89) Phthisis Neapoli plus quam alibi grassatur.

90) Nullibi plus a frigore excruciatum sum quam in Italia, nullibi minus quam in Rossia. Ibi enim in cubiculis non solum hypocausta desiderantur, sed aditus vento undique patere solet, ne de pavimento lapideo loquar, quae singula ab incolis septentrionis, habitationibus calidis iisque bene munitis adsuetae, aegre feruntur.

91) Autumnant plurimi phthisicorum, ob id quod Italiam nunc inhabitant, omnia licere. Cum praeterea

expertissimi viri, fugiant supra commendatas urbes, atque sese ROMAM ⁹²⁾ conferant. Aestatis tempore clima calidum cane pejus et angue fugiendum, ac habitaculum prope *lacum*, aut *Comum*, aut *Lemanum* vel in *vallibus Helvetiae* eligendum. Mense Septembris iterum ad Italiam redire licet. Constat neque ROSSIAM suis carere regionibus meridionalibus; atvero cum orienti proximae sint, hyemes, ibi plures dies, ventibus sat frigidis insignitos habent, ac praeterea iter ad illas regiones nimis incommodum est, ut valedudinariis commendari posset. Praeferimus hinc ut aegroti, qui ad alienas regiones proficisci nequeunt, sibi *artificiale* procurent *clima*, domum scilicet amplam, temperaturae diu noctuque aequalis (quatuordecim circiter graduum thermometri Reaumuriani) quam domum per totam hyemem neque per horulae momentum derelinquere fas erit. Talis carcer medicinalis, ope vegetabilium suaveolentium formâque gratorum, at amoenus reddi potest. En quod Angli *Madeira-*

seductionis occasio hic frequens sit, periculis longe majoribus, quam si in regionibus septentrionalibus mansissent, circumdantur.

92) Longe facilius est, ait CLARK, ut phthisicus congruum clima pro *hyeme*, quam pro *vere* inveniat. Ubique enim venti frigidi vernaes periculum affectionum catarrhalium secumferunt. Roma utpote a monte *Pincia* custodita, hoc sub respectu privilegio fruitur.

deira - House 93) nuncupant. Potest beneficium temperaturae aequalis et in *vaccarum stabulis* 94) quaeri. Aërem ab exhalationibus animalium et piscium inquinatum phthisicis salutarem esse, ob id, quod pauci illorum inter laniones et piscatores inveniuntur, creditum fuit 95); atvero observare juvat, laniones in genere parum aegrotare et piscatorum morbos nobis haud probe notos esse. Quod si methodo et cautelis hucusque traditis signa phthiseos confirmatae non debellen-

93) KENTISH (l. c.). Legi quoque meretur: *med. and phys. Journ. publ. by FOTHERGILL and WANT. 1815. May.* Hic SUTTON vituperat BUXTON, quatenus temperaturam calidam in phthisi commendare ausus est; existimat enim potius auram frigidiusculam conducere. Errat vero ille maxime si exclusive de phthisi scrophulosa agatur; secus autem, si de alia quadam phthiseos specie quaestio sit. Cfr. §. XLVII. N. 10.

94) READ *Essay sur les effets salut. du séjour des étables dans la phthisie. Lond. 1767.* TRILLER de nova nitida phthiseos curandi methodo per vetera olida pecorum stabula. Vitemb. 1775. BERGIUS *Neue Schwed. Abhandl. 1782. 3. B. p. 298. v. Abhandl. f. pr. Aerzte. 11. B. p. 7.* Et quo scribo tempore mora phthisicorum in stabulis Parisiis in usu est, uti videre licet ex *Journ. des débats 1821. 15. Decembre*, ubi quaestio fit de *l'établissement d'une vacherie médicinale par Mr. RESBECQ propriétaire de la maison de santé de Luxembourg.*

95) Lege de hoc argumento NADAND et VILLETTE: utrum in carnariis commoratio phthisicis prodesse possit? et SOUTHER. l. c. p. 37.

bellentur, morbusque invalescat, malum conclamatum est et ut tale curandum ⁹⁶⁾.

§. XLV.

De Phthisi pulmonali arthritica.

Definitio. 1. Phthisis, aetatis provectoris soboles ⁹⁷⁾, praeviis dyspnoeis et catarrhis periodice redeuntibus, ex depositione materiae tophaceae ad glandulas, parenchyma et vasa sanguinea pulmonum, nec non ad bronchia, orta, *arthritica* dicitur.

Literatura. 2. Quamvis MORTON ⁹⁸⁾, SAUVAGES ⁹⁹⁾, VEHR ¹⁰⁰⁾, MUSGRAVE ¹⁾, STOLL ²⁾, BARTHEZ ³⁾ et BALHORN ⁴⁾ phthiisos¹ pulmonalis arthriticae meminerint, attamen hujus morbi doctrinam nec dum

96) §. LII. N. 8.

97) „Die gichtische Lungensucht befallt am häufigsten Männer von reiferem oder selbst hohem Alter, wie auch Frauen nach dem Aufhören der Reinigung, selten aber junge Leute.“ BARTHEZ l. citando.

98) Op. c. C. XI. De phthisi ab arthritide et rheumatismo orta. C. VI. de phthisi a calculis in pulmone generatis orta.

99) Op. c. Spec. XII. Phthisis rheumatico-arthritica.

100) Diss. de arthritide vaga cum incipiente phthisi in calculoso. Francf.

1) De arthritide anomala. C. 12.

2) Ratio medendi. P. V. p. 436.

3) *Abh. über d. Gichtkrankheiten.* 2. Th. p. 298.

4) In quoddam phthiisos pulmonalis signum commentatur. Hanov. 1805.

dum pro sua dignitate elaboratam esse fateamur oportet 5).

3. *De latente phthiase pulmonalis arthriticae germine* suspecti sunt, qui in juventute periculo phthiase pulmonalis *scrophulosae* expositi fuerant 6), — qui serius doloribus artuum 7), affectionibus hypochondriacis et hystericis 8), febribus intermittentibus cinchonâ praepostere suppressis 9), calculis renum et vesicae urinariae 10),

Stadium
latens.

5) B. CHR. VOGEL in nota ad opus cit. RAULINI (1. Th. p. 245.) jure ait: „*der gichtischen u. rheumatischen Schärfe hätte billig noch etwas umständlicher gedacht werden sollen, da sie sich nicht allein gerne auf die Lungen versetzen, sondern auch leicht die Lungensucht veranlassen.*“

6) „... je suis porté à croire que, dans le plus grand nombre des cas, les concrétions osseuses et crétaées du poumon se sont développées à la suite d'une affection tuberculeuse guérie.“ LAENNEC op. c. T. I. p. 287.

7) „... atque alios quamplurimos, post frequentes et longos arthriticos paroxysmos, tandem phthisicos vel asthmaticos periisse conspexi.“ MORTON l. c.

8) „Praeterea hystericis et hypochondriacis a pavore et anxietate, continuis suffocationibus et oppressionibus thoracis adeo frequenter obnoxii esse accidit (quae nihil aliud sunt quam spasmodicae contractiones musculorum pectoris et laryngis et quidem ipsius teneri parenchymatis pulmonum), unde toto eorum jam labefactato et everso, nemo miratur, si saepenumero insequatur phthisis.“ MORTON l. c.

9) B. CHR. VOGEL ubi de phthisi arthritica loquitur (l. c.) ait: „*Auch verdienen die Wechselfieber hier*

riae ¹⁰⁾, laborarunt, quique in aetate provecta, dyspnoea ¹¹⁾ et catarrhis obnoxii erant.

Stadium
evolutio-
nis.

4. Immo, ipsa *phthisis arthritica* cum dyspnoea, catarrho et pneumonorrhagia ¹²⁾, evolvi solet. Dyspnoea haec tussi molestior est; istius enim ope, sputa multa, mucosa, ductilia, evacuantur. Continent haec sputa hinc inde *calculos* variae magnitudinis ¹³⁾ et formae, laeves angu-

eine Stelle, die gar oft, wenn sie zu frühe unterdrückt werden, und die Fieber-Materie sich auf die Lungen versetzt, und ihre Gefäße und Drüsen verstopft, reizt und entzündet, die Lungensucht verursachen.“ Et MORTON (op. c. C. XII.) „.... subnectere lubet, scilicet, me phthisin a nulla alia febre frequentius quam ab intermittente originem suam duxisse, observasse.“

10) „..... imo et a longa calculosa dispositione renum et vesicae urinariae, saepissime phthisis pulmonalis provenire solet; adeo ut frequentissime calculosos vitam phthisice finisse observaverim.“ MORTON l. c.

11) „Siquidem omne asthma praecipue vero humorosum tendit ad phthisin.“ MORTON Op. c. C. 3.

12) Cap. IX. §. XL. N. 18.

13) Aegrotus de quo GROSS narrat, viginti duo calculos magnitudinis nuclei cerasorum excrevit (*Obs. d'une phthisie calculeuse terminée heureusement. v. Journ. gén. de méd. française et étrangère. T. LXX. 1820. Avril*). Calculus pulmonis a HENRY observatus ponderis erat 51. granorum (*Medico-chir. Transact. Vol. 10. P. I. 1819.*). Permulta hujusmodi calculorum, licet minorum, exempla ipse vidi, aliasve descripta sunt apud

angulatos, aculeatos. Urget simul titillatio tracheae, dolor pectoris, modo pressus, modo lancinans. Cuncta haec symptomata, praesertim aestatis tempore, evanescent, proxima hyeme, majori ut plurimum vi redditura, donec tandem et febris hectica adsocietur.

5. Tali febre stabilità, en *stadium phthiseos pulmonalis arthriticae confirmatae*. Nihilominus ^{Stadium confirmatum.} morbus, adhuc in longum trahi solet ¹⁴): proprium

KENNTMANN (De calculis in hominib. Francof. 1565. p. 4.), HELWIG (Observ. phys. med. Ainstel. 1680. Obs. LXV. Schol. p. 217.), SENNERT (Instit. med. L. II. P. III. Sect. I. C. XI. p. 340.), BENIVIENI (Obs. med. C. XXIV. p. 175.), PECHLIN (Obs. med. phys. L. II. Obs. IV. p. 207.), BORELL (Obs. med. Cent. I. Obs. LXVII. p. 68.), DIOMEDUM KONNARUM (Obs. med. Lips. 1599. C. XVIII. p. 34.), SALMUTH (Obs. med. Cent. I. Obs. VII. p. 5.), ZACUTUM LUSITANUM (Prax. adm. med. L. I. Obs. 103.), SCHENK (Obs. med. L. II. Obs. XLIX. p. 102.), STALPART VAN DER WIEL (Obs. chir. Cent. I. p. 119.), WILLIS (Pharm. rat. T. II. Sect. I. C. VI. p. 87.), PAW (Obs. anat. IX. p. 18.), EVELSH (in Misc. N. Cur. Dec. I. An. I. Obs. 158.), SCHURIG (Lithologia C. II. §. 20. p. 116.), FRANK (Misc. N. Cur. Dec. III. An. III. Obs. LXXI. p. 88.), CRAAN (Diss. de homine. Lugd. Bat. 1689. C. V. p. 17.), GARMANN (de mirae. mort. L. III. Tit. III. §. 55.), RAMAZZINI (De morbis artificum. C. XXVI. p. 197.), PALKOVICS (Diss. de calculis pulmonum. Budae 1778.), TRNKA DE KRZOWITZ (*Abhandl. v. d. Lungensteinen*).

14) „Haec tamen phthisis sua natura lenta est, et valde

prium enim illi est, quod varia febris hecticæ stadia admodum lente evolvantur. De horrore pomeridiano, de calore vespertino ¹⁵⁾ deque sudore matutino loquimur, qui sudor, dum primum comparet, potius levamen affert, atque raro limites excedit. Contra citissime oedema pedum ingruit. Urina plerumque pelliculam iridis colores ludentem, atque sedimentum lateritium vasi adhaerens, exhibet. Oedemati extremitatum inferiorum in dies crescenti, macies ac reliqua phthiseos conclamatae symptomata, alibi describenda ¹⁶⁾, superaccedunt.

Autopsiae
cadaverum.

6. Ad cadaveris sectionem dum te accingis, aperitio thoracis, ob ossificationem cartilaginum costarum, multum tibi dabit laboris. Invenies, praeter generalia phthiseos phaenomena ¹⁷⁾, glandulas pulmonis tum lymphaticas tum bronchiales *materia tophacea* (ex phosphæte calcis et glutine animali ¹⁸⁾), refertas, bronchia veluti ossea ¹⁹⁾,
cum

chronica.“ MORTON Op. c. C. VI. Cfr. PORTAL in *la médecine éclairée par les sciences physiques. T. I.* p. 202.

15) „Die hectische Wärme, welche in den ersten Zeiten der gewöhnlichen Lungensucht sehr beträchtlich ist, zeigt sich bei der gichtischen Phthisis erst spät.“ BARTHEZ l. c.

16) §. LII. N. 3.

17) §. LII. N. 4.

18) CARENDOFFOZ in *med. and chir. Review. Vol. X.* p. 84. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 23. B. p. 493.

cum lapillis ²⁰) et puncta tophacea, in cordis valvulis, ad aortam et arteriam pulmonalem.

7. Phthisis pulmonalis arthritica, a *caussis* CAUSSAE arthriticis generalibus ²¹) derivanda videtur, quatenus hae caussae in homines pulmonibus labefactatis instructos agunt, ac in hujus visceris glandulis, vasis sanguineis et bronchiis, chronicam excitant inflammationem, sub cujus curriculo phosphas calcis secernitur, unde nova facta irritatione, haemorrhagiae, suppuratio et exulceratio parenchymatis sequuntur.

8. A phthisi pulmonali arthritica, probe di-Diagnosis.
stinguendae sunt, *affectiones nervae pulmonum*
et *vitia cordis vasorumque majorum*. Illae enim
affe-

19) BLASIUS Obs. med. P. VI. Obs. 6. p. 77. Tab. VIII. fig. 9. BAADER Obs. med. incisionibus cadaverum illustratae. Obs. 33. STOLL *Heilungsmethode*. 1. B. p. 244.

20) DES GENETTES *Journ. de méd.* 1790. Juin. HUFELAND'S *Annal. d. Französ. Arzneyw.* 1. B. p. 135. BLASIUS l. c. Obs. 18. p. 83. BARTHOLINUS hist. anat. rara Cent. I. Obs. 33. T. I. p. 53. SCHENK Obs. med. L. II. Obs. 49. BONET Sepulchr. anat. L. II. Sect. I. Obs. 47. 48. 49. SCHROEDER Obs. anat. med. Amstel. 1670. Dec. I. Obs. 3. STALPART VAN DER WIEL Obs. Cent. I. Obs. 28. p. 116. BOERHAAVE Praelect. Acad. ed. HALLERI. T. VII. p. 835. SCHURIG Lithologiae C. 2. §. 19. p. 115.

21) P. I. Vol. I. Proleg. §. XII. N. 4. et P. III. Vol. II. Cap. de arthritide.

affectiones, quamvis, ut monuimus ²²⁾, phthisin arthriticam *praecedere* soleant, attamen ipsae pro *phthisi* non sunt habendae. Ex argumentis videlicet in tractatibus de tabe nervosa ²³⁾, de tussi spasmodica ²⁴⁾, et de asthmate periodico ²⁵⁾, allegandis, ultro probabitur, phthisin pulmonalem, quam *nervosam* vocarunt ²⁶⁾, neutiquam, ut phthisin, existere. Ad *vitia cordis vasorumque majorum* quod spectat, cum et illa dyspnoeâ, tussi et pneumonorrhagiis stipentur atque saepe cum phthisi pulmonali arthritica complicantur, difficillima est diagnosis, debito loco enucleanda. Cum rejectio calculorum in phthisi pulmonali tum *scrophulosa* ²⁹⁾ tum alia, *lapicidarum* dicta ³⁰⁾, obveniat, apparet illam rejectionem pro signo certo phthiseos arthriticae haberi haud posse. Apparet quoque *non* dari *phthisin calculosam*, morbum sui generis constituentem. Nil hinc restat, quam phthiseos pulmonalis arthriticae diagnosis ex malis arthriticis praegressis,

22) N. 3.

23) P. IV. Vol. I. De tabe.

24) Cap. XIV. §. LIX. N. 6.

25) Cap. XIII.

26) RICHTER *judicium de phthisi nervosa*. Goett. 1744. SEIP. *Diss. de phthisi nervosa*. Goett. 1773. BUSCH *Ueber d. adynamische oder sogenannte nervöse Lungenschwindsucht*. Strasb. 1807.

29) §. XLIV. N. 6 (19).

30) §. LI. N. 3.

eis, ex affectione pulmonum illorum vices agente³¹⁾, ex hujus reditu periodico, et ex febris hecticæ praesentia, statuere.

9. *Prima phthiseos arthriticae stadia*, spem ^{Prognosis.} nisi perfectæ sanitatis, saltem vitæ diuturnioris, relinquunt. Aegrorum plurimi denique, non ex ipsa phthisi, sed ex morbis accidentalibus, praesertim ex peripneumoniis³²⁾ pereunt. Ductus inde in errorem est WILLISIUS³³⁾, qui cum nonnulla cadavera secuerit, quorum pulmones, tuberculis quidem, lapidibus, aut materia sabulosa referta erant, ast nullum ulcus exhibebant, declaravit, phthisin arthriticam ulcus socium non habere. Phthisis pulmonalis arthritica *confirmata*, nisi restitutio vitii cujusdam arthritici praegressi, vices criseos agat (quod nobis relate ad herpetem contigisse visum est), pro letali declaranda³⁴⁾.

10. Quo

31) „Quo magis illa asthmatica phthisis procedit, eo magis dolores et tumores rheumatici minorari solent.“
MORTON l. c.

32) BAYLE l. c. p. 285 — 291.

33) Pharmac. ration. T. II. Sect. I. C. 6. p. 87.

34) „Rheumatica ista phthisis a rheumatismo chronico orta, et in senili aetate accidens, est quidem (quantum ego scio) plane *incurabilis*. Indicium est enim naturae jam plane succumbentis et in ultima rheumatismi scena jam triumphante.“ MORTON l. c. — Et BENEDICTUS: „Phthisici, quibus pulmones ob lapidum et ossium inaequalium innascentium lacerati fue-

Cura.

10. Quo primum arthritis pulmonibus insidias struit, idque non ex venae sectionum abusu fiat ³⁵⁾, imprimis urgente dyspnoea, tussi, pneumorrhagia *sanguis ex saphena* mittendus ³⁶⁾. Usui interno decoctum aliquod emolliens, cui *stipites solani dulcamarae et nitrum* infunduntur ³⁷⁾, inservit. Sedata irritatione, transpirationi per *sulphur purum* ³⁸⁾, *extractum guajaci aquosum* ³⁹⁾, et *sulphur auratum antimonii* ⁴⁰⁾ studen-

rint, deploratissimi.“ (tabid. theatr. p. 110). — Et QUARIN: „Quae a parentibus in sobolem derivatur, aut ab ischiade aut *arthritide* nata est (phthisis), fere omnem opem eludit.“ (Animadv. pract. in divers. morb. Viennae 1814. T. 2. p. 81).

35) „... es ist jedoch wohl zu bemerken, dafs diese Phthisis auch von dem Mißbrauche des Aderlasses beim Rheumatismus entstehen kann.“ BARTHEZ p. 304.

36) „Venae sectio etiam sub hujus phthiseos initio (priusquam scilicet corporis habitus nimis exinanitus fuerit) plurimum prodest; non tantum calorem hecticum et rheumaticos dolores minuendo, verum etiam ipsi dyspnoeae levamen ministrando.“ MORTON l. c.

37) R. Radicis salep scrupulum unum, coque c. s. q. aquae fontis, sub finem infunde stipitum dulcamarae drachm. duas, nitri drachm. unam, colaturae librae unius adde syrupi violarum unciam unam.

38) MORTONUS ubi usum diaphoreticorum in phthisi commendat (l. c. C. S.) imprimis de phthisi arthritica loqui videtur.

39) BARTHEZ l. c. p. 303. R. Pulv. gummosi unciam unam. Sulphuris drachm. un. M. D. S. Cap. vespere drachm. semis.

studendum. Optandum ut hujus pharmaci ope vomitus, dummodo sine diarrhoea, nonnunquam cietur ⁴¹⁾, cui scopo et *radicis cephaelidis ipecacuanhae* parvae doses accomodatae sunt ⁴²⁾. Diurno usui conducunt *decocta radicum smilacis sarsaparillae, chinae nodosae, arctii lappae*, — *extracta radicum cichorei intybus, saponariae officinalis, leontodontis taraxaci*, addito *gummi ammoniaco*. Effectus indubitabiles a herba *aconiti napelli* obtinuimus ⁴³⁾, obtinuerunt alii a *conio maculato* ⁴⁴⁾. Maximi porro facimus *aquas mineralis carbonatem sodae* continentem ⁴⁵⁾.

N n 2

Illas

40) Ter de die ad granum unum.

41) „Vomitoria lenia, debitis intervallis repetita (praesentim vero si cum euphoria ferantur neque nimis sero exhibeantur) multum ad hujus phthiseos curationem promovendam conferunt, utpote cerebrum et genus nervosum deoppilantia et rheumaticos dolores minorantia“ (MORTON l. c.). Emetica jam a HIPPOCRATE adversus phthisin usurpata sunt (De morb. L. II. §. 46. Edit. de LINDER).

42) „Ich habe in diesen Fällen ein mächtiges resolvens und antispasmodicum darin gefunden.“ BARTHEZ l. c. p. 302.

43) R. Pulv. foliorum aconiti napelli a granis duobus ad grana sex. Pulv. gummosi grana decem. M. D. S. Cap. ter de die talem pulverem.

44) QUARIN l. c.

45) Saepe cum fructu *the carbonate sodae powder*, ex carbonate scilicet sodae et acido citri sub actu effervescantiae in aqua adhibeo.

Illas *chalybeatas*, quamvis a summo Viro commendatas ⁴⁶⁾, adhibere non sumus ausi. Contra saepius *balnea tepida* ⁴⁷⁾, *sulphureis* non exceptis ⁴⁸⁾, cum successu in usum duximus. Juvat et *emplastrum* aliquod *aromaticum* ⁴⁹⁾ sterno imponere. Nil vero potentius arthritidem a pulmonibus revellit, atque morborum praepostere fugatorum vices agit, quam *vesicatoria* et *fonticuli*, brachiis utrinque, vel graviori in malo, thoracis lateri affecto, appositi. *Diaeta lactea* in primo hujus morbi limine plurimum confert ⁵⁰⁾; caeterum

46) MORTON l. c. „... *chalybeata* in hujus morbi principio, ad inducias saltem obtinendas, si non ad curationem perficiendam plurimum conducere observavi; praesertim *aquas minerales chalybeatas*, modo non nimis sero propinentur, et satis copiose per vias urinarias fluant.“

47) „Usus etiam *thermarum* et *balneorum artificialium*, priusquam scilicet corporis habitus nimis fuerit extenuatus, fibrosi generis obstructions universim deoppilando plurimum hujus phthiseos incipientis curationem promovere solet.“ MORTON l. c.

48) e. c. *Badensia* prope Viennam, ut pluries expertus sum. Adde testimonium egregii SCHENK: „*ganz wider Vermuthen belehrte ich mich durch vielfältige Erfahrung, dafs die Badner Schwefelbäder mit wahrem Vortheil auch in Lungenkrankheiten gebraucht werden. (Die Schwefelquellen v. Baden in Nieder-Oesterreich. Baden 1817. p. 134).*“

49) e. c. *galbani crocati*, *saponacei Barbetti*, *picis Burgundicae*.

50) MORTON l. c.

rum in victu ordinando consuetudinis hîc maxime ratio habenda, imprimis si de aegroto annoso agatur. Celebrata est virtus *jusculorum ex viperis, testudinibus, ranis, limacibus*, paratorum. Viribus in dies decrescentibus illis ope corticis *cinchonae* ⁵¹⁾, aut herbae *uvae ursi* ⁵²⁾ prospiciendum foret. Scopo in concrementa pulmonis chemice agendi, *acidum phosphoricum* propositum est ⁵³⁾. Similibus a tentaminibus, saltem in morbo conclamato ⁵⁴⁾, abstinendum esset.

§. XLVI.

De Phthisi pulmonali carcinomatosa.

1. Laesio pulmonum consistens in tumori- Definitio. bus

51) „Vires etiam egregias *peruviani corticis*, in extinctionem flammae hecticae colliquentis, a statu rheumatico in sanguine accensae, ibique derelictae, saepissime sum expertus.“ MORTON l. c. Potius FOTHERGILLIO assentio, corticem in illa *pulmonum debilitate* commendanti (l. c. p. 310.), quae necdum ad phthisin pertinet, sed ad illam viam sternere potest. Monet summus medicus id imprimis locum habere in feminis a lactatione et fluore albo exhaustis.

52) MYNSTER in *Novis act. soc. R. Havn.* Vol. I. 1818. R. BOURNE *cases of pulmonary consumption etc. healed with uva ursi, to which are added some pract. observ. Lond.* 1806. *Usage de la bousserole, arbutus uva ursi, dans le traitem. de la phthisie pulmon.* in *Annal. de la soc. de méd. pr. de Montp.* T. 17. p. 24.

53) CARANDEFFEZ l. c.

54) §. LII. N. 8.

bus scirrhis glandularum, illarumque exulceratione, nec non in massis lardaceis, cerebriformibus parenchymatis, *phthisin* constituit *carcinomaticam*.

Literatura. 2. Jam dudum mentio facta fuit de pulmonum scirrho⁵⁵⁾, cancro⁵⁶⁾, steatomate⁵⁷⁾ et massis cerebriformibus⁵⁸⁾; de phthisi vero carcinom-

55) HACK de deglutitione ac deglutitorum in cavum ventriculi descensu impeditis (ex scirrho partis superioris pulmonum). Hagae 1750. Obs. 3. p. 19. 36. RENGGER *Museum d. Heilkunde*. 2. B. p. 116. HARDER *Apiar*. Obs. XLVI. XLVII. HEISTER diss. de asthmate scirrhuso hactenus fere neglecto. Helmst. 1749. LIEUTAUD *hist. anat. med.* L. II. Sect. I. Art. 15. Obs. 212 — 230. T. II. p. 70. WAIZ *Neue Auszüge aus chirurg. Disp.* 8. B. N. 101.

56) MORGAGNI op. c. Epist. XX. Art. 39.

57) REALD COLUMBUS de re anat. L. XV. p. 408. SCHENK Obs. med. L. II. Obs. 163. p. 328. Eph. N. C. Cent. VII. Obs. 40. MORGAGNI Op. c. Epist. XXII. Art. 20. MECKEL *Mém. de l'acad. R. des sc. de Berlin* 1759. p. 44. PFÜNDEL in BALDINGER's *neuern Magaz. f. Aerzte*. 8. B. p. 165. PORTAL *Beob. über d. Rhachitis* p. 100. LUCHTMANN *Verhandelingen uitgeg. door het zeeuwsche genootschap der Wetensch. te Vlissingen* 1790. Deel XIV. p. 213. v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 17. B. p. 218. WRISBERG Obs. anat. de yena azyga duplici aliisque hujus venae varietatibus. Goett. 1778. — Ejusd. *Comment. medico-physiologo-anatom. et obstetricii argumenti*. Goett. 1800. Vol. I. N. 7.

58) BAILLIE *Ueber d. krankhaften Bau* p. 41. BAYLE l. c. p. 292. LAENNEC l. c. p. 312. LANGSTAFF in *medico-*

cinomatica, praecunte LEDRAN ⁵⁹⁾, primum locutus est BAYLE ⁶⁰⁾.

3. *Phthisis pulmonalis carcinomatica* arguitur in hominibus aetate proVectis, interdum et in junioribus, si exhibeant mammas scirrhasas ⁶¹⁾, tumores varios ad superficiem externam corporis ⁶²⁾, aliosque morbos chronicos ⁶³⁾, praesertim plicam, sique haec mala socia habeant difficultatem spirandi et deglutiendi ⁶⁴⁾. Stadium latens.

4. *Evolvitur* phthisis pulmonalis carcinomatica, *derepente* post operationes chirurgicas et febres catarrhales, — *lente* vero per dyspnoeam indies crescentem, accedentibus dolore pectoris gravativo, tussi per intervalla redeunte, cum sputis mucosis, interdum haemoptysi, cute corporis sicca et flava redditâ. Stadium evolutionis.

5. Phthiseos carcinomaticae confirmatae indicia sunt, sputa purulenta modo floccis candidis, modo cremori lactis similia, modo ichorosa; porro dolor pectoris lancinans, decubitus in alteru- Stadium confirmatum.

chirurg. soc. of London. Vol. 9. P. 2. 1818. THOMAS

PORCYANKO Diss. de encephaloide. Vilnae 1821.

59) *Mem. de l'ac. R. de chir. T. III. p. 28. Obs. 22.*

60) *Op. c.*

61) LEDRAN l. c. Plurima hujus generis exempla vidi.

62) BAYLE l. c. p. 299. Obs. 36. PORCYANKO l. c. p. 17.

Obs. I.

63) BAYLE l. c. p. 305 (idiotismus, paralysis extremitatum inferiorum).

64) HAEN l. c. LANGSTAFF l. c.

terutrum latus denegatus, ac, nisi aeger prius suffocatus pereat ⁶⁵⁾, febris lenta (cum pulsu interdum magno), macies ⁶⁶⁾ et pedum oedema.

Autopsia
cadaverum.

6. *Cadavera* offerunt pulmones pleurae costali adhaerentes ⁶⁷⁾, illorum substantiam referentem tumoribus magnitudinis nucis avellanae, castanae, pomi ⁶⁸⁾, modo duris, flaviusculis, splendentibus, inaequalibus, cum anfractibus, gyris cerebri similibus ⁶⁹⁾, in quibus nonnulla vasa sanguinea decurrunt; modo *mollibus*, candidis, sub compressione materiam lactis cremori, vel substantiae medullae cerebri ⁷⁰⁾ similem, largientibus; modo *vacuis*, exulceratis. Tumoribus propius examinatis, *cystis* ex duabus membranis, crassitudinis dimidiae lineae, composita ⁷¹⁾, detegitur, quarum membranarum, externa, tenuis, textui pulmonum adhaeret; interior vero firma, quasi pseudo-cartilaginea est ⁷²⁾. Tumores molles, intus excavationes habent, a membrana vasculari obductas, saepe grumos sanguinis continen-

65) LAENNEC l. c. T. I. p. 313.

66) Summa corporis extenuatio, verbis neutiquam describenda, in phthisi plicosa, conspicitur.

67) LEDRAN l. c. BAYLE l. c. Obs. 36. PORCYANNO l. c. p. 20.

68) BAYLE l. c. Obs. 36. LAENNEC l. c. p. 316.

69) BAYLE l. c.

70) BAYLE l. c. LAENNEC l. c. p. 314.

71) BAYLE l. c.

72) LAENNEC l. c. p. 317. BAYLE l. c.

tinentes; quo in casu, materies encephaloides fluidior evadit, rubro tingitur colore, atque ad spectum fungi haematodis exhibet ⁷³⁾. Substantia pulmonis, tumoribus intermedia, normalis est ⁷⁴⁾; aliquando tamen nigrescens ⁷⁵⁾, rubra et dura ⁷⁶⁾ cernitur. Praeterea tumores ejusdem generis et in aliis partibus obveniunt e. c. in cerebro ⁷⁷⁾, hepate ⁷⁸⁾ et ad pericardium ⁷⁹⁾. Cava pleurae saepe liquorem extravasatum continent.

7. *Caussa* phthiseos pulmonalis carcinoma-*Caussae.* ticae in vitio universali cancroso, pulmone haud parcenti, quaerenda est. Hoc autem vitium ab illo *plicoso* vix differre, ex alio hujus operis loco palam fit ⁸⁰⁾.

8. Ac re quidem vera, phthisis carcinoma-*Diagnosis.* tica, omnino *phthisi* sic dictae *plicosae*, a STABELLIO ⁸¹⁾, VICAT ⁸²⁾, DE LA FONTAINE ⁸³⁾, PERZYNA ⁸⁴⁾,

73) LANGSTAFF l. c.

74) BAYLE l. c.

75) BAYLE l. c. p. 109.

76) PORCYANKO l. c.

77) BAYLE l. c. p. 306.

78) Idem ib. p. 313.

79) PORCYANKO l. c.

80) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLVI. N. 1.

81) Diss. singulares observ. de plica polon. Hal. 1721. hist. 8.

82) Mém. sur la plique polon. Lausanne 1775. p. 38.

83) Chir. med. Abh. verschied. Inhalts Pohlen betröffend. 1^{te} pz. 1792. 3. Beob.

ZYNA ⁸⁴⁾, ALIBERT ⁸⁵⁾, CHROMIO ⁸⁶⁾ descriptae, similis est; caeterum cavendum ne haec cum *bronchitide chronica* confundatur ⁸⁷⁾.

Prognosis. 9. Quid in phthisi pulmonali carcinomatica expectandum sit, ipsa morbi descriptio docet. Si *plica* lateat, morbus praetermodum in longum trahi solet, ac evoluto trichomate, interdum, certe non semper, lenitur. Quae de fugata per istam evolutionem phthisi narrantur exempla, haec procul dubio potius ad bronchitidem chronicam spectarunt ⁸⁸⁾.

Cura. 10. Ad phthisin pulmonalem carcinomaticam curandam, specificorum cohortem, adversus scirrhum et cancrum commendatorum, in medium afferre possemus. Atvero, cum a decantatis huiusmodi specificis (conio maculato quodammodo excepto ⁸⁹⁾), in phthisi de qua agitur, non solum nil boni, mali autem multum observaverimus,

84) *Lekarz dla Włos'cian. w Kaliszu* 1793.

85) *Description des maladies de la peau. Paris* 1806. l. 85.

86) *Neueste Ansicht d. Weichselzopfs. Freiberg* 1809. p. 26.

87) CAROLUS KACZKOWSKI diss. de plicae polon. in var. praeter pilos, corporis humani partes vi et effectu. Vilnae 1821.

88) Ad hunc morbum, nunc, et exemplum, in actis meis clin. (Vol. III. p. 83.) allatum, refero.

89) Cfr. ZEVIANI *Guarigione mirabile di un tifico desperato coll' uso della cicuta* (Mem. della soc. Ital. T. 4. p. 278).

mus, illorum loco monita nonnulla proferremus. Atque ante omnia hortamur chirurgos, ne mammas scirrhasas et tumores encephaloïdes extus obvios, quin prius de pulmonum integritate certi sint, extirpent; alias enim aegrotos incassum excruciant, citiusve praecipitabunt⁹⁰). Porro, loco vani conatûs, pulmones a carcinomate per venena (qualia sunt conium maculatum, arsenicum) liberandi, corpus languidum potius per selectum regimen diaeteticum sustinendum est⁹¹). Tandem congestionem cruoris a pulmonibus avertere, et formationem extravasati in cavitatibus pleurae impedire, juvat, cui scopo hirudines sterno admotae ac diuretica accommodata sunt. Caeterum in phthisi pulmonali carcinomatica confirmata, jam ita, ac si morbus omnino conclamatus esset agendum⁹²).

§. XLVII.

De Phthisi pulmonali haemorrhoidali.

1. Affectio systematis venosi sese in pulmonibus, per congestiones, varices et cruorem in parenchyma extravasatum, exserens, periclitante inde visceris structurâ, *phthisin pulmonalem haemorrhoidalem* constituit. Definitio.

2. Phthi-

90) Cfr. BAYLE l. c. p. 300. PORCYANKO l. c.

91) Per regimen scilicet in cura phthiseos arthriticae commendatum.

92) §. LII. N. 8.

Literatura. 2. Phthisis pulmonalis haemorrhoidaria, ab ALBERTI⁹³⁾, SIGWART⁹⁴⁾, BURGRAVE⁹⁵⁾, PLENCIZ⁹⁶⁾, POHL⁹⁷⁾, PUCHELT⁹⁸⁾ descripta, et illas phthises partim amplectitur, quae apud auctores sub nominibus *phthiseos haemoptoicae*⁹⁹⁾, *chloroticae*¹⁰⁰⁾, et *melanosis pulmonum* obveniunt¹⁾.

Stadium
latens.

3. Quoties homines moliminibus sic dictis haemorrhoidalibus laborantes (inprimis suppresso habi-

93) Tract. de haemorrhoid. Hal. 1722. P. II. de consensu haemorrhoidum cum capite et pectore p. 159.

94) Diss. phthisis haemorrh. Tub. 1756. V. BALDINGER Sylloge V.

95) *Medicinische Fälle* p. 43.

96) *Acta et observata medica* p. 49.

97) *De varice interno morborum quorundam causa.* Lips. 1785. p. 27.

98) *Das Venensystem in seinen krankhaften Verhältnissen dargestellt.* Leipz. 1818. p. 246.

99) MORTON op. c. C. 5. (Quod utrum a crasi sanguinis ob nimium ejus dispendium eversa, vel a copioso humorum ex universo corporis habitu, quâ datur via in teneros pulmones affluxu, vel a sanguinis grumosi in ipsis pulmonibus post haemoptoen relictis putrefactione, vel tandem ab ulcere aliquo erosionem vasorum insequenti accidat, parum scio). SAUVAGES Spec. 6.

100) MORTON op. c. C. 9. Phthisis a chlorosi et suppressione menstruum purgationum orta. SAUVAGES Sp. 10.

1) BAYLE op. c. p. 209. (*Phthisie avec mélanose*). LAENNEC l. c. p. 288. (*Mélanose du poulmon*).

habituali quondam ex ani vasis cruoris fluore), de sensu plenitudinis et gravedinis ad pectus, anxietate, aviditate ad aërem ²⁾, tussi saepe cum vomitu, et sputis modo paucis, modo multis, mucosis, punctis nigris notatis, nec non de catameniorum irregularitate conqueruntur, haecque incommoda a calore atmosphaerae, a quiete, a pastu, augentur, leniuntur vero ab aura frigidiuscula, a modico corporis exercitio et jejunio, atque cum phasibus lunae plus minusve cohaerent ³⁾; — toties de *latente phthisi haemorrhoidali* suspicari licet.

4. *Evolvitur* haec phthisis accedente aut Stadium evolutionis. pneumonorrhagia inflammatoria, aut febre catarrhali. Illa quidem, ut monuimus ⁴⁾ saepe cum levamine conspicuo comparet, atvero dum crebro revertitur, aut male curatur, aegrum tandem nihilominus praecipitat. Febris catarrhalis gravissima est et a convalescentia diuturna sequi solet.

5. Phthisin pulmonalem haemorrhoidalem Stadium confirmatum. *confirmatam*, febris hectica, allatis malis superveniens, indicat. Frigore ista stipatur, haud raro

2) *Lufthunger*, ut GMELIN ait in: *Allgem. Pathologie d. menschl. Körpers.* 1817. p. 141.

3) A. 1816. feminam phthisi haemorrhoidali laborantem curavi, cujus morbi symptomata, inprimis tussis, vigente plenilunio, valdopere invalescebant.

4) Cap. IX, §. XLI. N. 3.

raro matutinis horis ingruente ac praetermodum valido. Calor qui sequitur, praesertim faciem, aures et pectus detinet. Pulsus quoad frequentiam, saepe normalis, verum irregularis, intermittens. Nullum autem aliud febris hecticæ symptoma, adeo urget, ut sudor. Tandem ille ingruere solet vi, ut aegrum in ultimo phthiseos stadio haerere diceret, nisi defectus emaciationis corporis conspicuae, aliter doceret. Caeterum nisi mature auxilietur, tandem et haec emaciatio, simul cum oedemate pedum, aut anasarca ingruit, cum sputo purulento aliisque phthiseos conclamatae signis 5).

Autopsiae
cadaverum.

6. Substantia pulmonum modo tota, modo ex parte, a statu normali recedit. Est enim illa nunc dura, nunc mollis. Ubi *dura*, detegitur nigra, splendens, adpectus metallici, ac cum fragore scinditur. Ubi *mollis*, dum comprimitur, liquidum tenue, rubicundum, grumis nigris, firmis, friabilibus mixtum exsudat 6). Locus affectus interdum cystidi inclusus est 7), alias non 8). Ibi, ille locus vix magnitudinem nucis excedit, hîc, nonnunquam ovum gallinaeum adaequat. Dum substantia pulmonis mollis est,

5) §. LII. N. 3.

6) LAENNEC op. c. p. 289.

7) *Mélanose enkystée* LAENNECII.

8) *Mélanose non enkystée* ejusdem.

est, malum latissime diffunditur⁹⁾. Continet ista substantia interdum fossas, quae a membrana foraminibus rotundis insignita, ambiuntur¹⁰⁾. Bronchia pure albido repleta¹¹⁾. Cordis volumen aliquando auctum¹²⁾. Ut plurimum hydrops cavitatum pleurae animadvertitur. Raro hic obveniunt pulmonis tubercula. Multae autem venae varicosae, praesertim circa glandulas bronchiales in conspectum veniunt¹³⁾.

7. *Causa* phthisicos pulmonalis haemorrhoidalis, HIPPOCRATI non ignota¹⁴⁾, ex definitione palam fit. Illustrabitur illa adhuc magis in tractatu nostro de morbis venarum, inprimis de varice. Quod spectat ad *congestionem* sanguinis in systemate venoso pulmonum, ea quammaxime ex *obstructionibus viscerum abdominalium*, potissimum

9) *Infiltration des organes par la matière des mélanoses.* LAENNEC l. c. p. 291.

10) BAYLE l. c. Obs. 20.

11) Idem ib. Obs. 19.

12) Idem ib. Obs. 20.

13) POHL l. c. Miror, neque BAYLE, neque LAENNEC, de hoc phaenomeno locutos fuisse.

14) „At si vena quidem non omnino rupta fuerit, sed tractus in ipsa fiat; fit autem velut varix, quod etiam confestim ubi factum fuerit, dolorem quendam tenuem et tussim siccam exhibet. Si vero diutius morata et neglecta fuerit, primum quidem paucum et subatrum sanguinem dimittit, mox etiam copiosiore, dein etiam pus.“ (De morb. L. I. C. 6. CHARTER. T. VII. p. 537).

simum *hepatis*¹⁶⁾, derivanda est. Enimvero cum haec viscera ramos ab arteria coeliaca accipiant, — coeliaca ex aorta pullulet, — haecque ex ventriculo cordis sinistro, venam pulmonalem excipiente, proveniat; patet, quod obstacula depletioni ramorum arteriae coeliacae opposita, necessario congestionem sanguinis in vasis pulmonum gignere debent. Accedit quod, aucto viscerum abdominalium volumine, diaphragma sursum pellitur, ac pulmonum, in angustum spatium pressorum, capacitas imminuitur; quodque irritatio plexibus nervorum abdominalium illata, plexibus thoracis per nervum vagum et intercostalem communicatur. Haec causa praesertim ibi scenam ludere videtur, ubi calculi cystidi felleae inclusi, symptomata phthiseos pulmonalis simulant¹⁷⁾.

Diagnosis. S. Simulant, inquam, nam absit, ut omnia illa pulmonum mala, quae ortum ex consensu cum abdomine ducunt, ad phthisin revocemus. Immo libenter cum BARBETTO¹⁸⁾, BÜCHNER¹⁹⁾,
EICH-

16) Legatur de hoc argumento RAULIN op. c. 1. Th. 5. Kap. et HERHOLDT in HARLESS *Jahrbücher*. 2. B. 2. St. p. 161.

17) Facta memorabilia huc spectantia referuntur a RAULIN (l. c.) et a VOGEL (l. c. p. 155. in nota).

18) Lib. II. Prax. de phthisi.

19) Diss. de morb. viscerum abdominal. phthisin pulmonalem mentientibus. Hal. 1768.

EICHHORN ²⁰), ABERNETHY ²¹), WILSON PHILIP ²²), ARCHIBALD ROBERTSON ²³) et BAILLIE *) fatemur, vitia abdominalia saepe, illaesâ plane pulmonum structura, phthisin pulmonalem mentiri. Suspicio hujuscemodi affectionis pulmonum secundariae inprimis ex *hepatis vitio* tunc viget; dum morbus a vita sedentaria, moerore, et a potu liquorum fermentatorum oritur, dum aeger vel ab initio morbi jam morosus est, dum color faciei cachecticus potius quam tabificus est, dum albuginea oculorum flavescit, dum incommoda circa pectus post cibos assumptos invalescunt, dum ructus crebri cum levamine obveniunt, dum tussis conatus saevi sunt, nihilque nisi mucus tenax rejicitur; dum decubitus in dorsum omni alio anteponitur; dum lingua noctu siccescit, dum somnus aut excessu aut defectu peccat; dum alvina evacuatio languet, dum faeces griseae vel
atrae

20) Diss. de morbis gastr. phthisin mentientib. Goett. 1788.

21) J. FRANK *Reise nach Paris, Lond. u. s. w.* 2. Th.

22) *Some observ. on a species of pulmonary consumption (the dyspeptic) very frequent in Great-Brit.* v. *Medico-chir. Transact. Vol. 7. P. 2. Lond. 1816.*

23) *Remarks on Hepatic Affection, as a cause of other Diseases in Medico-chirurg. Journ. and Review. June 1818. Vol. V. N. 30. p. 452.*

*) *Quelques observ. sur une espèce de phthisie particulière et très fréquente dans la grande Bretagne.* v. *Nouveau Journ. de méd. T. XIV. Juin 1822. p. 97.*

atrae sunt, dumque hypochondrium dextrum tensum et renitens reperitur ac epigastrium dolet. Atvero, ne nimis promptus in malis pulmonum a hepate repetendis, sis. Scias nempe, oportet, haud raro quoque contingere, ut mala circa hepar obvia, vitio in pulmonibus latenti tribuenda sint. Compertum habemus id praesertim tunc accidere, dum pulmones a tuberculis referti, sanguinem ab arteria pulmonali difficulter accipiunt. Nascitur enim tum cordis dextri plethora, quae efficit, ut vena cava ascendens aegre depleri possit et sanguis in illam regurgitans evacuationi venarum hepaticarum obstat, unde jecinoris tumor, qui nobis plus vice simplici pro morbo primario, imposuit. Nec omnes operis respirationis in haemorrhoidariis laesiones, vitio pulmonum adscribendae sunt. Contingit nempe haud raro, homines haemorrhoidibus obnoxios, in dyspnoeam, anxietatem praecordiorum et perceptionem sensus ponderis in pectore, incidere, non quidem propter congestionem cruoris circa pulmones, sed propter *plethoram specus vertebralis*, qua nervi musculis thoracis aut cordi providentes comprimuntur²⁴). Alia ex parte non requiritur ut congestio sanguinis circa pulmones sit absolute *haemorrhoidalis*, potest enim illa aequè originem debere *retentioni*

men-

24) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. §. III. N. 52. et Sect. II. §. VII. N. 3.

menstruorum ²⁵⁾ et *suppressioni lochiorum* ²⁶⁾. Caveas tandem ne complicationem phthiseos sanguineae, de quo agitur, cum scrophulosa aut arthritica praetervideas.

9. *Phthisis haemorrhoidalis latens*, sub congrua cura, saltem minus quam reliquae phthises, timenda est; secus autem si morbus progressus fecerit et crisis per ani vasa, aut non contingat, aut sine levamine contingat. Prognosis.

10. *In cura phthiseos haemorrhoidalis* indicationes vigent, 1^o congestionem sanguinis circa pulmones debellandi; 2^o statum irritationis systematis venosi temperandi et 3^o crisis per vasa ani vel excitandi, vel restaurandi. Cum causa congestionis circa pulmones, plerumque sit effectus impediti circuitus cruoris per viscera abdominalia, obstacula in istis obvenerint ante

O o 2 omnia

25) *Phthisis chlorotica* MORTONII l. c. Cap. 9. SAUVAGESII Spec. 10. Monuit jam HIPPOCRATES: „quibusdam mulieribus, quum bimestres menses copiosi in uteris exstiterint, ubi intercepti fuerint, ad *pulmonem feruntur*; his omnia contingunt quae in tabe dicta sunt, neque superesse possunt.“ (De morb. mulierum L. I. C. 4. CHARTER. T. VII. p. 731). Legi meretur de connubio amenorrhoeae cum phthisi pulmonali SCHEERMAN in *the Edinb. med. and surg. Journal* 1810. Vol. 6.

26) HIPPOCRATES monuit, tussim, asthma, pulmonis repletionem, suppurationem a *lochiorum suppressione* metuenda esse (l. c. C. 45. T. VIII. p. 755).

omnia abigenda sunt. Hic est ubi *lenia cathartica* locum inveniunt²⁷⁾. In genere tamen tutius *resolventia* administrantur. Antiquissima *ptyzana*²⁸⁾, doctissimis hoc in casu formulis, palmam arripit. Oportet vero ut, concessis intervallis, diu continuetur. Non excludit illa aquam *selteranam* pro potu ordinario. Tempore vernali *succi herbarum recentium*²⁹⁾ et *serum lactis dulce clarificatum* conducunt. *Lac* tamen minus hic quam in aliis phthiæos speciebus, praestare solet. In genere victus animalis, quousque id vires et consuetudo permittunt, proscribendus, illeque vegetabilis, potissimum ex fructibus horaeis suadendus. Mirifice porro systematis venosi irritationem *acida vegetabilia*³⁰⁾

ut

27) BENETUS expertus est, tunc inprimis phthiæos in initio morbi profuisse leniora purgantia, si aegri horis antelucanis et quasi inter somnum faeces alvinas deposuerint. Unde propinabat illa circa horam decubitus, ommissa coena, sic ut alvus mane subsequente bis aut ter responderet, unde nulla vel minima virium jactura sequebatur (Theatr. tabid. p. 118).

28) R. Hordei mundati, mellis pmi ãã unciam unam. Coque c. s. q. aquae per dimidium horae. Colatura librae unius. D. S. Capiat tribus vicibus horis matutinis.

29) §. XLIV. N. 13 (22).

30) Aethiopes adversus phthiæos aceto uti, narrant EDWARD ROBERTS (*med. transact. publ. by the colleg. of phys. in Lond. Vol. 4.*) et ORBAN (*ib. Vol. 5.*),

ut pomum citri, aurantiaci, punici granati etc., ita diluta, ut tussim non excitent, temperant. Populi septentrionales peculiare, hoc sub respectu, rei alimentariae divitias possident³¹). Cum calor atmosphaerae aegrotis noceat, illis et hyemali tempore beneficium motus in aëre libero (observatis necessariis cautelis) non impeditur³²). Immo, dum agitur de phthisi haemorrhoidali latente, eaque omni complicatione aliena, et aeger nunquam haemoptoë laborabat, ipsa balnea maris, aestivo tempore ac in regionibus meridionalibus, concedi possunt. Si vero morbus methodum hucusque indicatam eludat. aut si ille vigeat, sanguis e *saphena* ducendus³³); e saph-

DUNCAN (l. c. p. 96.), qui usum acidorum vegetabilium ad alias quoque phthises extendit.

31) e. c. decoctum foliorum betae ciclae, brassicae oleaceae acescentium, potus demum e pane haud fermentato paratus quique dicitur idiomate Rōssico *Квасъ* (*Kwas*).

32) Patet inde quomodo controversiae circa gradum temperaturae phthisicis convenientem, de quibus quaestio supra fuit (§. XLIV. N. 16 (93).), conciliandae sint. RUSH (*medic. inquiries and observ.* N. 10.) et WAINE-RIGHT (*mechanical account.* N. 3.) quoque aëri frigido in phthisi favent. Ipsam pectoris lavationem frigidam, ut auxilium prophylacticum phthisicos commendat SALMADE (*Journ. général de méd. chir. et pharm.* 1813. *Mars*), quod consilium sequi timerem.

33) „Quodsi (varices pulmonis) incipiente morbo cu-

saphena, inquam, nam ex mediana aegri pejus habere magisque tussire solent. Dum haemorrhoides quondam cum levamine fluxerant atque aeger aetate quodammodo provectus est, tunc *hirudines* vasis ani secure admoveri possunt; alias non: a praepostera enim hujusmodi animalium circa intestinum rectum applicatione, pectoris gravedinem tussimque auctam, subsequente febre et oedemate crurum, observavimus, quae mala augmento irritationis in systemate venoso adscribenda esse videntur. Evitanda etiam sunt *vesicatoria* aliaque emplastra thoraci admota, utpote sanguinis majorem copiam ad partem affectam determinantia. Cura *stadii evolutionis* phthiseos haemorrhoidalis secundum regulas adversus pneumonorrhagiam a haemorrhoidibus tradita³⁴⁾, absolvitur. *Folia digitalis* in phthisi, de qua agitur, confirmata, non solum raro conducere sed saepissime nocere solent³⁵⁾. Idem de *acido hydrocyanico* vir prudens et expertus contendit³⁶⁾ et in genere de narcoticis valet. Con-

tra

rentur, rursus venulae in loco ad latus subsident et humiles fiunt.“ HIPPOCRATES l. c. de morbis.

34) Cap. IX. §. XLII. N. 2.

35) Num propterea quod vim arteriarum infringunt, atque sic impetum a tergo imminuunt?

36) SIBERGUNDI *Einige Bemerk. über d. Unzulässigkeit d. Anwendung d. Blausäure bei denjenigen Brustkrankheiten, welche v. gastrischen Reizen bedingt u. unterhalten werden.* In HUFELAND'S Journ. 1821. Dec. p. 15.

tra effectus stupendos ex usu interno *acetatis plumbi* 37) observavimus, saltem pluries nobis licuit illius ope phthisi haemorrhoidali confirmatae frenum injicere.

§. XLVIII.

De Phthisi pulmonali scorbutica.

1. Erosio pulmonum ex labe scorbutica, Definitio. phthiseos scorbuticae obtinet nomen.

2. Me-

37) Jam ETMÜLLER edixerat: „Saccharum saturni est egregium in hectica remedium, in specie, si ex ulcere interno oriatur.“ Celebris tinctura antiphthisica GRAMMANNI praeter sulphatem ferri et acetatem lithargyri continet, v. FASCHINS de aegra febre hectica laborante. Jen. 1768. Ad recentiores spectant: STARK diss. de usu sacchari saturni in phthisi pulmon. confirmata. Marb. 1801. HILDEBRAND in HUFELAND'S *Journ.* 8. B. 4. St. AMELUNG in HUFELAND'S *Journ.* 22. B. 1. St. p. 12. *Journ. de méd. continué. Vol. XV.* p. 359. HORN *Archiv f. med. Erfahr.* 1812. April p. 366. *Confirmation de l'utilité de l'acétate de plomb contre la phthisie GRAPEROU Bulletin des sc. méd. T. 2.* p. 344. KOPP *Lettre sur l'emploi de l'acétate de plomb à l'intérieur, dans la phthisie pulmon.* TARTRA *Bulletin des sc. méd. T. 4.* p. 396. RANG *essai sur l'usage intérieur de l'acétate de plomb dans la phthisie* ib. T. 5. p. 49. LATHAM *observ. relating the Safety of the internal use of the super-acetate of lead in pulmonary consumpt. Med. Trans. Vol. 5.* p. 341. Exhibeo bis ter de die a grano semis ad grana duo, cum pulvere gummi arab. et saccharo albo. Contigit inde colicas observare, unde caute incidendum.

Literatura. 2. Meminerunt hujus morbi MORTON³⁸⁾, et SAUVAGES³⁹⁾.

Stadium
latens.

3. Susplicamur scorbuticam labem pulmonibus insidias struere, dum homines aetate pro-
vecti, ab animi pathematibus vexati, fumo nico-
tiana⁴⁰⁾, liquoribus fermentatis dediti, mercurio
imbuti, erysipelati, psydraciae⁴¹⁾ ecchymomati-
bus obnoxii, squallidi, gingivis spongiosis, ha-
litu foetente instructi, salivae multum horis ma-
tutinis exscreare soliti, in tussim saevam aridam-
que (quam saepe consulto, scopo sese a pituita
tenui, viscida, salsa, fauces et guttur vellicante
liberandi, provocant) atque in respirandi diffi-
cultatem cum sibilo, constrictione et gravedine
pectoris, incidunt.

Stadium
evolutio-
nis.

4. Mala haec, quominus vita sat diu pro-
trahi possit, non impediunt⁴²⁾, nisi pneumo-
norrhagia inopinate superveniat, ut aeger gravem
aliquem in diacta errorem committat. Ocyus
serius tamen, praevia diuturna anorexia, et in-
delebili

38) l. c. Cap. 2.

39) l. c. species 4.

40) „Etiam fumi tabaci multus usus in hac plithisi non immerito suspicandus est.“ MORTON l. c.

41) „instar herpetis miliaris.“ MORTON l. c.

42) PORTAL exemplum viduae SENACI narrat, quae licet per triginta annos plithisi scorbutica laboraverat, at-
tamen annum nonagesimum aetatis suae attigit. (In
*med. éclair. par les scien. phys. T. I. p. 202. et Abh.
f. pr. Aerzte. 15. B. 4. St. p. 593*). Vidi exemplum sat
simile in vidua chirurgi VILNENSIS SCHLEGEL.

delebili siti, macies indies crescit et febricula hectica ingruit.

5. Rebus huc perductis, sputa rejiciuntur Stadium ichorosa, subcruenta, atque ita foetentia ut cum confirmatum. aegroto cohabitare possibile non sit ⁴³). Accedunt tandem oedema extremitatum inferiorum (aliunde saepe induratarum, lividarum exulceratarum) et diarrhoea, interdum cruenta, quidquid virium supererat, destruens. Sic demortuorum hominum cadavera non secuimus.

6. Patet caeterum morbi et mortis causa. Caussae. Quemadmodum enim labes scorbutica partes corporis externas, etiamsi firmas, exedere valet, ita, longe adhuc facilius, tenuem textum pulmonum.

7. Duo in *diagnosi* phthiseos scorbuticae *Diagnosis.* monita sese obtrudunt: alterum ne alias phthises, quae ob diuturnam aegrorum in nosocomiis, in locis humidis et impuris moram, quid scorbuitici contrahunt, pro *primitivis* scorbuticis declaremus; alterum ne ex solo *foetore sputorum*, prae-

43) Monuit GALENUS: „periculosum praeterea est, consuescere his, qui tabe tenentur, atque in totum cum omnibus qui putridum adeo spirant, ut domicilia in quibus decumbant, graviter oleant.“ (De febr. L. I. C. 3. CHARTER. T. VII. p. 108). TULPIUS fateatur, quod in phthisici cadavere lubens conspexisset consumti pulmonis vitium, sed deterruit a sectione foetor tabidus, noxius forte non minus medicis, quam ipsis consanguineis (L. II. C. 11.).

praesentiam phthiseos scorbuticae arguamus. Foetorem enim istum in phthisi ab omni labe scorbutica aliena observavimus.

Prognosis. 8. Quo diuturnior morbus, quo annosior aegrotus, quoque peior illius conditio tum physica tum moralis, eo majus proximi interitus periculum et vice versa. Felicissimo in casu, solum stadium morbi latens curam admittit.

Cura. 9. Cura in regimine antiscorbutico, alibi fusius describendo ⁴⁴⁾, consistit. Aër purus et montanus, hic non ut in alia phthisi evitandus. Conducit imprimis deambulatio in sylvis abietum et pinorum. Illarum sylvarum exhalationes, *subfumigia balsamica* ⁴⁵⁾ aemulantur. Cibi vegetabiles ex classe tetradynamiae cum carne juniorum animalium jungendae sunt. *Fragaria vesca* maxime idque cum jure celebratur ⁴⁶⁾. Pro potu inserviunt *succus pomorum aurantiacorum* cum saccharo, aqua ⁴⁷⁾, *poma* in aqua decocta ⁴⁸⁾, *hydromel* ⁴⁹⁾ et *cerevisia* gaz acido carbonico abundans, vel illa in qua aut *turiones pini* aut *radix cochleariae armoraceae* in sacculis suspensae, infusae fuere. Tempore vernali, praeter succos

44) P. III. Vol. II. Cap. de scorbuto.

45) Vide infra §. LI. N. 18.

46) RAULIN op. c. 2. Th. p. 216. VOGEL ib. in nota.

47) RAULIN l. c.

48) FLOYERUS *hist. of cold bathing* p. 314. LOBB de dissolv. calc. p. 136.

49) MORTON l. c.

succos expressos herbarum indicatarum, et illi *veronicae beccabungae*, *nasturtii aquatici* ⁵⁰⁾ et *scandicis chaercofolii*, aut harum herbarum *conservae*, propinandi sunt. Laudem promeruit et *serum lactis* tum *vinosum*, tum *rosaceum* ⁵¹⁾. Caeterum vix lacti hic locus est. Quo magis aeger omni febrili motu expers, eo securius pro re nata praescribuntur *aqua picea* ⁵²⁾ *myrrha*, *balsamus peruvianus*, *copaivae*, *terebinthina*, *flores benzoe*, *baccaea juniperi communis*, *radix acari calami*, *semina anethi foeniculi*, *phellandrii aquatici*, de quorum pharmacorum usu infra fusius quaestio erit ⁵³⁾. *Mortonius*, *aquas minerales*

50) MUSCHE A MOSCHAU de phthisi curata nasturtio aquatico et lacte ebutyrato. (Misc. acad. N. C. Dec. II. An. 8. p. 301).

51) GERM. *Molkenrosen*. Infunduntur flores rosarum rubrarum recentes cum sero lactis fervido et colatura exhibetur.

52) *Pix praecoqua*, *aqua picis viscosa* GERM. *Theerwasser*. Praeparatur duas libras picis nigrae liquidae cum octo libris aquae miscendo et post duodecim horas filtrando. Dosis quotidiana libra. Lege de hoc memorabili auxilio: SARRIS *or inquiries concern. the virt. of Tar-water*. Lond. 1744. Habetur versio germanica a. 1745. Lipsiae edita. PRIOR *an authent. narrative of succes of Tar-water*. Lond. 1745. S. TH. QUELMALTZ progr. quo infusum picis liquidae aquosum expendit. Lips. 1745. in HALLERI disp. pathol. T. 7. N. 241.

53) §. LI. N. 8.

nerales chalybeatas omni alio auxilio antepont nit⁵⁴). Ratio et experientia usum narcoticorum et ulcerum artificialium proscribunt. Phthisis scorbutica confirmata, aut quod idem est, conclamata, juxta regulas generales⁵⁵) curatur.

§. XLIX.

De Phthisi pulmonali syphilitica.

Definitio. 1. Erosio membranae mucosae bronchiorum, parenchymatis, glandularum pulmonis, ex lue venerea orta, *phthisin pulmonalem syphiliticam* constituit.

Literatura. 2. Hujus phthiseos doctrinam illustrarunt MORTON⁵⁶), FR. HOFFMANN⁵⁷), MORGAGNI⁵⁸), SAUVAGES⁵⁹) et TANDON⁶⁰).

3. *La-*

54) „In omni vero scorbutica phthisi, *aquae minerales chalybeatae*, cuivis artificiali praeparationi, tempestate aestiva praeferendae sunt (modo phthisis tertium suum stadium non attigerit), quoniam viribus egregiis dotantur . . . ad sitis extinctionem, appetitus restitutionem et hilaritatem animi conciliandam; quarum efficaciam in hujusmodi phthisibus curandis supra quamvis aliam methodum medicaminum thoraciorum saepissime magno cum fructu sum expertus.“
l. c.

55) §. LII. N. 8.

56) Op. c. Cap. 8.

57) De lue venerea. Obs. 5. Opp. T. III. p. 424.

58) De sedibus et causis morb. Epist. XXII. Art. 11.

59) l. c. species 8.

60) *Traitement et guérison d'une phthisie vénér. par la*

3. *Latens phthisis syphilitica* arguitur, dum aeger venereus de dyspnoea, tussi cum sputis modo exiguis purulentis (61), modo multis mucosis conqueritur, simulque marcescit. Stadium latens.

4. *Evolvitur* morbus superaccedente raucedine, febricula lenta, reliqua symptomata, horis praecipue vespertinis, adaugente. Stadium evolutionis.

5. De phthisi syphilitica *confirmata* testatur, macies indies crescens, febris hectica, tussis cum sputis purulentis cruentis et extinctio vocis. Stadium confirmatum.

6. „Cadaver adeo extenuatum ut mammillarum neque vestigia exstarent, solae autem papillae cernerentur. Ex integumentis et carnibus, dum scalpello via fieret ad interiora, serum distilla-

méthode de HAUENOT. (Annal. de la soc. de méd. prat. de Montp. T. I. P. I. p. 176).

61) In schedis Patris mei sequentem morbi historiam descriptam invenio: „a. 1785. Virum Placentinum curavi, qui herpete venereo ad perinaeum laborans, simul ad pectus dextrum de dolore conquerebatur, et post praegressa jam sputa sanguinis, cumque febris lenta et emaciatione, *sputabat exigua sputa purulenta, cum punctis sanguineis saepe remista. Credidi eandem herpeticam materiem pulmones exedere in parva licet superficie: neque huic caussae est multum puris fundere, sed in superficie potius divagari amat. Curam mercurialem adhibui, et sputa et dolores pectoris plurimum diminuebantur, febris lenta disparuit successive, et vires et naturalis forma, emaciato corpori, satis bene iterum restituebantur.*“

stillabat. In thorace sanguis solito fluidior. Pulmonis sinistri pars superior dura, carnea, inflammatione detenta: inferior vero in frustula erat divisa, in sanie innatantia, quae substantiam referebant quasi gelatinosam⁶²⁾.“ Nos in plurimis cadaveribus hominum e phthisi syphilitica defunctorum, invenimus sternum carie detentum, bronchia, asperam arteriam, praesertim cartilagineas cricoïdeas et glandulas lymphaticas pulmonis, multis in locis exesas.

Causae. 7. Si perpendamus, luem veneream peculiarem cum membrana mucosa narium, faucium et tracheae alere affinitatem, universis glandulis lymphaticis insidias struere et firmissimo licet ossium systemati haud parcere, phthisin ex illa lue nasci posse non mirabimur; mirabimur vero (sunt verba MORTONI), syphilidem neglectam aut male curatam unquam existere, quin aut membrana mucosa bronchiorum, aut glandulae pulmonum, aut delicatum hujus visceris parenchyma, afficiantur.

Diagnosis. 8. Diagnosis phthiseos syphiliticae, habitū ratione ulceris venerei primarii praegressi, symptomatum generalium luis plus minusve obviatorum, curae nullae aut imperfectae hucusque adhibitae, et indicatae affectionis pectoris, instituitur. Haec saepe rationem inversam cum reliquis symptomatibus venereis tenet. Praeterea recon-

ditae

62) MORGAGNI l. c.

ditae luis sat fida signa esse solent, dolor ad cartilaginem unam alteramve costalem *) superiorem, vespere, et ab attactu auctus, atque pustulae ulcerosae in facie et ad partem capillatam capitis. Raucedo etiam citius in phthisi syphilitica quam in aliis phthiseos speciebus ingruere solet. Nec rarum est phthiseos pulmonalis syphiliticae cum phthisi tracheali connubium. Alias hi morbi probe inter se distinguendi sunt ⁶³⁾. Distingui porro debet phthisis syphilitica *originalis* ab aliis phthisibus, *fortuito* in corpore venereo nidulantibus, aut, quod frequentissime contingit ⁶⁴⁾ in praedispositis a superveniente syphilide excitatis. Maxime quoque refert phthisin, quae a syphilide oritur, aut eam sociam habet, ab illa distinguere *phthisi*, cui *mercurius* ansam dedit, quaeque ideo *mercurialis* dici posset. Ingruit ista cum ardore sub sterno, quem tussicula et sputum sanguinis ⁶⁵⁾ excipiunt. Haemoptoë repetitis vicibus urgente, en febris hectica cum reliquis phthiseos conclamatae indiciiis. Nullibi enim decantatum istud medicorum adagium, *quod pus sequitur sanguinem*, magis confirmatur, quam

*) Cap. VII. §. XXVIII. N. 22 (66).

63) Vide §. LII. N. 6.

64) „Verum, ut rem ipsam loquar, rarissime, sin unquam phthisin pulmonalem veneream observavi, praeterquam ubi pulmones jam prius obstructi et ad phthisin dispositi fuerant.“ MORTON I. c.

65) Cap. IX. §. XL. N. 19.

quam in pneumonorrhagia et phthisi a *mercurio*, praesertim *muriatico oxygenato*. Illi enim potissimum vis, glandulas pulmonum stimulandi, inflammandi, exulcerandi inesse videtur.

Prognosis. 9. *Phthisis syphilitica originalis*, etiamsi confirmata, dummodo aeger antea mercurio abusus non sit, miraculose interdum debellatur. *Phthises* vero alterius generis et *dumtaxat cum syphilide complicatae*, omnium difficillime sanantur, citiusve morte terminantur. Qui exitus et in phthisi mercuriali, nisi illico succurratur, timendus est.

Cura. 10. *Curam phthiseos syphiliticae originalis* in aegrotis de plethora suspectis, cum *phlebotomia* ordimur; alvumque ope *electuarii lenitivi* sollicitamus. Revulso sic sanguine nimio a pulmone, sine mora ⁶⁶⁾, *unguentum hydrargyri griseum* extremitatibus illiniri curamus. Quo gracilior aegrotus, quo diuturnior morbus, quoque evidentior febricula eo minor laudati unguenti dosis ⁶⁷⁾ quotidie, ad lenem salivationem usque ⁶⁸⁾,

66) Tempus enim sine fructu cum quacunque alia methodo, nisi mercuriali, tereretur, unde sapienter MORTON: „ad curationem hujus phthiseos perficiendam, omnia mere thoracica et pulmonaria medicamenta sine admixtione *antivenereorum* nequicquam valere.“ l. c. Cfr. WATSON *traitement de la phthisie par le mercure* in *Bulletin de sc. méd.* T. 2. p. 376.

67) c. c. scrupulus unus.

que ⁶⁸⁾, administranda est. Simul quotidie mane, *decoctum radice sarsaparillae cum lacte*, — alternis diebus vespere, *balneum tepidum*, et noctu lene *narcoticum* ⁶⁹⁾ propinanda. Quorum auxiliorum vim, diaeta nutriente, imprimis gelatinis, temperatura modica, sustinenda. Quodsi de syphilidis diagnosi omnino non simus certi, morbi indoles, ope *muriatis hydrargyri mitis* ⁷⁰⁾, in parva dosi porrecto ⁷¹⁾, primum exploranda. Pharmaco hoc, potissimum in phthisi scrophulosa cum *complicatione venerea*, utimur, quo in casu feliciter et minimas *sulphureti stibiati et hydrar-*

68) „Ideoque nil melius excogitari possit, quam ulcerum pulmonalium sanationem et crasis sanguinis a fermento venereo eversae restitutionem *mercuriali* aliqua *salivatione* tentare, priusquam vires a longa morbi protractione jam fractae fuerint, quo tam perpetuae et profusae evacuationi ferendae impares fiant.“ MORTON l. c. Cfr. *Expériences sur l'avantage de la salivation mercurielle dans la phthisie.* (In *Annuaire de la soc. de méd. du Depart. de l'Eure* a. 1810. p. 90.)

69) R. Massae pilularum de cynoglosso grana quinque. F. bolus, Capiat.

70) Connubium *Calomel* cum *lichene Islandico* (certe separatim) in phthisi cum fomite venereo commendat inprimis TODE (Coll. Soc. R. Havn. Vol. I. p. 74).

71) R. Pulveris *Calomel* gran. un. Pulv. gummi Arab. et Sacchari albi àà grana decem. M. D. S. Cap. ad vespereas.

hydrargyri doses 72) adhibuimus. Cavendum ne aegroti phthisi syphilitica detenti, inceptam curam mercurialem interrumpant; repetita enim hujus generis conamina, illos certissime praecipitent. *Phthisin mercurialem* ab initio anti-phlogistice et eccoproticorum ope curamus. Dein ad *balnea tepida*, primum *simplicia*, dein leniter *sulphurea* devenimus. Tandem si febris id permittit, *decoctum radice inulae Helenii*, cum speciebus sic dictis *pectoralibus*, exhibemus.

§. L.

De Phthisi pulmonali metastatica.

Definitio. 1. Phthisis, ex aliorum morborum praeposteri fuga, aut ex evacuationum habitualium suppressione, orta, *metastatica* 73) audit.

Exempla. 2. Visa enim est phthiseos evolutio post fugam et suppressionem blennorrhoeae 74), fluoris

72) §. XLIV. N. 13 (35).

73) RANÖ obs. medico-practicae subcaesivae. Acta R. Soc. med. Havn. Vol. II. p. 9. PELARGUS de morbis quibusdam consequentibus et in phthisin terminatis (Act. Acad. N. Cur. Vol. 5. p. 500).

74) MORTON l. c. C. 8. — Acta med. Berol. Dec. II. Vol. 3. p. 77. RITTER *Darstellung d. scheinbaren Aehnlichkeit u. wesentl. Verschiedenheit, welche zwischen d. Schanker- u. Tripperseuche wahrgenommen wird.* Leipz. 1819. p. 58. 68. 302. 354.

ris albi ⁷⁵⁾, fistulae ani ⁷⁶⁾, ulcerum extremitatum inferiorum ⁷⁷⁾, abscessus peritonaei ⁷⁸⁾, herpetis ⁷⁹⁾, tineae capitis et faciei ⁸⁰⁾, erythematis

P p 2 guttae

75) Eph. N. C. Dec. I. An. 2. Obs. 26. Schol. an. 6 et 7. Obs. 103. RAULIN op. c. 1. *Th.* p. 205 — 210. VOGEL ib. in nota. Plurima exempla propria suppeditat praxis, feminarum scilicet fluore albo, praesertim indolis scrophulosae et arthriticae laborantium, quae cum a medicis, causam fluoris albi in debilitate quaerentibus, injectionum adstringentium op. curatae fuissent, illico in phthisin pulmonalem inciderunt.

76) MORTON l. c. histor. HOFFMANN de affect. phthisica Obs. 3. Opp. T. III. p. 295. RAULIN l. c. p. 176. LOMBART in *Recueil périod. de la soc. de méd. de Paris*. N. 33. Interea vidi a. 1819. in viro nobili Gubernii *Minsk*, connubium fistulae ani cum phthisi pulmonali, unde morbi huiusmodi societatem inire possunt quin alter ab altero repetendus sit.

77) Jam HIPPOCRATES dixerat: „si habenti ulcus in una ex tibiis, sordium serosarum fluxu privetur, ac purum et aridum evadat, deinde lateris et pectoris dolor e directo tibiae affectae superveniat, letale.“ (De morb. popularibus. L. IV. in principio). Post sanatum ulcus pedum et tiliarum, sanguinis sputum supervenit apud RODIUM (Obs. Cent. II. Obs. 84.). Similia leguntur apud HILDANUM (Obs. mcd. chir. Cent. III. Obs. 39.), BAGLIVIVM (Prax. med. L. II. §. 5.) et REUSNERUM, phthisis pulmonalis ex ulcere tiliarum (Eph. N. C. Cent. 5 et 6. p. 27).

78) MUZELL *Wahrnehmungen*. 2. B. N. 4.

79) MORGAGNI op. c. Epist. XXII. Art. 34.

80) RAULIN l. c. p. 230.

guttae rosaceae ⁸¹⁾, ophthalmiae ⁸²⁾, psorae ⁸³⁾, lactis ⁸⁴⁾, fonticulorum ⁸⁵⁾, sudoris axillarum ⁸⁶⁾ et pedum ⁸⁷⁾.

Curriculum morbi.

3. Quod ex morbo quodam fugato, aut ex evacuatione quadam habituali suppressa, grave aliquod malum immineat, cognoscitur ex horrore, inquietudine artuum et pulsu irregulari. Malum sibi pulmones eligere, ex tussi, dyspnoea, dolore pectoris et decubitu impedito, patet. Hisce malis, nisi illico rite curentur, symptomata phthiseos pulmonalis confirmatae superveniunt.

Autopsiae cadaverum.

4. Cadavera ea ipsa phaenomena, quousque licet, in pulmonibus exhibent, quae in morbis fugatis in aliis locis animadvertentur. Post blennorrhoeam suppressam pulmones tumores cerebri-

81) PELARGUS *Med. Jahrgänge* p. 98.

82) VALENTIN ex ophthalmia suppressa phthisis (Misc. N. C. Dec. II. An. 7. p. 114).

83) SPENER *Diss. de aegro febre maligna phthisi complicata laborante*. Giess. 1697. AUTENRIETH *diss. de morbis ex scabie orientibus*. Tub. 1807. p. 18. PELARGUS l. c. 6. *Jahrg.* p. 742. RAULIN l. c. p. 239. Multique alii (Cfr. P. I. Vol. II. Cap. XXX. §. CXV. 2.).

84) RAULIN l. c. p. 196—204. POUTEAU *Oeuvr. posth.* T. III. PASCAL in *Journ. de méd.* T. LXXV.

85) MORTON l. c. C. 8. GOHL *compend. pract.* p. 183.

86) PORTAL *Cours d'anatomie méd.* Vol. 5. p. 53.

87) LODER *Journ.* 2. B. p. 314. LENTIN *memorabilia* p. 114. PIDERIT *Prakt. Annal.* 2. St. p. 173.

briformes exhibuerunt, postque fugam lactis, si credere oportet, lac⁸⁸).

5. Quò pacto *metastases*, de quibus loqui-
mur, contingant, ignoramus. Ut sit, paren-
chyma pulmonis et membranae bronchiorum, vi-
ces textus cellulosi et membranarum mucosarum
aliarum partium agere videntur. Quod vero fu-
gata aegritudo pulmones aggrediatur, praeviam
hujus visceris dispositionem morbosam denotat.
Verisimile porro est, morbum in organo respira-
tionis primum per *inflammationem* incipere ac
dein tantum in *erosionem* transire.

6. Intelligitur hinc sanationis spem, solum
in primo morbi limine affulgere, illamque, ea-
dem ratione, qua morbus senescit, descrescere.
Praeceptum vero est periculosissimi hujus mali cur-
riculum⁸⁹).

7. Cum

88) RITTER l. c. p. 68. „Man machte eine Menge Ein-
schnitte in die Lappen dieses Eingeweides (die Lungen);
aus jedem floß eine Quelle von Milch hervor, die ein
ganz verändertes Ansehen hatte.“ RAULIN l. c. p.
203. — Notum autem est, lympham coagulabilem
saepe vix a lacte distingui posse. Porro casus allatus,
utpote mortis repentinae, non omnino ad phthisin
spectat.

89) „ Ut plurimum tamen acuta est (phthisis me-
tastatica), imo non raro secundum genium, atque in-
dolem ulceris pulmonaris eam efficientis, *peracuta*,
fere semper etiam incurabilis et letalis.“ MORTON
l. c.

Cura. 7. Cum de praeceptis morbos, ex praepo-
 stera fuga blennorrhoeae urethralis, impetiginum
 et evacuationum habitualium, ortos, curandi,
 jam pluries locuti simus⁹⁰⁾; cumque iisdem
 plane praeceptis phthiseos metastaticae super-
 struatur therapia: de ista in specie disserere
 supervacaneum foret. Nunquam vero satis MOR-
 TONI monita inculcari possunt, quod: „in primo
 hujus phthiseos insultu, *venae sectio* celebrari,
 imo si opus fuerit repeti debet,“ — quod: „sem-
 per pulmonaribus medicamentis addenda sunt
 etiam illa, quae genium peculiarem ulceris, seu
 morbi primarii, respiciunt,“ — quodque: „prio-
 ra jam consueta ulcera, quantum possibile est,
 revocanda sunt, quo humor a pulmonibus diver-
 tatur, et per solitas minus periculosas partes
 evacuetur, utut videatur molestum.“

§. LI.

De Phthisi pulmonali ex vomica.

Definitio. 1. Abscessus pulmonum a peripneumoniis
 relictis, *phthisin ex vomica*⁹¹⁾, constituunt.

2. No-

90) P. I. Vol. II. Cap. I. §. VI. N. 35. P. II. Vol. I. Sect.
 II. §. CI. N. 4.

91) Vomica ob id virulenti quid vomat (GALE-
 NUS). OCTAVIUS CAESAR AUGUSTUS quoties nefan-
 da suaeque familiae indecora probra, quibus Agrippa
 et Juliae, filia nempe et neptis, contaminabantur, inter
 gemitus et suspiria ad vivum exprimere satagebat, illas
 tres *suas vomicas* nominare consuevit.

2. Notio phthiseos ex vomica omnium anti-Literaturarum quissima est. Circa illam maxima pars laudatorum ⁹²⁾ auctorum tum Graecorum, tum posteriorum versatur. Contra recentiores phthisin ex vomica aut silentio praeteriverunt ⁹³⁾, aut saltem minus quam par fuisset aestimarunt ⁹⁴⁾.

3. Signa, quae transitum peripneumoniarum Origo. in vomicam indicant, jam descripsimus ⁹⁵⁾. Communissimus est iste exitus in *pneumoniis* ex violentiis externis ⁹⁶⁾ et ex *brouchitide* ortum ducenti-

92) §. XVIII. N. 2.

93) e. c. RAULIN op. c.

94) Cap. VIII. §. XXXII. N. 2 (71).

95) Cap. VIII. §. XXXV. N. 10.

96) Non satis commendare possum, ut in examine phthisicorum; praecipue si agatur de *vomica*, respiciatur ad *violentias externas*, quarum aegroti saepe aut non recordantur, aut recordari nequeunt. Haud rarae enim sunt, mihi quae pluries visae phthises ex contusione pectoris, fractura costarum, vulneribus pulmonis etc. ac casus similes describuntur a BORELLO Cent. II. Obs. 59. SALMUTHO Cent. II. Obs. 72. PLATERO Obs. L. III. p. 735. HALLERO opusc. pathol. 20. VIGNÉ v. *Journ. de méd. continué. Vol. VI.* p. 107. OBERKAMPIO Diss. idiopathia vomicae pulmonum lapsum excipientis. Heideb. 1759. WANGH *a consumption from a wound too hastily closed (med. Essays and obs. by a soc. in Edinb. Vol. 2.* p. 316. RAYGER de phthisi et morte ex vulnere pulmonum (Misc. Ac. N. C. Dec. I. A. 8. p. 102. Cent. I et II. Append. p. 208. BROUSSAIS obs. *d'une phthisie occasionnée p. une balle, qui a séjournée sept ans dans le poumon (GRA-*

centibus. Seculorum enim experientia comprobatum est, vomicas facillime gigni ex *coryza* et *affectionibus catarrhalibus* 97) (praesertim ex illis, quae

PERON *bulletin des sc. méd. T. II. p. 4*). Violentiis externis peculiarem causam adscriberem ex qua pluries phthisin in hominibus, ad hunc morbum minime dispositis, ortam vidi. Loquor de more cellariorum *vinum ope syphonis ex dolio trahendi*. Perit ex hoc causa a phthisi a. 1818. mense Martii vir athleticae constitutionis.

97) Ait HIPPOCRATES: „Prima quidem (phthisis) a pituita oritur, cum caput pituita plenum aegrotaverit et calor accesserit, in capite pituita computrescit, ut quae moveri nequeat, ut secedat. Deinde cum crassior evaserit et computruerit, et venulae supra modum impletae fuerint, *fluxio in pulmonem contingit*, quam ubi pulmo susceperit, statim morbo afficitur, cum a pituita salsa et putrida mordeatur.“ (De intern. affect. C. 2. CHARTER. T. VII. p. 645). Phthiseos causam catarrhalem adhuc latius extendisse videtur GALENUS dum dicit: „duae namque sunt ejus differentiae maximae; una quidem ex capitis defluxionibus constat; altera vero quae ex ipsius pulmonis affectionibus ortum ducit, prorsus quidem ex cruentis sputis, maximeque rupto vase, saepius vero et *rheumate* affecto viscere, ob aliam quandam ex aliis partibus, non ex capite causam.“ (Comment. in I. Lib. Epid. CHARTER. T. IX. p. 23). CAELIUS AURELIANUS de phthisi agens dicit: „Fit frequenter antecedente sanguinis fluore, aliquando etiam longi temporis tussicula, sive *catarrho*, quo thoracis aliova lacerantur; et primo levius; tunc ulcerata, facientia collec-

quae ab humiditate domuum recenter constructarum,

ctionem intrinsecus, quae cum siccata non fuerit, citius sunit passio initium.“ (De morb. chron. Lib. II. Cap. 14. p. 410). Et BENEDICTUS monet in *catarrho* delitescere antecedentem tabis causam. (Tabid. theatr. p. 9). FOTERGILL (l. c. p. 305.) eloquenter ait: „*With what ease would many of the most incurable consumptive cases have been prevented, or cured, at their first commencement? a person whose emaciated figure strikes one with horror, his forehead covered with drops of sweat, his cheeks painted with a livid crimson, his eyes sunk, all the little fat that raised them in their orbits, and every where else being wasted; his pulse quick and tremulous, his nails bending over the ends of his fingers, and the palms of his hands as dry as they are painfully hot to the touch; his breath offensive, quick, and laborious; his cough incessant, scarce allowing him to tell us, that some months ago he got a cold, but he knew not, perhaps, how he got it; he neglected it for this very reason, and neglected every means of assistance, till the mischief was become incurable.*“ Videatur et BÜCHNER Diss. de neglecta benigna febre catarrhali, frequenti morborum pulmonalium causa. Hal. 1761. HAYES *Warnung f. d. gefahrl. Folgen vernachlässigter Catarrhe.* Leipz. 1787. HORN diss. de mutatione atque transitu catarrhi in phthisin pulmonalem ejusque prohibitionem. Goett. 1797. HUFELAND u. HIMLY *Journ.* 1810. Febr. p. 61. J. J. BUSCH *Ueber d. Natur u. Heilart d. Lungenschwindsucht u. d. gefahrvollen Katarrhsieber.* Strasb. 1806. Miror hinc Cullenium hanc frequentiam exitus catarrhi in phthisin negare, ex eo quod tussis sit affectus glandularum mucosarum bronchiorum, quae, uti

ctarum, vel cubiculorum haud dudum dealbatorum⁹⁸⁾ oriuntur), ex *morbillis*⁹⁵⁾, *variolis*¹⁰⁰⁾, *coqueluche*¹⁾ aliisque morbis bronchiis valde infensis. Neque hinc silentio praetereunda sunt tum *corpora peregrina* bronchiis illapsa²⁾ e. c. ossicula³⁾, nuclei cerasorum⁴⁾, pomorum, prunorum⁶⁾, avellanae⁷⁾, frustulum nucis myristicae⁸⁾,

in coryza videmus, tam facile in suppurationem non abeunt. (*First lines* §. 859 — 874).

98) Medicus Nowo-grodekensis, ОЕХМЕ, vir quadraginta octo annorum, semper optima fruebatur sanitate, donec vere a. 1821. in urbe Minsk, domum recenter constructam valdeque humidam inhabitaret. Incidit enim ex hoc in catarrhum, tam saevum, ut eo haud illico curato, statim phthisis et postea hydrops pectoris letalis supervenerit. Unde sapienter monuit HOEFER (*Heracles medic.* T. I. L. 2. C. 2. p. 100.): „propterea in conclavi nuper dealbato dormire aut habitare periculosum, cum halitus iste calcis pectori inimicissimus pulmones exulceret.“

99) P. I. Vol. II. Cap. XII. §. LVIII. 2. 3.

100) ib. Cap. XIII. §. LXVIII. 3.

1) Cap. XV. §. LXIX.

2) Cap. VIII. §. XXXIII. N. 2 (19). MARTIN *an account of the case of an extraneous body forced into the lungs.* *Phil. trans.* 1765. p. 39.

3) BANG in *Act. R. soc. med. Havn.* Vol. I. p. 23. *Hamburger Magaz.* 15. B. 4. St. N. 4. *Journ. de méd.* T. 75. *Edinb. Versuche.* 5. B. N. 57.

4) *Eph. N. C.* Dec. II. An. 10. Obs. 66. DESSAULT *Chir. Nachlafs.* 2. B. 3. Th. p. 271.

6) BOUZEL in SIEBOLD *chir. Beobacht.* 3. B. p. 110.

cae ⁸⁾, semen faseolae minoris ⁹⁾, spica graminis ¹⁰⁾, frumenti ¹¹⁾, acus ¹²⁾, globulus plumbeus ¹³⁾ clavus ¹⁴⁾; — tum *pulveres inspirati*, sicuti contingere solet in acutiatoribus forficum ¹⁵⁾, lapicidis ¹⁶⁾, textoribus ¹⁷⁾, et incolis urbium ¹⁸⁾ vel suburbium ¹⁹⁾ quarum plateae
saxis

7) Eph. N. C. Dec. III. An. 3. Obs. 18.

8) BONELLUS Cent. IV. Obs. 63.

9) SOMMER in Misc. Acad. N. C. Dec. 3. A. 5 et 6.
p. 588.

10) *Histoire et mémoire de Toulouse. T. 2.*

11) Acta mea clin. T. I. p. 92. HUFELAND'S *Journ.*
1819. *May.* p. 74.

12) SALVADORI op. c. KERAUDREN v. TARTRA *Bulletin des sc. méd. T. 5. p. 319.*

13) J. M. NOOTH in *Transact. of a soc. for the improvement of med. and chirurg. Knowledge. Vol. 3. 1812.*

14) EGGERDES in Misc. N. C. Dec. 2. A. 10. p. 124.

15) KIRKLAND *Treatise on child-bed fever (Grindersrot).*

16) DE PRÉ diss. de phthisi pulmonali samiatorum vulgo *von der Schleiffkerkrankheit. Erf. 1719.*
COSCHWIZ Diss. de spadone HIPPOCRATIS lapicidarum Seebergensium haemoptoën et phthisin praecedente. Hal. 1721. *Mem. de Dijon. T. 2. Hist. p. 60.*
THILENIUS *med. chir. Bemerk. p. 15.*

17) MONTJOYE *Ueber d. Krankheiten d. Wollweber u. der Walkmüller. v. HORN'S Archiv f. med. Erfahr. 1814. p. 231.* SCHMIDT in *Gesundheits-Taschenbuch v. einer Gesellch. Wiener Aerzte. 1. B.*

18) e. c. *Odessa.*

19) e. c. *Vindobona*, fodina phthisicorum, cujus tamen caussa non in solo pulvere arenae quaerenda est. Vide enim jam ex HOEFFERO (Herc. med. L. II. C. I.)

saxis stratae non sunt ²⁰). Allatae enim causae diuturnam in bronchiis irritationem excitant, quae tandem ad pulmones propagata, hujus visceris inflammationem et abscessum post se trahit. Et *pleuritidem*, quatenus in pneumoniam transit, vomicae pulmonum ansam porrigere posse, per se patet.

Signa vomicae.

4. Qualiscunque demum fuerit phthiseos ex vomica origo, illius praesentia cognoscitur tum ex signis praegressae peripneumoniae transitum in suppurationem designantibus ²¹), tum „ex tussi pertinaci, sicca ad partem, motumve aucta, ex respiratione parva anhelosa, strepente, febricula continua, periodica, a cibo, potu, motu exacerbata, cum rubore genarum et labiorum; ex appetitu prostrato, siti magna, sudore noctur-

quod et ejus tempore, in Austria praesertim inferiori, quotannis aliquot millia hominum phthisi, tanquam endemico et populari morbo interibant. Ejusdem rei causam esse existimat vini generosioris abusum.

20) Cum ex Observationibus SAVARY (*Zustand d. alten u. neuen Aegypt.* p. 115), LUDOV. FRANK (*Collect. d'opusc. de méd. prat. Paris 1812.* p. 7.) et BROWNE (*Travels in Africa, Egypte and Syria* p. 331.) constet, phthisin pulmonalem in Aegypto rarissimam esse; constet vero etiam nullibi quam in Aegypto atmosphaeram magis arena abundare, dubitare adhuc liceret ait, Pater meus (in schedis relictis), num pulvis arenaceus adeo pulmonibus sit infensus, ut vulgo docetur.

21) Cap. VIII. §. XXXV. N. 10.

nocturno, macie circa jugulum et frontem, urina spumosa, debilitate sumnia 22).“ Praeterea si vomica in uno tantum pulmone haereat, isque pleurae non fuerit accretus, atque alter pulmo sanus sit, cavitasque thoracis illum continens ab extravasato libera, aegrotus facilius in latus affectum decumbit; decumbente enim illo in latere sano, premitur mediastinum versus alterum thoracis latus; adeoque angustatur locus in quo pulmo non affectus haeret, ergo et ille difficiliter ab aëre inspirato dilatari potest 23). Visa est dyspnoea in uno tantum thoracis latere, altero, pure repleto, quiescente 24).

5. Nisi vomica aegrum *suffocet* antequam Terminus vomicae. illa crepet, rumpitur aut in *bronchia*, aut in *parenchyma pulmonis*, aut in *partes* cum hoc viscere *concretas*, aut in *cavitatem pleurae*, aut in *plura loca simul*. Nec, rarissima licet, *puris absorptio* silentio praetereunda.

6. *Suf-*

22) BOERHAAVE Aph. §. 835.

23) Unde monuit HIPPOCRATES: „Si vero suppuratio fuerit in alterutro latere tantum, et vertere (aegrum) et condiscere oportet in his, num aliquem habeat dolorem in altero latere, et an calidius sit alterum altero, et aegro in latus sanum decumbente interrogare, si quod ipsi pondus desupere impendere videatur. Si enim hoc fuerit, in altero latere suppuratio est, in quo pondus adfuerit.“ (In prognost. CHARTER. T. VIII. p. 650).

24) WISTAR in *Transact. of the Americ. philos. society. Philadelphia 1818. Vol. I.*

Vomica
non rupta.

6. *Suffocatur aeger* a vomica, si, pure plena, mole sua angustat cavum aëreum pulmonis impeditque ejusdem dilatationem. Praeviis enim tussi pertinaci, sicca, aut cum sputis mucosis; sapore oris depravato ²⁵⁾, paralysi linguae vel artuum ²⁶⁾, dyspnoea et summa anxietate (inprimis post pastum aut motum), stertor accedit et aeger moritur ²⁷⁾.

Ruptura in
bronchia.

7. Si in *cavum bronchiorum* rumpatur abscessus: tunc, vel parva ac per tracheam facile expellenda copia; — vel majori quam quae ejici queat, pus prorumpit. Ibi, aeger, saltem ab imminente vitae periculo salvatur ²⁸⁾; hinc, impletis

25) ZIMMERMANN *von der Erfahrung*. 1. Th. 3. B. 8. St. p. 406.

26) VOGEL de cognoscendis et curandis morbis. §. 643.

27) „Si vero non possit multo tempore rumpi, neque sponte, neque a medicamentis, contabescit aeger a vehementissimis doloribus, et inedia, et tussi, et febribus, et plerumque perit.“ (HIPPOCRATES de morbis. L. I. C. 8. CHARTER. T. VII. p. 544). „Vidit in cadavere hoc morbo defuncti BOERHAAVIUS, unius lateris pulmonem in saccum pure plenum conversum adeo prodigiosae magnitudinis, ut non tantum cor ex situ suo dimoverit, et alterius lateris pulmonem in minimum spatium compresserit, verum etiam diaphragma in abdomen protruserit et prominere fecerit.“ SWIETEN Comment. § 836.

28) Plura exempla propria praxis offert, alia enarrantur a RADEMACHER in LODER's *Journ.* 4. B. 1. St. p. 66. VOGEL *Samml. med. u. chir. Fälle.* 1. B. p. 125.

pletis bronchiis et aspera arteria ²⁹⁾, ut nulla via supersit aëri inspirato, anxietas magna, vertigo, tremor, lipothymia, suffocatio ipsa, sequuntur ³⁰⁾. Ruptura contingere potest, aut sponte, aut ex terrore ³¹⁾, ex pandiculatione ³²⁾, ex certamine ³³⁾, ex emetico ³⁴⁾ atque ex lapsu ³⁵⁾.

S. Si

29) Etiam si vomica in uno tantum pulmonis lobo haereat, potest nihilominus et bronchia pulmonis sani inundare. Sic vidit Pater meus in cadavere filiae novemdecim annos natae Principis a H. SCÆ. F. Vienne 1802. defunctae. Latebat enim vomica in lobo superiori pulmonis sinistri, ac reliqui pulmonum lobi sani erant, sed illorum bronchia pure repleta. (Ex schedis ejus). Caeterum bronchia potuissent lympham coagulabilem continere, secretam per irritationem a vomica illis illatam. Talem rerum statum pluries ibi suspicatus sum, ubi copia sputorum ab aegris rejectorum, nullo pacto cum amplitudine vomicae in cadavere reperta, cohaerebat.

30) Notavit funestum hunc vomicae exitum ARETAEUS, dicens: „si vero in pulmonem cum impetu pus prorumpat, sunt qui suffocentur, et ob confectam effusionem et rejectionis angustiam.“ (De caus. et signis morb. L. II. C. I. p. 11). Cfr. BONET Sepulchr. L. II. Sect. 9. Obs. 29. et HORN's *Archiv f. med. Erfahr.* 2. B. p. 324.

31) BOHN de officio medici duplici p. 25.

32) BARTHOLINUS hist. anat. Cent. VI. Hist. 12.

33) BARTHOLINUS l. c. Obs. 14.

34) STARK *klinisches Institut* p. 85.

35) VATERI Diss. de pulmonum vomica. Thes. XIII.

Ruptura in
parenchy-
ma.

8. Si pus in *parenchyma pulmonum* effundatur: tunc praeter auctam mox respirandi difficultatem, sequuntur novae quasi ad pulmones inflammationis symptomata.

Ruptura in
partes cum
pulmoni-
bus con-
cretas.

9. Si vero vomica sibi viam in *partes cum pulmonibus concretas* parat, tunc mox, ad *pleuram* haerens, abscessum istius inter costas refert³⁶⁾; mox in *pericardii* cavum depleta, hydropis in eodem symptomata producit; mox per *diaphragma* ad hepar³⁷⁾, ventriculum, lienem, abdo-

36) ACREL *chirurg. Vorfälle*. 1. B. p. 302. SOEMMER-
RING *Anmerk.* 69. zu BAILLIE *über d. krankhaft. Bau*
p. 34. WRISBERG *Comment.* Goetting. Vol. 6. N. 3.
Pluries vidi, et nuperrime in phthisica foemina sub-
urbium Zarzetz inhabitante. Abscessus in latere dex-
tro thoracis inter costam octavam et nonam comparuit.
Facta sectione a Dr. WRÓBLEWSKI plurimae unciae
puris exiere, et quidem cum magno levamine; sed
nihilominus aegra serius periit. Felicior videtur fuisse
KHERNII casus, ubi materia purulenta per ulcus intra
primam et secundam costam spuriam generatum ex-
creta est. (*Misc. Acad. N. C. Dec. III. A. 5 et 6. p.*
103). Dubito autem veram latitasse phthisin pulmo-
nalem.

37) LICHTENSTEIN in HUFELAND's *Journ.* 27. B. 2. St.
p. 83. *Medical Essays. T. I. p. 273.* BELL *Zergliede-
rung d. menschl. Körpers.* 1. B. p. 44. Vidi et ego bis
in nosocomio civico Vindobonensi; aegrorum alter,
praevio singultu, sputa amara, bilem exhibentia re-
jiciebat; unde diagnosis, communicationis morbosae
inter lobum inferiorem pulmonis dextri et hepar, per

abdomenque pergit; mox verò ad *mediastini* anteriorius, posterioriusque cavum penetrans, propria cuivis loco phaenomena excitat.

10. Si vomica in *cavitates pleurae* crepet, ^{Empyema.} oritur *empyema* ³⁸). Pus tunc vel libere in cavi-

tate

erosum diaphragmá, et vitae tempore, instituere licuit.

38) Pulchre *Empyema* ab AëTIO definitur: „*Empyici*, hoc est pectore suppurati vocantur, quibus abscessus in succingente costas extrinsecus membrana, aut in aliqua alia pectoris pellicula, factus, acervatim ruptus est, ac in vacuum pectoris locum effusus, inter pulmones et membranam costas succingentem.“ (Serm. VIII. C. LXV. p. 85). De empyemate (neglecta saepe distinctione a hydrope purulento cavitatum pleurae) scripsere: (WORENIUS Diss. de empyemate et plithisi. Ros. 1603.), ARNISAËUS (Diss. de empyemate. Leid. 1620.), SCHALLER (Diss. de empyemate. Viteb. 1622.), SLEGELIUS (Diss. de empyemate. Jen. 1639.), BALDI (Diss. de empyemate. Leid. 1646.), CRAMPTER (Diss. de empyemate. Leid. 1647.), AEDUS (Diss. de empyemate. Ultr. 1653.), STEINFELS (Diss. de empyemate. Marb. 1662.), FLORIANUS (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1664.), ISRAEL (Diss. de empyemate. Heidelb. 1665.), KELNER (Diss. de empyemate. Helmst. 1670.), BARTHOLOMAEUS (Diss. de empyemate. Leid. 1672.), VAN RUYMAN (Diss. de empyemate. Leid. 1674.), KERMANN (Diss. de empyemate. Leid. 1674.), HARDERUS (Diss. de empyemate. Basil. 1675.), HURTER (Diss. de empyemate. Argent. 1679.), DRELINCOURT (Diss. de empyemate. Ultr. 1683.), WALDSCHMID (Diss. de empyemate. Marb. 1683.), RIVINUS (Diss. de thoracis empyemate. Lips. 1686.),

Frank Prax. II. 2.

Qq

tate fluctuat, vel inter subtensas pseudomembranas, pulmonem cum pleura jungentes, diffunditur.

WEDEL (Diss. de empyemate. Jen. 1686. Diss. de peripneumonia, empyemate etc. Jen. 1717.), SPERLING (Diss. de empyemate. Witeb. 1702.), BOLLMANN (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1703.), KRAUSIUS (Diss. de empyemate. Leid. 1706.), DE LITH (Diss. de empyemate. Lugd. Bat.), HOLDTHENIUS (Diss. de empyemate. Ultr. 1704.), MÜLLER (Diss. de empyemate. Altd. 1707.), VESTI (Diss. de empyemate. Erf. 1707.), VAN ECKHOUT (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1709.), HERTOOGH (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1719.), VAN LEEUVEN (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1719.), COSCHWIZ (Diss. de empyemate spurio. Hal. 1725.), FISCHER (Diss. de empyemate. Erf. 1728.), VAN OVERSCHVER (Diss. de empyemate et paracentesi. Lugd. Bat. 1729.), VATER (Diss. febris tertiana ab empyemate vomica pulmonis rupta. Witeb. 1732. Diss. qua febris tertiana, ob empyema, e vomica pulmonis rupta, in cavitatem pectoris dextram effusum, indeque pulmonem ejusdem lateris compressum, penitusque ab officio remotum, mortem post se relinquens exponitur. Witeb. 1731.), GOELCKE (Diss. de empyemate. Francf. 1732.), CHARLEVIX (Diss. de empyemate. Ultraj. 1733.), LE MAIRE (Diss. de empyemate. Lugd. Bat. 1735.), JUCH (Diss. de empyemate. Erf. 1748.), GARRE (Diss. de empyemate. Paris. 1760.), ASELMAYER (Diss. de empyemate singulari. Erl. 1765.), KELLER (Diss. de empyematis singularis hist. et epicrisi. Argent. 1769.), VAN ROSSUM (Diss. de empyemate. Lovan. 1783.), GROSCHKE (Diss. de empyemate. Goett. 1784.), KOEHLER (Diss. de empyemate. Giess. 1789.), ZERNENTSCH

tur. Id pondus undecim librarum adaequasse repertum est ³⁹⁾. De *vomica ruptâ* testantur, ipsa aegri perceptio, praesertim illa fluctuationis, dum sese in lecto circumvertit ⁴⁰⁾, levamen repentinum ast breve symptomatum ⁴¹⁾, a novis

Qq 2 malis

(Diss. de empyemate. Erf. 1796.), BOEHMER (Diss. de empyemate. Viteb. 1801.).

39) SOEEMMERRING *Anmerk.* 71. ad BAILLIE *über den krankhaften Bau* p. 34.

40) Ob hanc rationem jussit HIPPOCRATES, ut aegri in firma sella collocati, alter humeros teneat, medicus vero aegrum concutiat, simul lateri aures prope admoveat et strepitum puris in alterutro thoracis cavo collecti audiat. Simul tamen monet, vel ob puris crassitiam, vel ob magnam copiam, nullus audiatur quandoque strepitus, quamvis thorax pure plenus sit: „quibus suppuratis dum concutiuntur humeri, multus fit strepitus, minus puris habent, quam illi, quibus paucus (strepitus), si difficilius spirent et minus colorati fuerint. Quibus autem strepitus quidem nullus fit, verum difficultas spirandi fortis, et unguis lividi, hi pleni sunt pure et perniciose habent.“ (Coac. praen. 877. CHARTÈR. T. VIII. p. 877).

41) Audiatur iterum HIPPOCRATES: „at si per infusum pus minime educatur, id ex pulmone in thoracem erumpit; postque ruptionem sanus videtur, quod pus ex angustia in amplio rem locum venerit, et spiritus, quem respiramus in pulmone sedem habeat. Sed procedente tempore, pure pectus impletur, tussis et febres aliique dolores omnes magis ipsum vexant, morbusque declaratur. (De morb. L. III. C. XV. CHARTÈR. T. VII. p. 592).

malis exceptum ⁴²⁾, a tussi scilicet modo sicca modo cum sputis mucosis absoluta, a dolore lateris affecti, a sensu ponderis ad epigastrium et ad hypochondria (sub corporis erecta positione protrusa ⁴³⁾), a dyspnoea per expirationem et decubitus in latus oppositum adaucta ⁴⁴⁾, a febre hectica de die in diem invalescente, et ab oedemate ad musculos dorsi, quadratum lumborum et ad brachia ⁴⁵⁾, nec non ab aliis phthiseos conclamatae signis.

11. Posse

42) „... a pure diaphragma deprimente, viscera thoracis alluente, macerante.“ SWIETEN l. c. §. 1187. p. 672.

43) Observavit SAVIARD evidentem fluctuationem sub cartilagine ensiformi; ad ejusdem latus tumor sentiebatur sat magnus, qui disperebat facta thoracis paracentesi. (*Obs. chirurgicales*).

44) „Quum longius tempus progressum fuerit, febris vehemens ac tussis prehendit, latus dolet, neque in sanam quidem partem decubitus ferre potest, sed in dolentem.“ HIPPOCRATES de morb. L. II. C. XVI. CHARTER. T. VII. p. 568.

45) Pulchre hoc explicat VINCENTIUS ONOFFRIO: „In pectoris, inquit, hydrope et *empyemate*, oedema observatur, interdum in uno tantum, interdum in utroque brachio, prout in una aut altera thoracis cavitate, morbifica aliqua substantia colligitur. Hoc enim in casu semper pulmo elevatur, quia in imo pectoris stagnans materia, inferiorem dilatationem impossibilem reddit, ideoque ob pulmonem sursum cunctum, artuum superiorum oedema generatur, simulque rubicundus faciei color nunquam deficit: oritur enim (a

11. Posse verum pus, vomicam aut em-pyema constituens, absorberi et potissimum per mictionem evacuari ⁴⁶⁾, propria quoque experientia docere *videtur* ⁴⁷⁾. Absorptio puris.

12. *Vi-*

compressâ per pulmonem elevatum vena subclavia illius lateris) a difficili transitu sanguinis ab arteriis superioribus in venas.“ (De narium haemorrh. Comm. 1779. p. 38).

46) Sic testantur observationes LANGII (opp. T. II. Epist. 40.), ZACUTI LUSITANI (Prax. med. admirab. L. I. Obs. 118.), DIEMERBROECKII (Anat. L. I. C. 18.). Cfr. et Acta N. C. Vol. II. Obs. 16.

47) JACOBUS WOREK, famulus octodecim annos natus, matre phthisi pulmonali demortua genitus, a. 1817. mense Aprilis, gravis pneumoniae inflammatorio-rheumaticae neglectae die quinto ad clinicum Vilmense deportatur. Prima phlebotomia malum exasperat; secunda, tertia atque cucurbitulae scarificantes thoraci applicitae simul cum reliquis auxiliis anti-phlogisticis, levamen afferunt, sed morbum non tollunt. Quarta venae sectio vires frangit, pneumoniae symptomatibus ita recrudescentibus, ut aegrotus suffocationi fiat proximus. Praescribuntur vesicatorium ad pectus, infusum foliorum digitalis purpureae, calomel et inspiratio vaporum. Sub hac methodo evanescit quidem suffocationis periculum, atvero nulla sequitur crisis et aeger tertia morbi hebdomade elapsa, pomeridianis horis saepe horret, calet noctu sudatque mane, somno destituitur, marcescit, tussit continuo, sputa pauca mucosa rejicit ac maxime de oppressione pectoris, respirandi difficultate, dolore lateris dextri thoracis et decubitu impedito conqueritur. Viget interea ciborum desiderium; urina pauca, clara. Dia-

Diagnosis. 12. *Videtur*, inquam, nam nisi *diagnosis vomicae* per cadaveris autopsiam confirmetur, illam in dubium vocare⁴⁸⁾ semper licebit. Quamvis enim multa fuerint doctorum virorum conamina circa *distinctionem puris a lymphâ coagulabili*⁴⁹⁾, nihilominus criterium, cujus ope talis distinctio operari posset, adhuc desideratur. Nemo saltem nostris temporibus sputum suspectum pro pure ob id declarabit, quod aut in aqua salsa ad fundum tendat⁵⁰⁾, — aut prunis im-

gnosis vomicae instituitur, ordinatis diaeta lactea, aqua Selterana, seminibus phellandrii aquatici, lichene islandico et radice polygalae senegae. Vix praescripto hoc pharmaco (vigesima septima erat morbi dies) enurinam copiosam adeo puriformem ut pus ex abscessu te coram habere dixeris. Protrahitur haec evacuatio per hebdomadis circiter curriculum. Interea symptomata vomicae quotidie decrescunt, et tandem fugantur. Restauratis cinchonae et myrrhae ope viribus, juvenis, omnino sanitati restitutus, die quinquagesimo morbi clinico valedixit. Optima et nunc (1822) fruatur valetudine.

48) TULPIUS dixerat: „vomicam pulmonum non multo difficilius cognoveris quam curaveris.“

49) Praeter auctores allatos in P. I. Vol. I. §. XXXVIII. N. 8 (52 — 59). Commemorari meretur TITIUS diss. de diagnosi sputorum in phthisi. RIZZETTI de phthisi pulmonali specimen chemico-medice, Fascic. secundus in *Mém. de l'ac. de Turin. A. 1805 — 1808. T. 9. scienc. phys. et mathem. Hist. p. XXXII.*

50) Dixerat HIPPOCRATES: „Phthisicorum, in aquam salsam exspuentium sputa, si ad fundum tendant, cito

impositum male oleat ⁵¹), — aut cum oleo tartari per deliquium in gelatinam coalescat ⁵²), — aut globulos annulis coloratis circumdatos contineat ⁵³), — aut adpectum purulentum habeat. Eo magis periculum, pus cum lympa coagulabili confundendi, urget, cum *phthisis ex vomica* similitudinem magnam cum nonnullis morbis alat, in quibus *secretio morbosa lymphae coagulabilis* aut *inflammationi chronicae bronchiorum et pleurae*, aut *vitiis cordis et aortae* ortum debet.

13. *Inflammatiō chronica bronchiorum inter-* Distinctio
dum sub nomine phthiseos pituitosae ⁵⁴), seu vomicae a
tabis bronchiti-
 de chroni-
 ca.

pereunt.“ (Coac. praenot. N. 435. CHARTER. T. VIII. p. 877).

51) Inter letalia signa in phthisicis HIPPOCRATES, gravem sputorum odorem numerat (Aph. II. Sect. V. CHARTER. T. IX. p. 200).

52) GRASMEYER *Abhandl. v. d. Eiter u. v. d. Mitteln es v. allen ähnlich. Feuchtigkeiten zu unterscheiden.* Gött. 1790.

53) YOUNG *an introduct. to medical Literature.* Lond. 1813.

54) ROEDERER *diss. de catarrho phthisin mentiente.* Goett. 1758. WESTPHAL *Pr. de symptomatibus tabis pulmonalis non semper ab exulceratione pulmonum oriundis.* Gryphiswald. 1774. MURRAY *Pr. de phthisi pituitosa.* Goett. 1776. STOLL *rat. medendi.* Vol. II. p. 10. MAY *diss. phthisis pituitosae constructio et inedela.* Jen. 1803. WICHELHAUSEN *Ueber d. Erkenntniß, Vorhütung u. Heilung d. schleimigten Lun-*

tabis spuriae ⁵⁵⁾, descripta, jam dudum a legitima phthisi, utpote pulmonibus devastatis insignita ⁵⁶⁾, distinguebatur. Quanta illius cum phthisi ex vomica sit similitudo, ex sequenti bronchitidis chronicae descriptione palam fiet. Praeviis catarrho, scarlatina, morbillis, variolis, coqueluche, aeger post pastum frigus, a calore, praesertim volarum manuum, et a profusis sudoribus nocturnis exceptum, patitur. Conqueritur simul de difficultate spiritum ducendi, de anxietate et tensione totius pectoris et maxime de dolore sub sterno atque de sensu titillationis ingratae, ex eo loco ad guttur ascendentis. Sunt qui raucedine rebelli laborant. Praeterea respiratio,

genschaft. Mannh. 1806. CHALMER account of the weather and diseases of South-Carolina 1776. HAEN Rat. medendi. T. I. p. 116. Cfr. Cap. XII. §. LIX. N. 9.

55) BADHAM *an Essay on bronchitis with a supplement containing Remarks on simple pulmon. Abscess. Lond. 1814.*

56) Plurima cadavera, praesertim infantum, a bronchitide chronica demortuorum secavi, nihilque aliud in thorace invenire potueram, quam inflammationem membranae mucosae superficiem internam bronchiorum investientis et liquorem serosum in cavitates pleurae extravasatum. BAYLE (l. c. p. 395.) de aegro narrat in quo sectio cadaveris nequidem *inflammationem bronchiorum* confirmabat, quamvis praesentia effectus illius, lymphae scilicet coagulabilis, de praegressa inflammatione dubium non reliquerit.

ratio, saepe determinatis diei aut noctis horis, est sanae velocior, et sibilo seu strepitu peculiari insignita. Tussis in recenti morbo noctu, in malo provento, summo mane, maxime urget. Excitatur quocunque tempore a profunda inspiratione, simul dolorem augente. Decubitus in utraque latera concessus; supinus tamen haud raro mala adauget. Ad illa vix pertinet lateris dolor. Sputa ab initio nulla vel pauca sunt, sed sensim sensinque adeo copiosa evadunt, ut aeger inde non solum receptaculum illis excipiendis dicatum adimpleat, sed simul et strophium, mappas etc. conspurcet. Sunt autem sputa haec flava, flavo viridia, tenacia, ductilia, verbo, puri simillima, interdum pseudomembranis intermixta ⁵⁷). Ut plurimum eadem materia, quam sputa referunt, simul e naribus emungitur, perstantibus capitis gravedine, lingua alba, anorexia, urina sedimento lateritio insignita, et succedente, nisi macie, saltem carniū flacciditate. Morbus a tribus hebdomadibus (praesertim tempore

57) Huc saltem *frustulum* illud *membranaceum* revocarem, quod aeger ex ore traxisse dicitur, quodque pro *cy-stide vomicae* habitum fuit a REVOLAT v. *Journ. de méd. T. 33. 1808. Nov. p. 252.* Cfr. CONSBRUCH de membranosis concretis cum purulentis sputis ejectis (*Nova Acta Ac. N. Cur. Vol. VI. p. 165*). MARCORELLE, *Obs. sur un corps organisé ou ramifié, rendu par l'expectoration* (*Mém. de Paris a. 1762. Hist. p. 53*).

pore autumnali et hyemali) ad tres et ultra protrahitur menses. Hoc in casu distinctio a phthisi aliter fieri nequit, nisi ad trutinam vocatis constitutione aegri, morbis praegressis et praesertim curriculo praesentis aegritudinis⁵⁸⁾. Citius enim iste morbus decurrere solet ipsà phthisi ex vomica, hinc citius omni alia; immo in ea versamur opinione *phthises*, sic dictas, *cursus citati*⁵⁹⁾, nisi

58) Mense Septembr. 1815. domina C. W., ut phthistica, Vilnam delata est. Medicus senex Dr. VIRION morbum pro omnino conclamato declaraverat; quod iudicium plurimi alii confirmaverant. Ego vero cum audiverim morbum duntaxat a tribus mensibus durasse, aegrotam antea omnino sanam, atque nunquam morbis pectoris obnoxiam fuisse, cunquę originem aegritudinis praesentis ex catarrho neglecto, calefacientibus remediis tractato perpenderim, atque viderim brachia illustris feminae necdum ita emaciata esse, uti sub tanta febre (pulsus enim 146 in sexagesima horae parte micabat), sub tantis sudoribus (plura scilicet indusia unius noctis curriculo mutare coacta erat) tantisque pectoris malis (continua nempe tussi cum sputis puriformibus excruciabatur) expectandum fuisset, me non solum morbum istum (bronchitidem chronicam) neutiquam pro conclamato habere, sed imo non parum recuperandae salutis spei alere declaravi. Ac re quidem vera, rejectis calefacientibus, adhibitisque digitali purpurea, nitro, aqua selterana et foniculis, aegrota sex hebdomadum spatio, perfectae sanitati restituta est, atque adhuc, plurimorum infantum mater, sanissima vivit. Similes casus ultra deceni numero.

59) GALL. *phthisie galopante*. GERM. *Gallopirende Lun-*

nisi ad phthisin tuberculosam, cui morbus aliquis acutus male curatus superveniat, pertinuerint, *bronchitides chronicas* stitisse. Praeterea hic morbus cum inconsueta phthisicis virium prostratione decurrit, saepe symptomatibus febris lentae typhoideae insignitur ⁶⁰), atque nonnunquam cum plica latente nexum habet ⁶¹). Cum bronchitide chronica magnam affinitatem alit *catarrhus chronicus pulmonum*, aliis *asthma pituitosum*, nobis *blennorrhoea bronchiorum*, de quo morbo alio loco ⁶²) sermo instituitur.

14. Sicuti *pleuritis acuta* pseudo-abscessui Distinctio
vomicae a
ansam

gensucht. Cfr. PORTAL *von d. Lungensucht*. 2. Th. p. 100. PERCIVAL in *Mem. of the medic. soc. of Lond.* Vol. 2. p. 288.

60) P. I. Vol. I. Cap. IV. §. LIII.

61) Mense Novembris a. 1819. Uxor civis Vilmensis, musicae operam navantis, post febrem catarrhalem neglectam, praecipua vomicae exhibuit signa. Horrores enim pomeridianos calor urens excipiebat (accedente delirio et tendinum subsultu), subsequenter sudoribus copiosissimis nocturnis. Aegra emaciata, respirationis difficultate et crebra tussi cum sputis copiosissimis puriformibus vexabatur. Instituto consilio, medicorum unus de vomica haud dubitandum esse asseruit, alter vero mecum, fortasse vomicam latere posse, verisimiliter vero morbum ad *bronchitidem chronicam* pertinere asseruit. Sexta morbi hebdomade ad finem vergente en *trichoma*, quo evoluto, totus morbus cessavit.

62) Cap. XII. §. LIX. N. 9.

pleuritiide
chronica. ansam praebet⁶³⁾, ita et *chronica*. Morbus iste (cujus exempla narrant BAYLE⁶⁴⁾, MANOURY⁶⁵⁾ et nonnulla ipsi observavimus) prae omni alio symptomate *dolore lateris cujusdam thoracis*, eoque constanti, insignitur; qui dolor ab omnibus rerum positionibus motum pectoris accelerantibus, nec non a decubitu in latus affectum, invalescit. Accedit tussis, ut plurimum saeva, inanis, cum sputis mucosis, albumini ovi similibus, saepe admodum copiosis. Percussus lege artis thorax lateris affecti, obscure resonat. Evolvitur tandem febris veluti hectica, quin tamen corpus multum emacietur. Enarrata symptomata, praeter pectoris dolorem, pro tempore evanescere, ac concessis intervallis plus minus longis, redire solent. Morbus sic per plures annos trahitur, donec febris, macies, oedema brachii lateris affecti, vel etiam apparitio pseudo-abscessus inter unam et alteram costam, superveniunt, et aeger cum omnibus signis phthiseos pulmonalis conclamatae morietur. Secto cadavere, pulmones

nec

63) Cap. VIII. §. XXXII. N. 2 (70).

64) Op. c. Sect. VII. *Obs. de pleurésies chroniques qu'on aurait pu prendre pour des phthistes* p. 355—364.

65) *Annuaire de la soc. de méd. du départem. de l'Eure*. 1807. p. 87. 161. Cfr. FERREYMOND *filis Responses à ces questions I. Comparer le diagnostique de la phthisie pulmonaire avec ceux du catarrhe pulmonaire et de la pleurésie chronique*. v. SÉDILLOT *Rec. period. de la soc. de méd. de Paris*. T. 53. p. 345.

nec quidquam laesi inveniuntur⁶⁶); ast aliquando deficere videntur. Apparens iste pulmonis defectus, pseudomembranae illum involventi atque in angustum interdum spatium comprimenti, ita ut parenchyma aëre orbatum firmumque sit, debetur. Alias pulmo, etiamsi nulla membrana obductus, cum superficie sua, pleurae costali⁶⁷), mediastino, pericardio, diaphragmati adhaeret. Membranulae, hujusmodi adhaesiones efficientes, nonnunquam saccum lymphæ coagulabili repletum, constituunt, qui saccus, dum vicinum pulmonem comprimit, in illo foveam relinquit. Pleura costalis saepe crassa est. Cavum lateris thoracis affectum fere semper serum purulentum continet⁶⁸).

66) „In cadavere hominis, cujus morbum non noveram, cum a vespillone furtim ablatum redemissem in usus anatomicos, inveni pulmonem sinistram firmiter accretum pleurae lata admodum plaga, dum scalpello solvebam hanc, ut pulmonem educere possem, ingens copia puris effluxit: interim tamen patuit, examine instituto, *pulmonem non fuisse purulentum, sed tantum accretum firmiter huic sacco purulento ex suppuratione pleuritide nato.*“ SWIETEN Comment. §. 893. Cfr. BLEULAND: observatio, sacci pure repleti, qui prope pericardium ortum ducens inter pulmones usque ad columnam vertebralem descendebat. Pulmones erant sani, sed versus costas depressi. (Diss. de difficili aut impedita alimentorum depulsione. Lugd. Bat. 1730. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 9. B. p. 732. DOLAEUS. L. II. Prax. C. 4.).

67) Cfr. casus vix allatus SWIETENII.

net ⁶⁸⁾. Ex dictis abunde colligitur, pleuritidem chronicam, utpote pulmones non destruentem, ad phthisin, stricte loquendo neutiquam pertinere. Utinam aequè clare eluceret, quo pacto istiusmodi morbi a se invicem ad lectus aegrorum sint distinguendi! Talem distinctionem solum in primo morbi limine, habita ratione doloris pectoris fixi, reliqua symptomata obfuscantis, locum habere posse, credimus.

Monitum. 15. Atque hîc praeterea monere juvat, aut *pseudo-abscessum pleurae*, qui inter costas comparet, aut *vomicam ipsam*, quae ex pulmone cum pleura concreto sibi extus viam parat, confundi posse, vel cum *abscessu musculorum thoracis*, vel cum *aneurysmate arteriarum intercostalium*, vel cum *hernia pulmonum*. *Abscessus musculorum thoracis* praegressi rheumatismi acuti ⁶⁹⁾, aut, ut loquuntur, pleuritidis spuriae effectus non admodum rarus est. Cognoscitur ex morbo praegresso, ex fluctuatione superficiali, ex volumine tumoris ab inspiratione aut expiratione haud mutato et ex dolore majori sub elevatione brachiorum aut conversione corporis in latus oppositum. Sedes puris inter musculos et pleuram. Haec cum interdum in cavitatem pectoris

68) Ob hanc rerum complicationem, coactus sum, partem doctrinae pleuritidis chronicae ad illam hydropis cavitatum pleurae remittere.

69) P. I. Vol. II. C. XLIV. §. CLXXXIV. N. 5.

ctoris promineat saccumque efformet, facta extus aut spontanea aut artificiali ruptura exploratoque vulnere ope specilli, contingere potest, ut medicus, illud ad ipsam thoracis cavitatem penetrasse credat, cum tamen re ipsa non nisi ad spatium inter musculos externos et pleuram relictum pervenerit. *Aneurysma arteriarum intercostalium* commune quidem non est, at vero casus memores sumus, ubi expertus caeterum chirurgus, illud pro abscessu habuerit, atque secavit, aegro extemplo demortuo. Juvabit hinc ex chirurgicis signa istiusmodi aneurysmatis ad memoriam revocare; item doctrinam *herniarum pulmonis* 70).

16. *Vitia cordis* et longe adhuc magis illa *aortae*, per mechanicam in pulmones et tracheam, caeterum illaesas, actionem, cum haud raro dyspnoeam, pondus sub sterno, tussim cum sputis puriformibus gignant; facile cum phthisi ex vomica confundi possunt, quod memorabile argu-

Distinctio vomicae a vitiis cordis et aortae.

70) Legatur de hoc argumento: PELARGUS *medizinische Jahrg.* 3. B. p. 85. BRUND'S *Sendschreiben an HENKEL.* Hann. 1771. MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 6. B. p. 728. SABATIER *médecine opératoire.* T. 2. p. 301. RICHERAND *nosographie chirurgicale.* T. 3. p. 167. GRATELOUP in *Joarn. de med. (ancien).* T. 33. p. 416. MERCIER in *Journ. gén. de méd.* T. 34. Avr. 1809. CHAUSSIER *ib.* 1814. VOIGTEL *Handb. d. path. Anatom.* 2. B. p. 169.

argumentum alio loco ⁷¹⁾ additis stupendis nostris observationibus, dilucidabimus.

Prognosis. 17. *Prognosis phthiseos ex vomica*, a via, quam haec ipsa init, pendet. Vomica in bronchia ita depletâ, ut aeger pus omne rejici possit, sique ipse aliunde sanus fuerit ⁷²⁾, non desperandum est, unde ait HIPPOCRATES ⁷³⁾: „quicumque ex peripneumonia aut pleuritide suppurati fiunt, minime moriuntur, sed sani fiunt.“ Et MEAD ⁷⁴⁾: „is morbus, etsi gravis sit, et in tabem saepe desinat, haud tantum periculi affert, quam minores illae exulcerationes ⁷⁵⁾.“ Posse enim ulcera pulmonum aliquando sanari et visceris substantia consolidari, ipsae cadaverum sectiones, hominum quondam phthisi affectorum, dein ex aliis morbis demortuorum, ac cicatrices in pulmonibus exhibentium, docere videntur ⁷⁵⁾.

Majo-

71) Cap. de aneurysmate aortae.

72) Legisse non penitebit de hoc argumento SWIETENII comment. §. 1206. p. 64.

73) De locis in homine C. 7. CHARTER. T. VII. p. 386.

74) Monita et praecepta p. 53.

75) De tuberculis quaestio est. Et HIPPOCRATES, ubi non post validas inflammationes, sed ob alias causas vomica parva in pulmone nascebatur, pejora metuebat.

76) MUDGE *medical cure of the catarrhus cough* p. 76. VETTER *Aphor. aus d. pathol. Anatom.* p. 122. Anmerk. (Narrat exemplum medici primarii nosocomii Vindobonensis, quondam collegae mei SALLABA, qui primum symptomatibus phthiseos pulmonalis laborave-

Majorem adhuc salutis spem affert puris rejecti conditio laudabilis ⁷⁷⁾ unde iterum HIPPOCRATES ⁷⁸⁾: „oportet enim eum, qui probe liberari volet, facile sputum per tussim rejicere, et id esse album et aequale et ejusdem caloris absque pituita.“ — Et BENEDICTUS ⁷⁹⁾: „si artis adminiculo sputum variegatum fit concolor, si a foedato optime depuratum, si ab inaequali optime subactum, si a salino insipidum, si a foetente inodorum, si denique facilius provenerit, sanitatis futurae indicium est.“ Addit adhuc: „Si interdum sputa semper depurata proficiscantur, licet noctu male colorata et constituta videantur, nil desperandum: de die etenim sputa bene subacta et alba sanitatem reducem pollicentur. Cave vero ne in nimia spe sis, nisi facta rupturae vomicae illico omnia in melius mutentur.“ Aurca hinc verba retulit HIPPOCRATES ⁸⁰⁾, dicens: „superstites evadunt ex his potissimum, quos febris eodem post eruptionem die dimiserit, et qui cibos celeriter appetant, et siti liberati sint; et venter tum exigua tum compacta deiciat, et pus album et laeve et ubique ejusdem coloris

rat, ac dein ex typho nosocomiali obiit. Pulmones plures cicatrices exhibebant, cum evidenti jactura substantiae).

77) P. I. Vol. I. Append.

78) Praedict. L. II. C. 6. CHARTER. T. VIII.

79) Tabid. theatr. p. 112.

80) in Prognosticis.

coloris sit, et a pituita liberum, et citra dolorem et vehementem tussim expurgetur. Sic quidem optime et celerrime liberantur: sin minus, hi, quibus proxima his contigerit. Intereant vero, quos et febris eodem die non dimiserit, sed quum videtur dimisisse, iterum recalescens appareat; et sitim quidem habuerint, cibos vero non appetiverint, et alvus liquida fuerit, pusque ex viridi pallidum et lividum expuerint, aut pituitosum et spumosum. Si haec omnia contigerint, intereunt. At quibus ex his quaedam accesserint, quaedam non, illorum quidam intereunt, quidam etiam multo post tempore superstites evadunt. Verum ex omnibus signis, quae adsunt, tum in his, tum in aliis morbis, conjecturam facere oportet.“ Cur vomicae sanatio tot prematur difficultatibus, haud arduum est intelligere. Enim vero, observantibus jam GALENO⁸¹⁾ et ARETAEO⁸²⁾ ad vomicam deplendam requiritur tussis, haec vero altera ex parte consolidationi ulceris obstat. Interea cadaverum sectiones virum expertum⁸³⁾ edocuerunt, pulmonum

81) Method. med. L. V. C. 8. CHARTER. T. X. p. 116.

82) Lib. VIII. C. 67. p. 88. ait: „quasi in circulum revolvi mala, cum a tussi lancinatum pulmonis ulcus denuo inflammetur, inflammatum rursus maturatione opus habeat, maturum pus iterum per tussim repurgari debeat.“

83) AUTENRIETH in *Tübing. Blätter f. Naturwissenschaft u. Arzneyk.* 1. B. 1. St.

monum ulcera non per cicatricem sanari, sed ab illis *cavum clausum* relinqui. Utut sit, experientia GALENI⁸⁴⁾, SCHENKII⁸⁵⁾, WILLISII⁸⁶⁾, SWIETENII⁸⁷⁾, et nostra⁸⁸⁾ compertum est, dari ul-

Rr 2 *cera*

84) „Quae vero in pulmone jam longo tempore remanserunt, quamvis aliquando curentur, relinquunt tamen in ipso *callosum quid* et fistulosum, quod tractu temporis levi occasione excoriatur.“ (De loc. affect. L. IV. C. 8. p. 467).

85) Observat. rar. p. 260.

86) „Accidit interdum foveam quandam aut forsam binas in pulmonibus efformari easque circum circa *parietes callosos* obtinere, ita ut materies ibi collecta in massam sanguineam minime transferatur, sed quotidie tota copia licet ingenti expectoretur. Taliter affecti, quasi tantummodo *fontanellam* in pulmone haberent, sputum etsi multum et crassum, immo flavum et purulentum quasi, omni mane, aliquantulum in toto die, rejiciunt, tamen alias satis sani degunt, bene respirant, comedunt et dormiunt.“ (De medicam. operat. Sect. I. C. 6. p. 16).

87) „Vidi per quadriennium ante mortem, virum qui septuagenario major obiit, quotidie mane uncias aliquot puris albi, cocti, exspuere cum magna facilitate, et deinde saepius per diem similia sputa educere, sancte asseverabat, se jam a triginta annis similem puris copiam ejicere.“ (Comment. §. 1206.).

88) Uxor praesidis L a decem annis omni mane quatuor et ultra uncias sputorum purulentorum non dicam rejicit, sed sine omni vi effundit. Interdum parum tussit cum sputis sibi consuetis. Caeterum sat

cera antiqua callosa pulmonis, quae sanitati magnum detrimentum non afferunt, sed veluti cauteria, quorum vices agunt, quodammodo conducunt. Nisi autem vomica ita depleatur, ut pus debito modo evacuari possit, aeger, ut diximus, extemplo suffocatur. Oportet igitur in prognosi eo cautiores esse, cum vomicae symptomata aliquando ita ambigua sint, ut aeger, quem solum catarrho, seu dyspnoea laborare dixeris, dum id minus expectaveris, e medio tollatur ⁸⁹⁾. Si vomica conspicua in parenchyma

pul-

bene valebat, donec anno elapso in scirrhum uteri incidere.

89) Jam GALENUS (L. I. de locis affect.) conquestus est, malum hoc non raro prius se non prodere, quam aegrum interimat. Et FERNELIUS (L. V. Pathol. C. 10.) multos eorum observavit, qui omnia munia rite exercebant, rupta derepente vomica e medio sublata sunt, in quorum numero etiam duo medici reperiuntur, qui nullis signis impendens periculum praevidere potuerant. Unde SIVIETEN ait (Comment. §. 1185.): „in historia medica numerosi casus leguntur illorum, qui subito extincti fuerunt catarrho suffocativo, uti credebatur, in quorum cadaveribus omnia vasa aërea pulmonis pure plena inventa fuerunt, quibus etiam per os et nares magna vi erupit.“ Cum Pater meus a. 1784. officio professoris praxeos medicae in Universitate Goettingensi fungi incepisset, ad comitissam a H.....G, in distantia nonnullarum miliarium ab illa urbe habitantem, vocatus est. Vix aegrotat uxor mea, aiebat Comes, teque solum ut familiaritatem pro temporibus futuris incamus, accersiri curavimus.

pulmonum irruat, de vita actum est. Idem de *empyemate legitimo* dicendum: persuasi enim sumus,

Revera pater meus uxorem comitis prope examinans, invenit illam quidem de phthisi suspectam, caeterum vero vix aegrotantem. Datis nonnullis monitis, postridie jam veniam abeundi petebat, cum aegram plus praegresso die rubentem atque dyspnoea laborantem, pulsu simul tenso reddito, viderit. Haec perpendendo, venae sectionem suasit. Antequam vero chirurgus advenerit, en misera ejulatum edit, nonnullos rhonchos stertentes ducit, ac convulsa, sine pulsu et halitu, in latus conjicitur frigida. Maritus terribili huic scenae praesens, imprecationibus Patrem meum obiuebat. Tu professor praxeos, exclamabat? Per nycthemerum aegrotae adstitisti, et periculum, in quo versabatur, neque ex longinquo suspicatus es Quibus injuriis Pater meus nonnisi diagnosin vomicae pulmonis inopinate ruptae opposuit, affirmans, sectionem cadaveris illum ab omni culpa liberaturam fore. Interea corpus jamjam exanime undique pannis laneis calefactis perfricare jussit. Post decem circiter minuta, ictus cordis percipiebatur, cui brevi post alter et tandem pulsus in carpis, irregularis licet atque exilis, subsequiebantur. Tandem et respiratio, stertorosa quidem, locum obtinuit. Porrigam emeticum, exclamavit Pater meus, sed quod sub vomendi actu aegra non moriatur, haud spondeo. Age, respondit maritus, in genua procumbens jamque deprecatum pro se faciens. Exhibetur ipecacuanha, succedit vomitus, ac illius ope quatuor librae puris rejiciuntur. Quo vix facto, aegra subridens ait: „*je vous ai fait peur, n'est ce pas?*“ — Decem adhuc circiter annos vixit ac dein lenta phthisi obiit.

sumus, exempla quotquot de sanatione perfecta empyematis exstant, aut ad abscessus musculorum thoracis, aut saltem ad pseudo-abscessus pleurae pertinuisse. Hisce abscessibus neglectis, *caries costarum* expectanda ⁹⁰⁾).

Cura. 18. Quenam cautelae in pneumoniis, obveniente suspitione vomicae, observandae sunt, dictum est ⁹¹⁾. Adde aegrotum diu noctuque custodiendum esse, ne, si ruptura contingat, auxilio tam necessario adstantium in corpore elevando et perfricando, orbatus sit. Esto in promptu et emeticum (ex *radice ipecacuanhae*), ut vomitus rejectionem puris adjuvet. Deficiente emetico pharmaceutico, emesis per faucium ope plumae oleo intinctae titillationem provocari potest. Possent quoque lenia vomitoria alternis diebus scopo vomicam maturandi illiusque rupturam accelerandi, exhiberi; — ast, cum certi non simus, num vomica bonam initura sit viam nec ne, hocque in casu artis conamen vitam breviorum redderet; rem potius naturae committere et patientia uti malimus. Propositum hoc non impedit, quominus ad vomicae in bronchia rupturam sollicitandam, *inspirationem vaporum* ope machinae *Mudges* suadeamus. *Subfumigia*,
eodem

90) HEISTER Act. phys. med. T. I. Obs. 174. p. 394.
Acta mea clin. T. II. p. 83. LEE in *med. Repository*.
Vol. 4. N. 2. Art. 7.

91) Cap. VIII. §. XXVI. N. 18.

eodem fine adhibita ⁹²⁾, utpote nimis irritantia ⁹³⁾ solum in seniori hujus morbi periodo locum inveniunt. Si ante vomicae rupturam dyspnoea et angustiae maximae forent atque febris vehemens, *Venae sectio* modica indicatur. Verum si difficultas respirandi potius a liquore in cavitates pleurae extravasato, quam a vomica pendeat (quod arguimus inprimis si oedema extus compareat et urina pauca sit), phlebotomia parum boni praestare solet, ac maxime indicatio urinam promovendi coram oculis habenda est. Optima hac sub rerum positione diuretica sunt *nitras potassae*, *stipites dulcamarae*, *radices ononidis spinosae* et *polygalae senegae*. *Folia digitalis purpureae* tum maturationi abscessus, tum rejectioni puris obstare videntur. Caeterum si necessitas illa quatenus diureticum tentandi urgeret, effectus pravi per connubium cum parvis dosibus *radicis ipecacuanhae* ⁹⁴⁾, aut *scillae marinae* ⁹⁵⁾ corriguntur. At, diuturnum hujusmodi

92) SWIETEN Comment. §. 1210.

93) Cfr. (26.) infra.

94) §. XLIV. N. 16 (53). Monet DUNCAN (l. c. p. 91.):
 „after a rupture of the apostema has taken place, whether spontaneously or by artificial means, emetics may be of great service, as promoting the evacuation.“

95) R. Foliorum digitalis purpureae scrupulum un. Infunde c. s. q. aquae fervidae per quart. horae partem. Colat. librae unius adde Oxy-mel. scillae un-

modi pharmacorum usum, ventriculus, praesertim aegroti sensilis, haud sustinebit⁹⁶). Quodsi *digitalis purpureae* usum in cura vomicae restringimus, contra illi amplum spatium in therapia *bronchitidis chronicae* (in quo morbo et *acidum hydrocyanicum* commendatum fuit⁹⁷) concedimus. Mirifice sane hîc agere solet! Sustinemus *digitalis* virtutem; ope *aquae selteranae* cum *lacte* tepido epotae, et *fonticulorum* lateribus thoracis admotorum. Quod ultimum auxilium, neque in *vomica*, neque in *pseudo-abscessu pleurae*, neque in *hydrope acuto cavitatum pleurae* negligendum est. Primo enim in casu non nocet, et in reliquis, imprimis si aegrotus de dolore fixo ad aliquod thoracis latus conqueratur, quammaxime prodest⁹⁸), quod et de *setaceo* eo magis

ciam un. M. D. S. Tertia hora quaque uncias duas capiat.

96) Sapienter BENEDICTUS monuit: „medicamenta acria et stimulantia, torpidis, eaque de causa congestionem nimis tolerantibus, solummodo concedenda, quae per intervalla quaedam tantum usurpanda. Exceptis enim quibusdam intervallis, in quibus acria et stimulantia conveniunt, medicamentis prius dictis (nutrientibus et demulcentibus) tota morbi decursu insistendum.“ (l. c.).

97) CERUTTI apud ROCXI op. c. p. VII.

98) Mense Januario a. 1814. judaeam octodecim annor. curavi, quae vix absoluto puerperio, balneum frigidum adhibuit, ac inde in febrem catarrhalem (forte pneumoniam) incidit, quam neglexit. Tertia morbi

magis valet, quo firmior aegroti constitutio⁹⁹⁾.
Moxam ad locum dolentem¹⁰⁰⁾ nunquam applicuimus. Dum aut ipsa vomica, aut pseudo-abscessus pleurae, inter costas in conspectum venit, ille secundum chirurgiae praecepta, sine mora aperiendus est. *Paracentesin thoracis*, in cura hydropis cavitatum pleurae suo loco commendandam, in illa genuini empyematis, rejicimus; enimvero educto feliciter e thoracis cavo alterutro pure, — quid cum ulcere pulmonis, nunc plus quam antea aëris contactui exposito, continget?

hebdomade advocatus, aegram cum omnibus symptomatibus empyematis (aut saltem hydropis acuti purulenti cavitatis pleurae dextrae) suffocationi proximam inveni. Digitalis purpurea incassum praescribebatur. Miraculi vero instar *cauterium* parti inferiori thoracis dextri applicitum, exhibito simul nitro cum emollientibus egit, aegra enim perfectae sanitati restituta est.

99) A. 1821. D. BOHDANOWICZ, qui, post febrem catarhalem neglectam, empyematis signa exhibebat, setaceo lateri thoracis dextro admoto et lacte perfectae sanitati restitui. Cfr. FABR. HILDANUS. C. 2. Obs. 38. MEIBOMIUS Diss. de phthisi.

100) VAIDY *faits constatant l'efficacité du moxa, dans le traitement des phlegmasies chroniques des organes de la respiration.* v. Journ. gén. de méd. franç. et étrangère. 1820. Juill. p. 55. SAISSY in *Annal. de la méd. prat. de Montp.* T. 32. p. 221. SCHLEGEL d. *Brenncylinder, ein Rettungsmittel in d. eiternden Lungensucht.* in HUFELAND'S Journ. 1822. Jan. p. 3.

tinget? Inficias quidem non ibimus posse paracenteseos thoracis ope, suffocationis periculum pro tempore ab aegro empyemate laborante averti, ideoque ipse quodammodo sublevari; verum tale temporarium levamen, utpote brevi post a funere exceptum, in praxi quidem nosocomiali, vix unquam vero in civili, cujusdam ponderis est. Rupta quocunque demum modo vomica, nisi symptomata inflammatoria continuationem methodi antiphlogisticae exposcant, indicatio est, vires sustinendi, bonam suppurationem et facilem sputorum rejectionem obtinendi. Esto hinc *victus*, ut supra indicavimus ¹⁾, *nutriens*. *Lactis* virtus hinc magis adhuc quam in phthisi scrophulosa, eminet. Inter alimenta laudem promeruerunt: *marmotta alpina* ²⁾, *helix limacea* ³⁾, *cancer astachus* ⁴⁾, *ostrea edulis* ⁵⁾ et *clupea haren-*

1) §. XLIV. N. 16.

2) OKEN *Isis vom J.* 1819. p. 1310.

3) SERENUS SAMONICUS cochleas contusas cum vino exhibebat:

„Si vero phthisis annoso sedet improba morbo
Intritas vino cochleas hausisse juvabit.“

PAULINI in *Misc. Ac. N. C.* Dec. II. An. 6. Append. p. 28. RÜDE *pharmaceut. Erfahr.* Leipz. 1815. p. 113. *Gründl. Heilart d. Lungenschwindsucht.* Wien 1820. p. 159.

4) CARDANUS jussit aegroto ut sola ptisanna pro cibo uteretur, aquaque cum saccharo confecta: acciperet autem singulo mane uncias quatuor decocti caudarum

harengus ⁶⁾, ipsaque *adeps* ⁷⁾. Ad pharmaca quod attinet, quondam virtus *herbae nicotianae tabaci* magni fiebat in cura vomicae ⁸⁾. Tandem virtus *corticis cinchonae officinalis* ⁹⁾ sub forma
tum

et chelarum cancrorum in aqua hordei cum drachmis duabus sacchari (De curat. admir. Curat. 8. T. VII. p. 254).

- 5) TULPIUS de femina narrat ex catarrho neglecto in phthisin conjecta, quae cum omnino desperata videretur, incepit *ostrea cruda* appetere, quae avide comedit tali cum effectu, ut convaluerit (Lib. II. Cap. 8.).
- 6) Jam HIPPOCRATES in suppuratis, ut exscreationem promoveret, *cibos salsos* dari jussit. (De locis in homine Cap. 8. CHARTER. T. VII. p. 367).
- 7) *Die Lungenkrankheiten, insbesondere d. Lungenschwind-sucht, aus physischen, patholog. u. therapeut. Gesichtspunkten betrachtet. Eine akad. Vorles. v. HERHOLDT. A. d. Dänisch. übers. Nürnberg. 1813. Cfr. Salzburger med. chir. Zeit. 1816. N. 494. Narratur quod LENTILIUS jam dudum adipem caninum adversus phthisin adhibuerit. (Eteodromus med. pract. a. 1709. Stutg. 1711. p. 195).*
- 8) In expectoranda vomica inquit ETMÜLLER (Comment. in SCHROEDER p. 68.) expertissima est *nicotiana* et ex eo paratus syrupus, de quo legi meretur EPIPHAN. FERDINANDUS. Hist. 32 et 45.
- 9) JAEGER Diss. corticis peruviani in phthisi pulm. hist. et usum exhibens. Tub. 1779. v. BALDINGER Sylloge opusc. Vol. 6. MACHTHOFF Diss. annotationes circa usum corticis peruviani in phthisi pulmonali. Stutg. 1792.

tum decocti ¹⁰⁾, tum extracti ¹¹⁾, plus ¹²⁾ minusve ¹³⁾, celebrata est. Antepone illi solemus
liche-

10) R. Corticis peruviani unciam senis. Radicis Salep scrupul. unum. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colaturae librae un. adde syrupi althaeae unciam un. M. D. S. Cap. quatuor vicibus spatio nycthemeri.

11) R. Extracti chinae drachmas duas. Mucilaginis gummi Arab. Syrupi simplicis àà unciam unam. Aquae fontis uncias sex. M. S. D. Vase probe agitato. Cap. omni tertia hora unciam un. Cfr. MALTERNICII *Mém. sur les heureux resultats obtenus de l'extrait de quinquina administré à très hautes doses dans la phthisie pulmon.* v. SÉDILLOT l. c.

12) MORTONUS (l. c. Lib. II. p. 75.) cinchonam imprimis ad febrem hecticam temperandam maximi facit, monuitque se „aliquorum phthysicorum pro deploratis jam habitorum vitam frequenti ejus usu non tantum per plures menses, verum etiam annos protractam“ vidisse. Sed alibi (l. c. C. 8.) ait: „libere tamen fateor me non observasse corticem acque certo et perpetuo in febre phthysica intermittente scopum suum attingisse, ac in intermittente simplici a mera morbida sanguinis diathesi orta: ubi autem minus proficere perspexi, semper suspicatus sum jam laedi cerebrum et genus nervosum, atque aegrum deliriis et spasmis magis obnoxium fuisse quam antea fuerat.“ Cfr. SÉDILLOT *Obs. sur le bons effets du quinquina dans la phthisie pulmon.* *Recueil périod. de la soc. de méd. de Paris.* T. 36.

13) Haud prodesse jurc monent FOTHERGILL (l. c. p. 310.): „I have seen the bark given in almost every

*lichenem islandicum*¹⁴), *radicem symphyti officinalis*¹⁵),

state of the phthisis pulmonalis. . . What was the consequence? frequently haemoptysis and all its worst attendants." Cfr. DESAULT (*sur la phthisie* p. 373.), DE MEZA (Act. R. soc. med. Havn. Vol. I. p. 40.), SIMMONS (*Pract. obs. on treatment of consumptions*) et SIGWART (Diss. histor. corticis peruviani et usus in phthisi limitandus. Tub. 1782).

14) EBELING Diss. de quassia et lichene island. TROMSDORFF Diss. de lichene island. Erf. 1778. CRAMER Diss. de lichene island. Erlang. 1780. STARING de viribus lichenis island. Harderov. 1791. Primum in phthisi commendavit lichenem LINNAEUS (Diss. de usu muscorum IV. Amoenit. acad. Vol. VIII. N. 145.); secutus est meus quondam in botanica Magister SCOPOLI (Hist. natur. An. I. 1769. p. 112. An. II. p. 141). Accesserunt STOLL (Rat. med. P. II. p. 324.), HERZ (*Briefe an Aerzte. 2. B. p. 98.*); CRICHTON (*Lond. med. Journ. Vol. 10. v. Abh. f. pr. Aerzte. 13. B. p. 437.*), REECE (*Obs. on the antiphthisic. properties of the lichen island. Lond. 1804.*), SCHÖNHEYDER Experimenta cum musco Islandico in phthisi et tussi purulenta (Soc. med. Havn. Collectanea. Vol. I. p. 120.) etc. Exhibeo lichenem islandicum aqua fervida repetitis vicibus ablutum (ut omne principium amarum, utpote nimis irritans extrahatur), coquendo dein unciam semis illius c. s. q. aquae ad colaturam librae unius. D. S. Cap. spatio nycthemeri quatuor vicibus, cum aequali lactis portione. Potest lichen ablutum quoque in *pultem* cum lacte coctum ad libras duas de die porrigi. Mutandi gratia et lichenis tum *gelatinae*, tum *pastae* (DEVILLIERS in *Journ. gén. de méd. 1818. Nov.*) locus est.

nalis ¹⁵⁾, et *viscum quercinum* ¹⁶⁾. *Corticem Alcornoque* ¹⁷⁾ sors omnium specificorum adversus phthisin commendatorum expectare videtur. A *balsamis* ¹⁸⁾, *oleo asphalti*, utpote nimis irritantibus ¹⁹⁾

15) R. Radicis consolidae majoris unciam semis. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colaturae librae unius adde syrupi capillorum veneris unciam unam. M. D. S. Cap. quatuor vicibus nyctthemeri spatio.

16) R. Visci quercini drachmas tres. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colaturae librae unius adde syrupi althaeae unciam unam. M. D. S. Cap. omni tertia hora uncias duas. Pharmacum istud virtute peculiari in nervos pulmonum pollere, ex alio hujus libri loco (Cap. XIV. §. LXV. N. 7 (22.)) apparebit.

17) Diaria medica, ad nova pharmaca decantanda semper parata, corticis *alcornoque* virtutem, ut specificum contra phthisin, populis Americae notum, celebrare inceperunt. Minus promptus istiusmodi encomiis aures praebendi, aegrosque meos pharmacis mihi non probe notis obruendi, hoc pharmacum haud praescripsi. Ex aliorum experimentis apparet, virtute quadam tonica non carere. Legatur: *Rapport fait à la soc. de méd. sur un remède nouvellem. proposé contre la phthisie pulmon.* in *Annal. de la soc. de méd. prat. de Montpell.* T. 37. p. 367. T. 38. p. 91.

18) LEUTHNER *Neue prakt. Versuche über d. besondern Heilkräfte d. Bergöls in d. Lungenschwindsucht.* Augsb. 1777. COURCELLES in *Haarlem. Verhandl.* 8. B. 1. St. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. B. 2. St. p. 151. SIEBOLD in *Museum d. Heilk.* 3. B. p. 219. BANG in *Act. Soc.*

tibus¹⁹⁾ abstinemus. Item a *squilla*²⁰⁾. Illorum pharmacorum vices longe securius agunt gummi resinae, maxime *gummi ammoniacum*²¹⁾ et *myrrha*²²⁾, cui celebrata mixtura *Griffithii*²³⁾

med. Havn. Vol. 2. p. 292. RANOE ib. p. 306. Dosis a gutta una ad duodecim bis terve de die.

- 19) „Fatebatur BOERHAAVE se quondam talia frequenter adhibuisse in pulmonis aliorumque viscerum vomicis curandis; usu tamen didicisse, *quod nocuerint potius quam profuerint*“ (SWIETEN Comm. §. 858.). Ait summus FOTHERGILL: „*an idea that all balsams are healing, and that in all ulcers, not excepting those of lungs, they are indicated, has so greatly prevailed, that to doubt of its propriety, would seem to betray a want of physical knowledge. Yet I cannot but suspect, nay, more than suspect, that this idea has been the means of precipitating too many of these unhappy invalids prematurely to their grave* (Remarks of the use of balsams in the cure of consumptions. v. Med. obs. and Inquiries by a soc. of physic. in Lond. Vol. 3. p. 231. Vol. 5. p. 345. Works. Lond. 1784. Edit. 4. p. 297).

- 20) Damnat usum hujus remedii jure FOTHERGILL (Works p. 320.) dicens: „*Under such circumstances, to give a medicine the most irritating of all others, seems highly improper.*“

- 21) R. Gummi ammoniaci drachmam unam. Mucilaginis gummi arabici, syrupi simplicis ãã unciam unam. M. triturando affunde aquae fontis uncias novem. M. D. S. Capiat omni tertia hora uncias duas.

- 22) *Extractum myrrhae aquosum, myrrhae in substantia antepono.* R. Extracti myrrhae aquosi drachmam semis. Mucilaginis gummi arabici, syrupi simplicis ãã

thii ²³⁾ effectum suum praecipuum debere videtur. Omni alio vero pharmaco in cura phthiseos ex vomica palmam eripiunt *elixirium vitrioli*

Myn-

unciam unam. Aquae hyssopi uncias octo. M. D. S. Cap. omni tertia hora unciam unam. Gaudeo DUNCANI (l. c. p. 117.) experientiam relate ad usum myrrhae in phthisi, cum mea convenire, hocque pharmacum et FORDYCEI, SAUNDERSI, SIMMONSI suffragia obtinuisse. Ait DUNCAN (l. c. p. 119.): „*In more than one instance, if I have not been much deceived, it has contributed very considerably to bring about a complete recovery (of apostematous phthisis).*“ Exhibere solet myrrham ter de die ad grana viginti cum aequali dosi nitri aut cremoris tartari; ne scilicet calefaciat. PERCIVAL myrrham cum minimis camphorae dosibus porrigit (*Mem. of the med. soc. of Lond. Vol. 2. p. 54.*)

23) GRIFFITHS *Pract. obs. on the cure of hectic and slow fevers and the pulmonary consumption. Lond. 1776. v. Abh. f. pr. Aerzte. 6. B. 4. St. p. 579.* „En formulam: R. Myrrhae drachm. un. Solve terendo in mortario cum aquae Alexiteriae simplicis unciis sex cum semisse; aquae cujuslibet spirituosae drachm. sex vel uncia una. Dein adde salis absynthii drachm. dimidiam. Salis martis grana duodecim. Syrupi simplicis drachm. duas. Fiat mixtura in haustus quatuor distribuenda, quorum unum capiat mane, hora quinta post meridiem et hora decubitus. (Formula ista nimis complicata et calefaciens est. Porro, rite memento SIMMONS (*Pract. obs. on the treatment of consumptions. Lond. 1780.*) sal martis (quod aliunde a sale absynthii decomponitur) nocet.

Mysichtii ²⁴⁾ et *semina phellandrii aquatici* ²⁵⁾, quorum scilicet illud saepe febrem hecticam, temperat, hoc vero ut plurimum sputorum rejectionem adjuvat viresque corporis quodammodo restaurat. Sunt porro aegroti qui usu *subfumigiorum* ²⁶⁾ delectantur. Quae ex *pice navali* parantur

24) Ad guttas decem ter quaterve de die cum aquae cochleare. Aut R. Decocti radice salp. libr. unam. Elixirii vitrioli Mysichtii a scrupulo ad drachm. semis. Syrupi aut violarum aut papaveris rhoeados unciam unam. M. D. S. Cap. omni tertia hora uncias duas.

25) ERNSTRINGIUS *Phellandrologia* 1739. LANGE *von Wasserfenchel* 1771. BERENS Diss. de phellandrio aquat. ejusque in phthisi purulenta virtutibus. Francf. ad Viadr. 1802. EBBINGE Diss. de phellandrio aquat. Gröning 1802. Cfr. HUFELAND'S *Journ.* 2. B. 1. St. p. I. — 3. B. p. 187. — 6. B. p. 257. — 7. B. p. 35. — 8. B. 1. St. p. 173. — 9. B. 3. St. p. 125. — 12. B. 2. St. p. 184. 4. St. p. 55. — 25. B. 2. St. p. 82. — 26. B. 2. St. p. 161. *Reflex. sur les vertus du phellandre contre la phthisie pulmon.* (*Annal. de la soc. de méd. prat. de Montp.* T. 17. (*hist.* T. 5.) p. 33). Dosis pulveris a granis decem ad viginti, quater de die. *Infusum* ex drachmis duabus ad colaturam unciarum novem paratur. Plebs seminis contusi cochlear unum majus pani butyraceo non salito inspersum jejuno ventriculo ingurgitat.

26) LOUIS *Remarques et obs. sur l'usage des fumigations dans la phthisie pulmon.* (*Mém. de l'acad. de chirurg.* T. 5. *Mém.* p. 549). GALENUS jam suo tempore tabidos ad FABIAS oblegabat prope Vesuvium, ut ibi

rantur subfumigia ²⁷⁾ aliis anteponimus, nam faci-

lacte uterentur, et aërem *vaporibus bituminosis* scatentem, inspirarent (Meth. med. L. V. C. 12. CHARTER. T. X. p. 122). Idem arte imitari conabatur BENEDICTUS aiens: „inter praesidia, *evaporationes et suffitus* tamquam nobiliora et quibus unice in extremis angustiis confidamus, pensitanda etc.“ (l. c. p. 76). Addit: „Cujuscunque sint generis suffumigationes et halitus, penitius viceque ipsius aëris in partes spirabiles suscipiantur, in conclavi aut cubiculo, clausis fenestris, ut vitetur omnis aëris frigidioris afflatus, ibique diu perduret aegrotus; secus enim incassum exercentur (l. c. p. 125). Commendarunt *subfumigia ex thure, styrace*, — MEAD (Monita et praec. med. p. 52.); ex *succino et benzoe*; — SWIETEN (Comment. §. 1210.); ex *resina et cera*; — BILLARD (in *Mém. de chirurg. T. 5. v. Abh. f. pr. Aerzte. 2. B. 4. St. p. 107.*) et MOSQUE (*chirurg. Novellen. N. 5.*). Propositi fuere et *vapores plumbei* (v. HUFELAND's *Journ. 8. B. 4. St. p. 3.*) et illi, securiores sane, *terrae recentis* (ibid. 1. B. p. 387). De his legisse non penitebit REAUMUR (*Acad. des sc. l'an 1730. Mém. 403. etc.*) et SWIETEN (Comment. §. 1210.). Atque hic recordor Dns. KUBICK, medici quondam primarii nosocomii Vindobonensis, qui, ut se honeste ab aegrotis phthisi conclamata laborantibus (tabulam suam mortuariam, aliunde jam limites excedentem, aurgentibus) liberaret, illis suadebat, ut rus peterent, ibique aratrum terram vertens sequerentur, vaporemque ex sulcis ascendentem inspirarent! Balneum terrae adversus phthisin adhibitum fuisse apud SWIETENIUM legitur ex SOLANO DE LUQUE (*Origen morbosus. C. II. p. 174. et Lapis Lydius Apollinis p. 231.*)

facilius saltem sine tussis augmento sustinentur: Inhalatio *aetheris sulphurici*²⁸⁾ aut *simplicis* aut cum *conio maculato* impraegnati²⁹⁾, interdum sputa segniter procedentia elicit³⁰⁾, saepe vero nimis irritat. Inhalationem *pulveris carbonum*³¹⁾

S s 2

illam-

27) CRICHTON *Relation de quelques expériences faites avec la vapeur du goudron dans le traitement de la phthisie pulmon.* Petersb. 1717. Cfr. HUFELAND'S *Journ.* 50. B. 1820. 1. St. p. 90. NEUMANN *Bericht über d. zur Prüfung d. Wirkung d. Theerräucherungen bei d. Lungensucht angestellt. Versuche.* v. HUFELAND'S *Journ.* 1820. 1. B. p. 90. Fatetur DUNCAN (l. c. p. 124.): „*But I am inclined to think that they will seldom be attended with much advantage, and often with great inconvenience.*“

28) Haec methodus a Dr. RICHARD PEARSON proposita fuit (*Edinb. Annals of med.* 1796.). Applicatur os aegri super vasculum aetherem continens, eoque donec cochlear coffeanum illius ope inspirationis in pulmones attractum sit.

29) R. Pulveris Conii maculati drachm. semis. Infunde per triduum in aetheris sulphurici uncia una. D. usui indicato.

30) „*I have found it particularly useful as promoting expectoration in those cases where viscid mucus, mixed with a large proportion of purulent matter, could not be discharged from the lungs without very distressing cough.*“ DUNCAN l. c. p. 127.

31) BEDDOES *a letter on a new method of treating pulmonary consumpt.* Bristol. 1793. PIEPENBRING'S *Archiv.* 3. B. 1. St. p. 77. Lagena vitrea ostio ita amplo instructa, ut illi os adaptari possit, usque ad dimidium pulvere finissimo carbonum vegetabilium repletur, ac

illamque gaz hydrogenii sulphurati ³²⁾ non tentavimus. Ab inspiratione variorum gaz, aut nihil aut damnum expectare licet ³³⁾.

§. LII.

concutitur, ac pollen ab aegro attrahitur donec subsideat.

- 32) GEBHARD *Ueber die neuen Einrichtungen der Gasbäder bei den Schwefelquellen zu Eilsen.* v. HUFELAND'S *Journal.* 50. B. 1820. 2. St. p. 88—90.
- 33) *Gaz oxygenium in phthisi inspirare jussit FERRO (Ueber d. Wirkung d. Lebensluft. Wien 1793.).* Quanto cum damno id factum fuerit, demonstravit SCHERER (*Von d. Schädlichkeit d. Lebensluft in langwährenden Brustentzündungen. Wien 1793.*). Cum medici viderint gaz eminenter respirabile nocere, ad gaz indolis oppositae, pro respiratione scilicet non idonea confugere. *Gaz acidum carbonicum* adhibuerunt PERCIAVAL (*Essays. Vol. 2. p. 73. v. Abh. f. pr. Aerzte. 2. B. 1. St. p. 145.*), SELLE (*Neue Beyträge. 1. B. p. 220. 2. B. p. 7. 114.*), GIRTANNER (*HUFELAND'S Journal. 1. B. p. 199.*), JUSTI (*STARK'S Archiv. 1. B. 3. St. p. 123.*) aliique. Nil autem juvare jure declararunt MUHRY (*Diss. de aëris fixi inspirati usu in phthisi pulmon. Goett. 1795.*) et OSIANDER (*Denkwürdigkeiten. 2. B. p. 503.*). Ad gaz hydrogenium aut magis adhuc ad gaz acidum carbonicum aëri atmosphaerico mixtum confugit BEDDOËS (*Med. Schriften. 1. B.*) atque BRISTOLII seu potius CLIFTONII huic scopo institutum, jam tempore itineris mei in Angliam, solutum, dicavit. Revera jure monitum fuit (in *Journ. d. Erfind. 8. St. p. 22. 9. St. p. 129. 17. St. p. 55.*) methodo hujusmodi plane nil expectandum esse, atque ipse valdopere doleo, quod ab a. 1797. usque ad 1799. cum experimentis inspirationem variorum gaz in phthisi re-

§. LII.

De Phthisi pulmonali conclamata.

1. Phthisis pulmonalis, qualiscunque demum Definitio. generis, illum attingens gradum, in quo febris hectica omnibus numeris absoluta, potissimum macies, summa et evacuationes colliquativae observantur, *conclamata* dicitur.

2. Ut phthisis pulmonalis, *literatura* omnibus ^{Literatura.} suis partibus expleatur, auctores quoque *de febre hectica*, super hac re consulendi sunt. Potioribus adnumerantur: CAESAR³⁴⁾, MONTANUS³⁵⁾, HAMBERGER³⁶⁾, LIDDEL³⁷⁾, VESALIUS³⁸⁾, VARUS³⁹⁾, RESCHULITE⁴⁰⁾, LORIS⁴¹⁾, REHFELD⁴²⁾, KEST⁴³⁾,

spicientibus, multum temporis amiserim. Conabar medicinae limites in salutem generis humani extendere; ast juvenis adhuc medicus, tale negotium senioribus relinquere debuissim. — Conduxisset mihi tunc magis, tempus a praxi liberum, studio veterum impendere, ac ante omnia quid antecessores praestiterint, addiscere.

34) De hectica febre. Venet. 1517.

35) Tract. de febre hectica. Lugd. 1560.

36) Diss. de febre hectica. Tub. 1586.

37) Diss. de febre hectica. Helmst. 1602.

38) Consil. in exspuitione cruenta cum febre hect. Fr. 1605.

39) Diss. de febre hectica. Jenae 1610.

40) Diss. de febre hectica. Basil. 1614.

41) Assertiones et controversiae de hecticae febris definitione. Basil. 1617.

42) De hecticae cognitione et curatione. Erf. 1634.

KEST ⁴³⁾, ROLFINCK ⁴⁴⁾, CONRING ⁴⁵⁾, BROTBECKIUS ⁴⁶⁾, HIPPIUS ⁴⁷⁾, BEYER ⁴⁸⁾, FRANCUS ⁴⁹⁾, FASCH ⁵⁰⁾, PETRI AB HARTENFELS ⁵¹⁾, CRAUSIUS ⁵²⁾, STAHL ⁵³⁾, DE VILLA NOVA ⁵⁴⁾, LUX ⁵⁵⁾, WEDEL ⁵⁶⁾, PLAUM ⁵⁷⁾, CAMERARIUS ⁵⁸⁾, SCHULZE ⁵⁹⁾, MICHIEL ⁶⁰⁾, BRENDDEL ⁶¹⁾, LONGFIELD ⁶²⁾, JOANIUS ⁶³⁾, NIETZKI ⁶⁴⁾, CURTIUS ⁶⁵⁾, FOURNIER ⁶⁶⁾,

43) Diss. de febre hectica. Basil. 1635.

44) Diss. de febre hectica etc. Jen. 1638.

45) Diss. de febre hectica. Helmst. 1659.

46) Diss. Commentarius in duas Galeni historias de febre hectica complicata. Tub. 1661.

47) Diss. de febre hectica. Lips. 1668.

48) Diss. de febre hectica. Leid. 1669.

49) Diss. Hectices natura et curatio. Heidelb. 1679.

50) Diss. de febre hectica. Jenae 1688. Diss. aegra febre hectica laborans. Jen. 1678.

51) Diss. de febre hectica. Erf. 1690.

52) Diss. de febre hectica. Jen. 1695.

53) Diss. de febre hectica. Hal. 1699.

54) Consilium in febre hectica. v. Opp.

55) Diss. de febre hectica. Lugd. Bat. 1711.

56) Diss. de febre hectica. Jen. 1718.

57) Diss. de febre hectica. Duisb. 1732.

58) Diss. de hectica complicata. Tub. 1634.

59) Diss. de febre lenta et hectica. Hal. 1742.

60) Diss. de febre hectica. Duisb. 1753.

61) Diss. de phthiseos hecticaeque discrimine et setaceorum utrobique usu. Goett. 1754.

62) Diss. de febre hectica. Edinb. 1759.

63) Animadvers. med. pract. in febrem hectic. Lucca. 1764.

NIER ⁶⁶), TRNKA DE KRZOWIZ ⁶⁷), BENEFELD ⁶⁸), REID ⁶⁹), YOUNG ⁷⁰).

3. Phthisi ad extremum perductà, *febris* ^{Symptomata.} quae prius veluti intermittebat, nunc *continua* fit: Agnoscit ea *exacerbationes*, quae ut plurimum hora quinta pomeridiana, interdum et hora nona matutina, vel circa meridiem, ingruunt. Viget in illis *aestus* adeo, ut a thermometro confirmetur ⁷¹). Solet ille praeterea id proprium habere, quod medico pulsum tangenti primo appareat levis, sed si diutius tangendo moretur, tunc acer et mordax percipiatur ⁷²). Nonnunquam adstantes calorem ex aegro manantem, vel ex longinquo manum illi admovendo, percipiunt ⁷³). *Pulsus* est contractus, durus, obscurus,

64) Diss. de febris malignae et hecticae ortu, ejusque eventu. Hal. 1769.

65) Animadversiones in febrem hecticam. Dresd. 1781.

66) Beobacht. über d. schleichende od. auszehrende Fieber. Leipz. 1782.

67) Hist. febris hect. omnis aevi observationes continens. Vindob. 1783.

68) Diss. de origine et reditu febris. Jenae 1793.

69) Op. c. v. Abh. f. pr. Aerzte. 10. B. 4. St.

70) Pract. and histor. treatise on consumptive diseases. Lond. 1815. v. Abh. f. pr. Aerzte. 28. B. 1. St.

71) YOUNG l. c. Duo, tres, quatuor gradus Thermometri FAHRENHEITII normalem superare asserit.

72) De pulsibus ad tyrones. C. 12. CHARTER. T. VIII. p. 10.

73) in Judaea phthisica Vilmensi tantus erat aestus, ut,

rus, tensus et frequentissimus. Numeravimus illum in sexagesima horae parte ab ictibus centum viginti ad centum sexaginta. *Sitis*, praesertim horis vespertinis, inexplebilis. *Lingua* rubra, papillis prominentibus, cum marginibus coccineis, splendentibus, insignitur. Ingenium in nonnullis acuitur ⁷⁴⁾, ita ut aegri se adstantibus adhuc cariores reddere sciant. Noctes sunt insomnes, et, si misero quaedam conceditur quies, illico *sudore*, saepe specifico odore instructo ⁷⁵⁾, in guttas collecto, undique, sed praesertim circa jugulum et pectus, prorumpente, obtegitur. *Cutis* haud raro *pustulis rubris* ⁷⁶⁾ (*hydroa sudamen*) obsidetur: Rubent etiam maelae, veluti roseo fuceo depictae, facie caeterum pallida, livida. *Urina* modo rubra pauca; modo spumosa cum sedimento furfuraceo. *Vires*, obvenientibus interdum pollutionibus nocturnis ⁷⁷⁾, magis

sine metaphora, mihi potius me fornaci quam aegrotae adstare videretur (anno 1816).

74) PERCIVAL in *Mem. of the med. soc. of Lond. Vol. 2.*

75) „Odor corporis, maxime inter sudandum, a consueto mutatur.“ BENEDICTUS op. c.

76) Jam HIPPOCRATES dixerat: „pustularum eruptiones, velut unguibus lacerata cute, habitus tabem significant.“ Coac. praenot. N. 444. CHARTER. T. VIII. p. 878.

77) Quo scribo tempore tale exemplum in juvene centurione coram oculis habeo. ARISTOTELES (5. Fioblem. 35) hoc phaenomenon haud ignorabat.

magis magisque decrescunt. *Vox* fit rauca, aut extinguitur. Interdum sibilus sub opere respirationis in quadam thoracis parte non solum ab aegroto sed ab adstantibus auditur; imo manu loco affecto admota, ubi quoque crepitus percipitur *). *Fauces* leniter rubentes saepe *aphthis* obsessae, inprimis sub deglutitione, interdum tussim excitante ⁷⁸⁾, dolent (*Angina phthisicorum*). Nec sphaceli oris desunt exempla ⁷⁹⁾. *Sputa* rejiciuntur saporis ingrati, dulcia, salsa, globosa, flava, viridescencia, foetentia, muscarum examen allicientia ⁸⁰⁾. Jam vero *crines* fere omnes defluunt, ungues incurvantur, et praecedente interdum pertinaci alvi obstructione, *diarrhoea* ingruit, febrem quidem ut plurimum pro tempore temperans, sed anxietatem, debilitatem adaugens, sputaque suppressens. Tussi sicca reditâ,

*) Explicarem hoc phaenomenon ex transitu aëris per foramen aliquod communicationem inter bronchia et vomicam alens.

78) Sic in egregia femina Dx — SKA initio a. 1822. ex phthisi scrophulosa demortua vidi. Medicamenta et potus accessum tussis, sicuti contingere solet, dum corpora deglutita ad tracheam perveniunt, excitabant.

79) Dissectio puellae phthisicae ex sphacelo oris mortuae. (In Eph. N. C. Cent. III. et IV. p. 274).

80) Dubito fidem habendam esse observationi DOMINICI PANAROLI (Iatrologism. Pentecost. 2. Obs. 49.) quod phthisicus quidam tam acre sputum rejiciebat, quod si leviter muscae libabant statim moriebantur.

ditâ, tanti sunt interdum rejiciendi conatus, ut emphysema⁸¹⁾ inde ortum sit, atque aeger varias corporis positiones pro rejectione sputorum magis idoneas quaerens⁸²⁾, antequam illas obtinere possit, vomat. Ne quid miseriae desit, aeger in latere, in quod respiratio decubitum concederet, ob id quod coxa ibi a decubitu exesa est, jacere nequit. Sedere hinc vellet, sed debilitas erecto corporis situi obstat! Corpus, ciborum desiderio saepe perstante, aliquando aucto⁸³⁾, exceptis extremitatibus inferioribus, utpote oedemate correptis, ita extenuatum, ut sceletri speciem referat⁸⁴⁾.

Facies

81) GRIMM descriptio emphysematis stupendae amplitudinis ex tussi phthisica abortae. (Nova Acta N. C. T. 3. p. 66). Vidi mense Augusti 1822. juvenem judaeum, praevia sanatione fistulae ani, phthisicum factum. Sedata diarrhoea colliquativa, en *emphysema* totius colli et brachii dextri, stupendam crepitationem exhibens. Tussis hujus aegri non erat adeo saeva ut inde emphysema derivare potuissem.

82) Vidimus aegrum, qui ex catarrho neglecto in vomitum incidit, quique sputa aliter obtinere non poterat, quam supine decumbendo.

83) Vidi aegros cum frustulo carnis in ore animam reddidisse.

84) Dum famem depingere voluit OVIDIUS (Metamorph. L. VIII. V. 805.), ait SWIETEN (l. c. §. 1205.), videtur descripsisse consumtissimi phthisici tristem imaginem.

— — Cava lumina, pallor in ore;

Labra incana situ: scabrae rubigine fauces:

Facies fit Hippocratica ⁸⁵⁾ atque aeger, raro ⁸⁶⁾ de recuperanda sanitate desperans, itinera, negotia sibi proponens, praeviis interdum haemoptysi, delirio ⁸⁷⁾, lipothymia, insultu asthmatico ⁸⁸⁾,

Dura cutis, per quam spectari viscera possint:

Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis:

Ventris erat pro ventre locus. Pendere putares

Pectus, et a spinae tantummodo crate teneri.

Auxerat articulos macies, genuumque rigabat

Orbis, et immodica prodibant tubera talo.

Cfr. imago phthisici conclamati a FOTHERGILLIO depicta. §. LI. N. 3 (97).

85) Notum est quod *facies* ideo dicitur HIPPOCRATICA, quia ab HIPPOCRATE in prognosticis graphice descripta fuit. Postquam enim monuerat, optimum signum esse in morbis, si facies aegrotantis sanorum faciei similis sit, et inprimis sibi similis manserit aeger, damnat quam maxime faciem penitus mutatam a naturali sua conditione, illamque sic describit. „Nasus acutus, oculi concavi, tempora collapsa, aures frigidae et contractae, lobi aurium inversi et cutis circa frontem dura, intenta, arida, colorque totius faciei pallidus, aut niger et plumbeus.“

86) *Raro*, inquam, nam habui aegros, qui adeo mortis horam praedicebant. Ad hoc spectabat heroica femina D. KWINTA an. 1818. mense Martis, aetate 30. annorum ex phthisi defuncta; adstantibus deploratis praedixit, se non noctu sed adventante diluculo morituram. Per totum morbi curriculum de certa morte, serena mente, interjectis facetiis, loquebatur.

87) In aegra, de qua supra locutus sum (§. LI. N. 7

tico⁸⁸⁾, extremitatum marmorco gelu et stertore, aut mentis plane compos miserime suffocatur, aut soporosus extinguitur.

Autopsiae
cadave-
rum.

4. Praeter phaenomena unicuique phthisi propria, *cadavera*⁸⁹⁾, pulmones cum pleura et illius propaginibus saepeque inter se ipsos concretos, exhibent. Pleurae cava interdum aërem⁹⁰⁾, ut plurimum serum sincerum, purulentum,

(29.) appropinquante morte, mania, cui pater quondam et duae avunculæ subjectae fuerant, comparuit.

88) Mense Novembr. 1814. in consilium vocatus sum pro comitissa P sexaginta annor. femina, jam dudum phthisica ac praeterea insúltibus asthmaticis obnoxia. In gravissimum illorum modo inciderat, post quatuor horas vitae finem imponentem. Angustiae a potu calido augebantur.

89) Descriptiones sectionum phthisicorum inveniuntur in Miscell. N. C. Dec. I. An. 10. p. 62. Dec. I. An. 2. p. 335. An. 3. p. 190. An. 8. p. 102. Dec. II. An. 4. p. 90. Dec. III. An. 2. p. 23. An. 3. p. 316. An. 4. p. 226. An. 5 et 6. p. 471. p. 6227. An. 7. 8. p. 276. An. 9. 10. p. 425. Eph. Ac. N. C. Cent. VII et VIII. p. 201 — 231. Acta nat. Cur. Vol. V. p. 123. Nova acta nat. Cur. T. I. p. 141. *Hist. et mém. de la soc. R. de méd. An. 1786. hist. p. 112. Annal. de la soc. de méd. prat. de Montp. T. 25. p. 379.*

90) *Pneumo-Thorax Gallorum. v. ITARD Diss. sur le pneumo-thorax ou les congestions gazeuses qui se forment dans la poitrine. Paris 1803. LAENNEC op. c. T. I. p. 432. Jam RIOLANUS empyematis operationem perficiendo de explosione aëris e thorace loquitur. (En-*

tum, cruentum, continent. Saepè totus pulmo nonnisi ulcus est, ut quacunq̄ parte pungas, pus erumpat. Alias pulmonum substantia adeo consumpta est, ut pulmonis lobi alterutrius solum pars ⁹¹⁾, aut vestigium ⁹²⁾ supersit. Ulcera pulmones depascentia continent pus album, viride-

chirid. Anat. L. III. C. 11. POUTEAU, *oeuvr. posth. T. III.*). Bifariam esse hujus aëris indolem LAENNEC asserit; repetit nempe illud (dum hydrogenium sulphuratum redolet) a decompositione albuminis in pure contenti, alias (dum inodorum est) ab aëre atmosphærico sibi per ulcera pulmonis ad cavum pleurae viam parante.

91) Exemplis numerosis a me collectis apprime respondent illa, quae descripserunt SCHACHER Pr. incisio cadaveris plithisici hominis. Lips. 1776. LIEUTAUD hist. anat. med. L. II. Sect. I. Obs. 356. T. II. p. 113. Obs. 357. p. 114. Obs. 359. p. 115. HALLER opusc. pathol. Obs. 20. LOESEKE Obs. anat. chir. med. p. 6. MARTEAU DE GRANVILLIERS in *Journ. de méd. T. 9.* p. 240. BÜCHNER in HUFELAND's *Journ. 1. B.* p. 246. FRITZE in EICKEN *Samml. 1. B.* p. 18. GILIBERT *adversaria medico-pract. prima* p. 298. WATSON *Phil. Transact. Y. 1741.* p. 623. (*a case wherein part of the lungs were coughed up*).

92) MORGAGNI Op. c. Epist. XXII. Art. 6. *Précis analyt. des travaux de la soc. académique de Nancy pendant le cours de l'an XI—XII.* p. 38. (*Les poumons étoient tellement détruits qu'on ne trouva à leur place qu'une substance gélatineuse dans laquelle se distinguoient à peine quelques débris des vaisseaux sanguins et aériens*).

ridescens ⁹³⁾, bruneum ⁹⁴⁾, atramenti instar nigrum ⁹⁵⁾. Vasa sanguifera ut plurimum cruore vacua ⁹⁶⁾. Encephalo adaperto nonnunquam serum copiosum in ventriculis cerebri detegitur ⁹⁷⁾. Nec columna vertebralis semper liquore extravasato expers est.

Caussae. 5. *Caussam* phthiseos conclamatae in variis pulmonum morbis neglectis aut male curatis quaerendam esse, sponte elucet; verum tanta interdum illorum morborum vis et potestas observabatur, ut, etiamsi rite curentur, nihilominus transitus in statum conclamatum impediri neutiquam potest. Re huc perducta facile quidem intelligitur, quod, destructo plus minusve viscere ad vitam sustentandam adeo necessario ut pulmo, mors inevitabilis esse debeat. Difficilius intellectu est, quo pacto febris illa hectica, primam in conclamato phthiseos pulmonalis stadio scenam ludens, corpus depascat vitaeque insidias struat, num per puris absorptionem? num per interceptum vel auctum processum oxy-

gena-

93) GÖRITZ in *Ephem. nat. Cur.* Cent. VIII. Obs. 19.

HAEN *Heilungsmethode*, 14. Th. 6. B.

94) DANIEL HOFFMANN in *Act. nat. Cur.* Vol. II. Obs. 2.

95) HALLER *opuscul. pathol.* Obs. 15. Cfr. MORGAGNI de sed. et caussis morb. Epist. XXII. N. 20.

96) PORTAL in *la médecine éclairée p. les scienc. physiq.*

T. I. et Abh. f. pr. Aerzte. 15. B. 4. St. p. 597.

97) Vide infra. N. 7 (16).

generationis sanguinis et evolutionis caloris? num per plures causas simul? Peculiarem sanguinis conditionem in phthisi locum habere, illumque a pure magis solutum ⁹⁸⁾ minusve copiosum ⁹⁹⁾ esse, docent.

6. Symptomata phthiseos conclamatae, quam-Diagnosis.
vis omnia non semper in conspectum veniant ¹⁰⁰⁾,
atta-

98) PORTAL *Ueber die Lungenschwindsucht*. 2. B. p. 111. 120.

99) Idem in FOURCROY *médecine éclairée*. T. 3. N. 2.

100) Cellarius (§. LI. N. 3 (96.)) quin aut oedema crurum, aut diarrhoea, aut multi sudores in conspectum venerint, accedente haemoptysi obiit. Dna. Dx—СКА de qua supra (78) nec sudores, nec diarrhoeam, nec oedema pedum exhibuit. In schedis Patris mei invenio historiam morbi et sectionis cadaveris Principissae M.СИ, quindecim annos natae, ac Viennae mense Maji 1820. ex phthisi defunctae. Pulcherrima quondam haec virgo, ait, per quatuor menses et ultra febricitans, nullum sudorem nocturnum, nullamque diarrhoeam, ut vocant, colliquativam, experta est. Sputa modo pauca rejecerat paucis ante mortem hebdomadis; tussis antehac semper sicca, quasi spasmodica fuerat. Antequam vero sputa purulenta comparuerint, sedimentum non multum, simile in urinis apparuit; cum vero sputa prodire coepissent sedimentum illud album urinarum disparuit. Ulcera quamplura utrumque pulmonem corruperant; serum in utroque pectoris et pericardii cavo haerebat. Ubera nulla conspiciebantur, ac deerant alia pubertatis externa signa. Nihilominus utero, exterius rubescente, per medium dissecto, sanguinis tenuem grumum

attamen adeo evidentia sunt, ut morbum istum praetervidere plane impossibile videatur. Nihilominus fasti medici exempla haud pauca aegrorum pro phthisicis declaratorum continent, in quorum cadaveribus dein pulmones omnino sani reperti sunt ¹⁾. Nullius generis erroris ex propria praxi memores sumus ²⁾. Caeterum si pus in visceribus abdominalibus e. c. in hepate generatum, sibi per diaphragma ad pulmones, viam pararet ³⁾, error diagnoseos eo magis condonandus

(prima menstrua) conspeximus, internae illius superficiei adhaerentem.“ De phthisi pulmonali conclamata, sine evidenti febre hectica, legitur in *Mem. of the med. soc. of Lond. Vol. 4. p. 133.*

- 1) LIEUTAUD op. c. Obs. 404. T. 2. p. 129. VATER diss. de scirrhis viscerum occasione sectionis viri tympanitide defuncti. Vitemb. 1723. in HALLERI Collect. disp. pr. Vol. 4. p. 23. HAEN *Heilungsmethodz. 3. Th. Kap. 5. 1. B. p. 328. 9. Th. Kap. 1. §. 9. 4. B. p. 202.* STOLL *Heilungsmethode. 1. B. p. 214.* Cfr. LOSPICHNER de diagnosi ulceris ac phthiseos pulmonum dubia. (*Acta nat. Cur. Vol. III. p. 311.*)
- 2) Recordor vero feminae in nosocomio Vindobonensi ex phthisi, ut tyronibus meis edixeram, demortuae, ubi facta, illis praesentibus, cadaveris sectione, pulmones sanissimos invenimus. Jam erubesceram, cum inopinàte vespillones occurrerent, exclamantes, nobis per errorem cadaver aliud exhibitum fuisse. Ex similibus erroribus facile in magnis nosocomiis facta falsa in medicinam introduci possunt.
- 3) MORGAGNI op. c. Ep. XXXVI. Art. 4. ROTHEAU *Observ. sur un abcès au foie communiquant dans le pou-*

dus foret, cum talis casus, sine pulmonum ma-
 jori minorive laesione locum invenire non possit.
 Frequentissime vero *peripneumoniae febris ca-*
tarrhalis, et aliae, in phthisicos fortuito inci-
 dentes, pro phthisi conclamata imponunt, dum
 scilicet ex anamnesticis apparet, aegrotum jam
 diu tussisse, haemoptoe et dyspnoea laborasse,
 nunquam febrem continuam, cum sputis puru-
 lentis exhibere. Ad morbos adventitios in phthi-
 sico, a phthisi conclamata distinguendos, maxime
 ad *maciem*, utpote acerbissimum hujus morbi
 comitem, respicere refert. Cum *raucedo* in ul-
 timo phthiseos pulmonalis stadio compareat, at-
 que phthiseos laryngeae et trachealis quoque sit
 symptoma; posset illa confusi ansam porrigere;
 ad quam evitandam sequens tabula juvabit.

<i>Phthisis laryngea seu trachealis.</i>	<i>Phthisis pulmona- lis.</i>
1. Raucedo scenam ape- rit.	1. Raucedo scenam clau- dit.
2. Nec dolor, nec op- pressio pectoris obve- niunt.	2. Pectus plus minus, aut dolet, aut oppres- sum est.
3. Decubitus undique concessus.	3. Decubitus saepissime in alterutrum latus molestus.

4. Sputa

mon. (*Journ. de méd. chir. et pharm.* 1816. *Juillet*,
T. 33.).

*Phthisis laryngea seu
trachealis.*

4. Sputa spumosa, serosa, cum frustulis puriformibus fundum vasium petentibus.

Phthisis pulmonalis.

4. Sputa multifaria, vix tamen illis phthiseos trachealis similia.

Posse vero phthisin laryngis et tracheae cum illa pulmonum societatem inire, dictum est *). Ut plurimum vero raucedo, ultimo phthiseos pulmonalis stadio superveniens, non ulceri laryngis, sed illius inflammationi, aut aphthis debetur.

Prognosis. 7. Ex ipsa phthiseos *conclamatae* denominatione, prognosis satis superque elucet. Tam parum ars in hoc morbo curando lucrata est, ut effata medicorum omnis aevi et nostris adhuc temporibus omnino valeant. En potissima: Si ephemera vel hectica, per vices inaequales phthisicum diutius exercuerint, fatalem indicant eventum 4). — Phthisicis quibus materia pectus onerans labem febris putridae aut malignae contraxerit, omnes fere periere 5). — Rubores circa nasum alvi humescentis signa sunt, doloribus circa hypochondria aut pulmonem mala 6). — Phthisici, cibum avide appetentes et exinde robur neutiquam acquirentes, desperati 7). —

Pin-

*) Cap. IV. §. XVI. N. 2.

4) BENEDICTUS l. c. p. 111.

5) Idem, ib. p. 112.

6) HIPPOCRATES Coac. praenot. N. 216. 217.

7) BENEDICTUS l. c. p. 11.

Pinnarum narium contractio, thoracis collapsi angustatio, si brevi spatio contigerint, moriturum aegrum denunciant⁸⁾. — Huic si jam capilli ex capite defluant, caputque veluti ex morbo jam nudetur, et super prunas expuente sputum graviter oleat, tunc intra breve tempus periturum asserito et quod enecet alvi profluvium fore⁹⁾; si enim talibus aegris alvus perturbetur desperatum¹⁰⁾. Pruriginosa corpora, post alvum oppressam, in tabidis malum¹¹⁾. In phthisi diuturniore tumor pedum oedematosus, funestus¹²⁾. Phthisis improvise fatigans, licet pectus minus gravet, cum extremarum partium, pedum praecipue, inevitabili in frigidatione periculosissima¹³⁾. — Accedit vero interdum ut res accidentales e. c. graviditas, *curriculum* phthiseos conclamatae *suspendant*. Certissimum hinc temporis futurae mortis praesagium non datur. Vidimus phthisicos suffocationi proximos, dum inopinate multa ex abscessu quodam pulmonis feliciter rupto, rejecerint sputa, praeter omnem

Tt 2 spem

8) Idem, ib. p. 111. 112.

9) HIPPOCRATES de morbis. Lib. II. C. 17. CHARTER: T. VII. p. 569.

10) ARETAEUS de caussis et signis morb. Lib. I. C. 8. p. 37.

11) HIPPOCRATES Coac. praenot. N. 440. CHARTER. T. VIII. p. 878.

12) BENEDICTUS l. c. p. 111.

13) Idem, ib. p. 110.

spem adhuc per mensem unum alterumve vixisse, vidimusque alios, quibus totidem temporis vitae adhuc promissemus, qui vero ex abscessu infauste rupto, aut ex errore in diaeta ¹⁴⁾, dum id necdum expectavimus, e medio ablati fuerant ¹⁵⁾. Non ignorandum denique posse phthysicum ex morbo alio, quam illo pulmonis, mori. Accidit id non raro culpâ *hydrocephali accessorii* ¹⁶⁾. Anni tempora phthysicis perniciosissima sunt æquinoclia et solstitia, ita ut nobis interdum licuerit,

14) Ex errore in diaeta vidi phthysicos, qui adhuc per mensem et ultra vivere promittebant, spatio unius alteriusve nycthemeri obiisse.

15) GERBEZ de phthysicis utrum diu vivant? (in Misc. nat. Cur. Dec. III. A. 3. p. 7). FÜRSTENAU phthysicos incerta prognosis. (Acta acad. nat. Cur. Vol. VII. p. 398).

16) Vidi plus vice simplici in phthysi conclamata prævia inconsueta cephalæa et aliquando vomitu, pulsum frequentia decrescere et sensim sensimque lentum evadere, sedatis simul tussi aliisque pectoris malis. Accedebat lenæ delirium a sopore exceptum. Sectis cadaveribus, præter pulmonis devastationem, extravasatum serosum in ventriculis cerebri anterioribus ac ad basin cranii et interdum cerebrum veluti gelatina coopertum reperi. Stupendum hujus generis exemplum in viro triginta annorum in clinico meo a. 1820. mense April. exhibui. Similes observationes collegernnt LIEBTAUD (hist. anat. med. Vol. II. L. 3. Obs. 380. 394. 1121.) et PERCIVAL (*Essays med. philos. and experimental. Vol. 2. p. 339. 340. v. Abh. f. pr. Arzt. 17. B. 2. St. p. 297*).

cuerit, plurimos hujus generis aegrotos, quasi per miraculum diu in vita retinere, donec adventante tali epocha, ac si inter se convenissent, simul decederent.

8. In *phthisi conclamata curanda*, indicationes sunt: vitam procrastinandi, symptomata leniendi et ab omni sanandi conamine, illis indicationibus adversante, abstinendi. Phthisi enim ad extremum perducta, qualiscunque illius character primitivus fuerit, occasio fontem morbi aggrediendi jam diu praeteriit. Scrophulae, arthritidi, carcinomati, syphilidi medendo, exsum destructumque pulmonem non restaurabis: immo auxiliis intempestivis, ut itineribus ¹⁷⁾, ulceribus artificialibus, conio maculato, mercurio, corpus aliunde ruinae proximum citius praecipitabis, incassum excruciabis ¹⁸⁾, atque
auxi-

17) Sunt inter medicos, qui, ut se ab importuno aegroto liberent, impedianque quominus ille sub illorum cura demortuus esse dicatur, phthisicum conclamatum ad alienas regiones mittant. Medici ejusmodi sane non perpendunt, nil terribilius pro aegro dari, quam patriam, affines et amicos derelinquere et corpus semi-exanime ad longinquas terras trahere, ibique inter exteros animam reddere.

18) Genus humanum jam multum lucratur, si medicus in cura phthiseos a pharmacis nocivis abstineat, unde FOTHERGILL (l. c. 309.) pulchre ait: „*I take the liberty to lay before you some further remarks on the treatment of this disease; rather proposing to myself the*

auxiliorum; aliis aegrotantibus jure commendandorum, famam laedes¹⁹⁾, ne dicamus de supervacaneis expensis, pharmacopolo solo gaudente, familiae egenae ultimum obolum extorquentibus. Visne aegrorum phthisi conclamata laborantium, ac affinium plorabilium, medico plus, numen videlicet tutelare esse? — Dic istis candide, de aegro actum esse, teque curam illius sine omni successus spe inchoare aut continuare; dic quod si mortaliū quis morbo ad tale extremum perducto auxiliare sciret, ille jam Croeso ditior foret; dic te paratissimum esse cum omni alio medico aut consilium ineundi aut illum in cura socium habendi. Aegrotanti ipsi (quod hic aliunde facilius quam in omni alio morbo fieri licet) adde animum erigeque spem. Hyeme solatium expectatur a vere, vere ab aestate, et autumno a reditu dierum longiorum. Praeterea, quousque fieri potest, symptomata in meliorem partem interpretanda sunt. Sic dicitur tussis inservire ad pulmonem a pituita liberandum, febris ad sputum maturandum, diarrhoea ad febrem temperandam, sudor ad diarrhoeam mitigandam etc. Vana au-

tem

prevention of harm, than contributing much to the cure of this dangerous malady."

19) Vixit quondam Vilnae medicus, ampliori praxi quam doctrina instructus. Iste nonnullis phthisicis, in mortis articulo degentibus, nutricem suasit. Factum inde est, ut inter Vilnenses aegroti nutricem commendare, aut mortis sententiam pronunciare, fere idem sit.

tem haec forent verba, nisi simul aegroti, qui talia patitur, prae omni alio sanabili curam haberes ²⁰⁾, nisi illum variis diei noctisque horis visitares ²¹⁾, nisi visitationes tuas diutius, quam alias soles, protraheres ²²⁾, nisi malorum narrationi attentas aures praeberes, nisi ipse, crescente quotidie sedulitate, in omnia symptomata inquireret, nisi te historiae totius morbi probe memorem ostenderes, nisique pharmaca quae, si non aliquod levamen, saltem nullum detrimentum afferunt, praescriberes. Haec pharmaca (ab actione musicae ²³⁾, conspectu vegetabilium visum

20) Phthisicos conclamatos, antequam à visitatione aliorum aegrotum nimis sim defatigatus, visitare soleo.

21) Audias quâ hora aegrotus plus patitur; hoc tibi sufficiat ut quando visitandus sit, scias.

22) Firma quidem resolutio requiritur, ut potius prope aegrum de inefficacia pharmacorum nostrorum conquerentem, quam prope convalescentem opera nostra ad sidera extollentem, sedeamus, sed quam dulcis est persuasio quod propriis officiis satisfacimus!

23) REID l. c. provocat ad ARMSTRONGIUM (*Art of preserving health*) qui ait:

„There is a charm, a power, that sways the breast,
Bids every passion revel or be still;

Inspires with rage, or all our cares dissolves,

Can soothe distraction, and almost despair.

That power is Music: —

Music exalts each joy, allays each grief,

Expels diseases, softens every pain,

Subdues the rage of poison and the plague;

sum recreantium et modice suaveolentium, nec non a bonis parentum officiis ²⁴⁾ suffulta) oportet, ut sint sensibus grata, diversae saepeque mutatae formae et molestissimis symptomatibus accommodata.

Contra
tussim.

9. Ad *tussim leniendam* praesto sunt: *emul-*

*And hence the wise of ancient days adored
One power of medicine, melody and song."*

24) En luculentum exemplum: Quidam ex Marchionibus CHOISEUL, minime dives, cum ditissima femina matrimonium inivit; conditione positâ, quod si ista absque prole moriretur, non solum tota dos sed etiam gemmae aliaeque res pretiosae, quae apud illam invenirentur, familiae reverti debeant. Contigit ut elapso biennio uxor marchionis in phthisin conclamata incidere. Ipsa in aspectu perterriti mariti suam futuram sortem perlegens, desperabunda evasit. Maritus ut consolationem afferret, persuaderetque aegrotae, ut de recuperanda salute certitudinem aleret, unicam quam possidebat propriam terram pignoratus est, scopo pretiosum collare emendi uxoriq; dono, additis sequentibus verbis, offerendi: „*mon amie voilà une éri-plette que je viens de faire pour toi; ce collier ne m'a coûté que deux mille louis, il vaut d'avantage; c'est pourquoi je me suis pressé de l'acheter, quoique nous ne soyons qu'au mois de septembre, et que je sache que tu ne pourras l'en parer que cet hiver, car tu n'as plus maintenant que la foiblesse inséparable d'une longue maladie, mais dans deux mois, j'en suis certain, tu seras en état de sortir, et ce collier sera une belle parure pour les bals de la cour.*“ Rediit sic spes et gaudium aegrae, quae tertia iude hebdomade obiit.

emulsiones ex amygdalis dulcibus, ex seminibus tum quatuor frigidorum majorum et minorum, tum papaveris albi, — *decocta* hordei distichi, radicum althaeae officinalis, orchidis morionis, tritici repentis, herbae malvae rotundifoliae, rasurae cornu cervi, micae panis albi ²⁵), *linctus* ex mucilagine gummi mimosae niloticae, tragacanthae, oleo amygdalarum dulcium, — quarum singularum formularum color et sapor variantur, additis modo *melle*, tum puro, tum rosarum, modo radicis *glycyrrhizae glabrae* aut succo inspissato, aut infuso, modo *syrupo* althaeae, capillorum veneris, mororum, rubi idaei, berberis, fragarum, cerasorum nigrorum, rosarum, violarum, emulsivo, papaveris albi, rhoeados. Nec usus *pastae* althaeae, liquiritiae et lichenis, negligendus. Si aeger *oleum* non respuat, aut diarrhoea illius usui non obstat, illud vel *lini*, vel *olivarum*, vel *amygdalarum* aut purum, aut cum saccharo porrigitur. *Opium* ad tussim compescendam adhibere velle ²⁶), nisi forte de *pulvere Doveri* agatur, imprudens foret auxilium, de quo argumento infra ²⁷).

10. Emul-

25) *Decoctum album* SYDENHAMI.

26) WALKER (*on pulmonary consumption v. the medical and physical Journal* 1814. April. May) tussim pro impedimento praecipuo sanationis phthiseos agnoscit, illamque per opium debellare vult!

27) N. 15.

Contra si-
tim.

10. Emulsiones tenues, decocta mucilaginosae, et succi vegetabiles aqua diluti (nisi istis obstet diarrhoea) ad *sitin extinguendam* exhibentur. Exposcenti aegro, *aqua*, concedenda. Maxime commendari merentur infusa parata ex floribus verbasci thapsus; papaveris rhoeados, aut decoctum ex speciebus pectoralibus cum fructibus pharmacopoeae Brandeburgensis

Contra fe-
brim.

11. *Febrem temperare* studemus, aut ope *emulsionum*, addito (nisi diarrhoea id impediatur), *nitrate potassae*; aut ope *elixirii acidi HALLERI* cum aqua vel simplici, vel rubi idaei, vel cerasorum nigrorum, aut cum decocto quodam mucilaginoso, imprimis *amylis*²⁹⁾ et syrupo. Potest, MORTONI consilio, pulvis ex *nitrate potassae et saccharo* granis decem in cerevisia solutus porrigi³⁰⁾. *Cerevisia* etenim, quae sine lupulo paratur, ideoque dici solet *illupulata*, recens et defoecata, omnem utilitatem ptisanae habet³¹⁾. Venae sectioni hic amplius locus non est, etiamsi illa a febre, a rubore faciei, et a difficultate respirandi indicari videatur³²⁾.

Contra su-
dore.

12. *Sudori* opponimus *foliorum salviae* vel *infusum frigidum*, vel *pulverem*³³⁾; *elixirium vitrioli* MYNSICHTII, maxime vero, illius cum

landano

29) Cap. IX. §. XLII. N. 8 (21).

30) l. c. Cap. X.

31) SWIETEN' op. c. §. 1211.

32) Legatur PORTAL l. c. vide supra (96).

33) Ad scrupulum semis bis de die.

laudano liquido SYDENHAMI connubium³⁴⁾. Pro-
 posuere alii³⁵⁾ et *extractum ligni campechensis*³⁶⁾
 pulverem *agarici albi* seu *boleti laricis*³⁷⁾. Con-
 silio MORTONI³⁸⁾ „ut somni sint breves, et (si
 opus fuerit) aeger adstantium diligentia e somno
 excitetur, antequam vires a longis sudoribus
 nimis elanguescant“ non adhaeremus, cum cru-
 dele foret, unicum quod misero restat solatium
 auferre, quodque vigiliae sudoribus magis adhuc
 debilitarent. Potius alia summi viri arident
 monita, ut: „stragula etiam minorentur, nec
 non removeatur aeger in aërem tenuem, apri-
 cum et perflatilem; somnum semper capiat in
 cubiculo amplo et quoties vires languere inci-
 piunt, sudores statim linteis aridis moderate
 calefactis abstergantur atque aeger in alteram
 lecti partem removeatur.“ Adde usum indusii
 ex gossypio, vel alterius, prius in decoctum cor-
 ticis cinchonae tincti et exsiccati³⁹⁾.

13. Cum *diarrhoeam colliquativam* haud raro
 alvi Contra
diarrhoe-
am.

34) Partes aequales. Cap. hora somni a guttis decem
 ad triginta.

35) REIL *Fieberlehre*. 3. B. 12. Kap.

36) Grana quindecim cum aqua cinnammomi omni quar-
 ta hora.

37) Ad grana duo.

38) Op. c. Cap. XI.

39) PERCIVAL in *Memoirs of the medical Soc. of London*.
Vol. 2. p. 288.

alvi obstructio praecedat 40), cave ne istam purgantibus tollere tentes; vidimus enim a simplici eccoprolico, hac sub rerum positione porrecto, alvi profluvium amplius non cohibendum locum obtinuisse, omnemque culpam in medicum reje-ctam fuisse. In diarrhoea phthisicorum sponte oborta sananda, non festinamus: etiamsi nempe illa vires frangat, ex altera tamen parte plurima inde mitigari solent symptomata, ut febris, sudor, oedema. Sufficiat hinc primum ex victu omnia rejicere quae intestina nimis lubrica reddere possent e. c. fructus horaeos, cerevisiam 41) et quandoque lac 42). Contra suadenda sunt juscula avenacea, inprimis illa ex oryza. Ex oryza paratur et potus addito saccharo. Ad pharmaca quod spectat, sibi succedant sequenti circiter ordine *decoctum amyli cum syrupo diacodii* 43), *infusum foliorum rosarum rubrarum cum syrupo ejusdem*, *decoctum radicum columbo* 44), *pulvis radice aruicae* 45), *extractum mi-*
mosae

40) N. 3.

41) „... aeger a cerevisia omnigena abstineat.“ MORTON l. c.

42) Lac sane non semper diarrhoeam phthisicorum auget, immo commendaretur cum aqua decoctum, ut auxilium contra eam a MORTONO l. c.

43) Vilnae, uncia una syrapi diacodii granum unum opii continet, hinc pro libra decocti amyli raro ultra unciam semis syrapi illius praescribo.

44) R. Radicis Columbo scrupulos duos. Salep scrupulum

mosae catechu ⁴⁵⁾, *syrupus balsamicus cum laudano liquido* SYDENHAMI ⁴⁷⁾, *pulvis DOVERI* ⁴⁸⁾, *clysteres opii* ⁴⁹⁾; *ex terebinthina* ⁵⁰⁾ aliique ⁵¹⁾,
ne

un. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem colat. unc. novem. D. S. Capiat omni tertia hora unciam unam.

45) STOLL rat. medendi. T. II. p. 301. 311. 422. 423. (Ad drachmam omni secunda hora adhibuit; — minoribus dosibus at sine conspicuo successu usus sum).

46) DUNCAN l. c. p. 155. „I have found nothing better than the extractum mimosae catechu, either under the form of electuary or in infusion adding such a proportion of the tincture of opium, as the circumstances of the case may admit or require.“

47) R. Syrupi balsamici uncias duas. Laudani liquidi SYDENHAMI guttas duodecim. M. D. S. Capiat omni tertia hora cochlear coffeanum.

48) Grana duo ter de die cum pulvere gummoso.

49) R. Decocti amyli uncias quatuor. Vitelli ovi unum. Laudani liquidi SYDENHAMI a guttis decem ad viginti. M. D. S. clyster.

50) Ait SWIETEN (l. c. §. 1213.): „unicum fere quod tentare solent medici, ut ultimam hanc morbi, breve finiendi, molestiam leniant, est *clyisma*, quod tali modo parari posset. Drachma purissimae terebinthinae vitello ovi, per trituram in mortario vitreo, misceatur intime; Additur uncia semis (nunquam ego tam magnam dosin praescribere ausus sum) theriacae Andromachi, deinde haec diluuntur unciis quatuor lactis recentis et in anum injiciuntur. Monendus est aeger ut *clyisma* injectum retineat diu.“

51) MORTON clysterem ex lacte, a frequenti extinctione

ne dicamus de *emplastris* et *unguentis aromaticis* et *narcoticis* abdomini imponendis.

Contra vomitum.

14. „Licet in hujus symptomatis extremitate multum ab arte non possit praestari, medicum tamen cautis consiliis, si non medicamentis, manum adjutricem porrigere decet. Primo igitur jubeatur aeger cibum (licet frequenter) admodum tamen parva quantitate, invicem sumere. Secundo, indulgeantur cibi ventriculo gratissimi, modo euchymi et coctioni apti fuerint. Tertio tussim (quantum in re est) et profundam phlegmatis exscreationem atque etiam somnum et decubitus a pastu devitet. Medicamenta vero vix aliquid opis in hoc deplorato statu afferre possunt⁵²⁾.“ In morbi stadio non plane conclamato, rebellem vomitum ope *foliorum atropae belladonnae* compescere potuimus⁵³⁾. Profuit nobis et *subcarbonas sodae* cum *succo citri* sub actu effervescentiae haustum.

Contra vigiliis.

15. Somnum in phthisi conclamata narcoticorum ope promovendo, plerumque sputa suppressi⁵⁴⁾

candentis ferri chalybeati redditi, rosis rubris simul infusis, additoque scrupulo theriacae, commendat
l. c.

52) MORTON l. c.

53) An. 1815. phthisica Vilnam dilata est, a vomitu hucusque omni auxilio rebeli excruciata. Suasi atropam belladonnam et illico vomitus siluit. Attamen non ultra quartam partem grani pro dosi quater die sumebat.

primi ⁵⁴) et vires dejici solent. Caro sic pretio quies horulae emitur. Interea veluti ad explorandum quid *massa pilularum de cynogloss*, quid *extractum* aut *hyoscyami nigri* aut *humuli lupuli*, quid *lactucarum* ⁵⁵), quid *pulvis* DOVERI valeant, prudenter tentare licet. Quodsi aeger (ut interdum accidit) ad paucos illos phthisicos, qui ab *opio* non solum nullum detrimentum accipiunt, sed potius inde recreantur, spectet; in hoc pharmaco unicum quaerendum foret auxilium. At vero non ignorandum, dari plurimos phthisicorum, qui per unam alteramve hebdomadem opium aliaque narcotica bene ferunt, serius autem, dum vires jam maxime fractae sunt, a parva istiusmodi pharmacorum dosi interficiuntur ⁵⁵).

16. Do-

54) „Plerumque enim ab ejus (opii) exhibitione, veluti pectus gravari solet, ita etiam respiratio et expectoratio difficiliore redduntur et ventriculus nausea afficitur.“ MORTON l. c.

55) COXE *Transact. of the american philos. soc. Vol: IV.* p. 387. DUNCAN *Obs. on the preparat. of soporific medicines from common Garden Lettuce.* READ in the *Caledonian Horticultural Society, and printed in the 1. Vol. of their mem.* p. 160. et op. c. p. 156. Aliquoties sine successu praescripsi.

55) Mense Junii 1819. virginem phthisi conclamata maximaque virium prostratione laborantem, cum aliis duobus medicis curaveram. Cum aegra maxime de vigiliis conquereretur, hi, bolum ex *massa pilularum de cynogloss* ad grana quinque vespero sumen-

Contra pectoris dolorem et dyspnoeam.

16. *Dolori pectoris* (si debilitas et inanitio applicationi hirudinum obstarent) *unguentum* vel *althaeae* vel *spermatis ceti*, vel *nervinum*; — *oleum* *hyoscyami nigri* coctum, — *fotum* ex *farina* *seminum lini* et *foenu graeci* in *aqua* aut *lacte decocta* et post *colaturam* in *vesica bubula*, *recenti*, donec *semiplena* fuerit, *suscepta*, — *emplastra* cum *opio*, *singula thoraci illiniendis* applicandisque *opponimus*. *Dyspnoeâ* urgente interdum *vesicatorium* *sterno* admotum, saepe *illius fortis compressio* ⁵⁶⁾, *levamen* affert. *Juvat* simul

dum, proposuerunt. Accessi proposito, quamvis non libenter; interea matri suasi, ut bolum istum solum in casu summae necessitatis exhiberet. Quod monitum effecerat, ut bolus, per tres noctes, prope lectum tantum manserit. Cum interea querelae de insomniis continuarent, socii medici veluti irati, cur bolus exhibitus non fuerit, objecerunt! Sumsit tandem; mane vero subsequente praeviis lipothymiis obiit. Haec aegra tamen vitam adhuc per nonnullas hebdomadas protrahere posse videbatur. Sapienter hinc MORTON: „*Opium* tamen in languido hoc statu, caute manu parca, et debitis intervallis, exhibendum, neque quidem omnino absque urgente necessitate, *ne cum artis medicae opprobrio mors subita et inexpectata succedat.*“ l. c. C. X.). Cfr. SCHARFF de opio in phthisi sinistre exhibitio. (Misc. Acad. N. C. Dec. I. A. 9 et 10. p. 261).

56) Vidi plurimos phthisicos qui ultimis vitae horis adstantes enixe rogabant ut manus sterno admoverent illudque fortiter comprimerent.

simul urinae secretionem ope decocti radicum *apii petroselini* promovere. *Aphthae et angina* curantur *lotu faucium emolliente*, e. c. ex herba *malvae rotundifoliae* cum *lacte*, illinitione *mellis rosarum* cum *borace* ⁵⁷⁾, — panno laneo duplicato, collo circumdato, a quo plus levaminis quam a gargarismis et mucilaginosi expectare licet.

17. Ut *vires* sustineamus, praeter *juscula* ^{Contra debilitatem.} *carnea* nutrientia (si febrem non augeant) et *posseta*, et *gelatinae* ex pedibus vitulinis ⁵⁸⁾, rasura cornu cervi, radice orchidis morionis, lichene islandico, porrigendae sunt. Cavendum ne forte ob *suppressionem menstruorum* hic potius proficua, quam nociva ⁵⁹⁾, ad evacuationes cruentas ⁶⁰⁾ aut ad emenagoga ⁶¹⁾ confugi-

57) Drachma una pro uncia una cum semisse mellis.

58) „Et quidem in hoc deplorato statu, e culina magis quam e pharmacopolio petenda sunt remedia.“ MORTON l. c. C. X.

59) Ait FOTHERGILL (l. c. p. 319.): „*This deficiency is often of no real disadvantage in these cases: in many it would be injurious, by lessening the strength, which is already insufficient for the purpose of life.*“

60) FOTHERGILL monet (l. c.) aures praebere non debere amicis aegrorum, quae dum menstrua in phthisica cessare observant, omnia mala ab hac suppressione repetunt, ac phlebotomias obstinate a medico exposcunt. Venae sectio solum a *subitanea* catameniorum suppressione in primis morbi stadiis indicata est.

61) Phthisica de qua supra (N. 3 (1.)) sese per id citis-

fugiamus. Re ad extremum perducta vina dulcia mitiora ut LUNEL, FRONTIGNAC, TINTILLIA DI ROTA, item cerevisia anglicana, vulgo PORTER cum saccharo, maxime vero *hydromel Lithuanicum* ⁶²⁾ concedi possunt. Itali liquorem paradisiacum, *Alkermes*; ut morientium existentiam procrastinent, exhibere solent. Hac sub rerum positione inter pharmaca eligimus guttas nonnullas *aetheris acetici* cum aqua melissae et syrupo cinamomi, aut *spiritum nitri dulcem* cum aqua cerasorum nigrorum et syrupo alkermes, — aut *spiritum salis ammoniaci* anisatum cum aqua et syrupo foeniculi, — atque haec omnia quantitate quae circiter tempori vitae superstiti respondent.

CAPUT

sime praecipitavit, quod ingruente (sub sat tolerabili alias phthiseos propectae statu) menstruorum imminutione, illa vini et croci ope promovere tentaverit. Prius a suis tentaminibus non abstinuit, quam excitata suspitione posse graviditatem latere; qua cum consolatoria idea obiit.

62) Jam HOEFERUS (Hercul. med. L. II. C. 2.) monet, loco vini *hydromel Lithuanicum* ad phthisicos refocilandos usurpari posse, ac re quidem vera, iste potus melius omni alio forti, a phthisico sustinetur.

CAPUT XI.

De Hydrothorace in genere, de hydrope saccorum pleurae, mediastini, et oedemate pulmonum in specie.

§. LIII.

De Hydrothorace in genere.

1. **S**eri, modo sinceri, modo purulenti, **Definitio.** modo cruenti, in cavo a costis, vertebrarum corporibus, sternō et a diaphragmate circumscripto, collectio, sociis dyspnoea (aucta sub incessu, decubitu, aut supino aut in alterutrum latus) tussi, interdum excitatione spontanea e somno cum suffocationis metu, urina pauca, signis oedematis externi et sonitu percussi thoracis obtusiore, *hydrothoracem* ¹⁾ constituunt.

2. De hoc morbo, praeter auctores de hy- **Literatu-**
drope in genere *), scripsere: COPPENJAGER ²⁾, **ra.**

U u 2

BE-

1) a GR. ὕδωρ, aqua, et θώραξ, pectus. LAT. Hydrops pectoris. GALL. *Hydropisie de la poitrine.* GERM. *Brustwassersucht.* ANGL. *Water in the chest; dropsy in the breast.* ITAL. *Idropisia di petto.*

*) P. I. Vol. II. Cap. XLI. §. CLXVII. N. 2:

2) Diss. de hydrope pectoris. Patav. 1677:

BETHOLET ³⁾, FÜRSTENAU ⁴⁾, TEICHMEYER ⁵⁾,
 SCHACHER ⁶⁾, BERGER ⁷⁾, BERGERAU ⁸⁾, SCHUL-
 ZE ⁹⁾, BOVILLET ¹⁰⁾, VOGEL ¹¹⁾, HIESINGER ¹²⁾,
 TIUSSI ¹³⁾, IITNER ¹⁴⁾, MAYER ¹⁵⁾, HILL ¹⁶⁾,
 ARNTZ ¹⁷⁾, BOEHMER ¹⁸⁾, GEHLER ¹⁹⁾, GUTBER-
 LAT ²⁰⁾, HAERING ²¹⁾, HARGENS ²²⁾, SCHÜNE-
 MANN ²³⁾, ZUCCARINI ²⁴⁾, JOHNSTON ²⁵⁾, KNE-

BEL ²⁶⁾,

- 3) Diss. dirus pectoris hydrops. Basil. 1705.
- 4) Diss. de hydrope pectoris. Rintel. 1721.
- 5) Diss. de hydrope pectoris. Jen. 1727.
- 6) Pr. de hydrothorace. Rostoch. 1730.
- 7) *Diss. sur la hydropisie de la poitrine. Paris 1736.*
- 8) *Diss. sur la hydropisie de la poitrine. Paris 1736.*
- 9) Diss. de hydrope pectoris. Hal. 1742.
- 10) *Sur l'hydropisie de poitrine, du pericarde, du media-
stin et de la pleura. Besiers 1758.*
- 11) Diss. de hydrope pectoris. Goett. 1763.
- 12) Diss. historia hydropis pectoris cum aneurysmate
cordis. Vien. 1770.
- 13) Diss. de hydrothorace. Vien. 1774.
- 14) Theses de hydrope pectoris. Mogunt. 1776.
- 15) Diss. exemplum hydropis pectoris, in femina 71.
ann. etc. Francof. ad Viadr. 1780.
- 16) Diss. de hydrothorace. Edinb. 1783.
- 17) Diss. de hydrope pectoris. Hal. 1784.
- 18) Diss. de hydrope pectoris. Hal. 1784.
- 19) Diss. de hydrothorace. Lips. 1790.
- 20) De signis hydropis pectoris.
- 21) *Abhandl. v. d. Brustwassersucht.*
- 22) Diss. de hydrothorace. v. VOGEL *kl. akad. Schriften.*
- 23) Diss. de hydrothoracc. Goett. 1791.
- 24) Pr. de quodam laboriosissimo expirationis exemplo.
Heidelb. 1792.

BEL ²⁶), TITIUS ²⁷), JAENCKE ²⁸), CHARDEL ²⁹), OTTO ³⁰), KELLY ³¹), BROWN ³²), DELBARRÉ ³³), GENARD ³⁴), DUCASSE ³⁵), TIPALDO XIDIAN ³⁶), LACROISADE ³⁷), POIRSON ³⁸), LEPREVOST ³⁹), BLÜMM ⁴⁰), DESMAROUX ⁴¹), MACLEAN ⁴²), MERCIER ⁴³), MORICE ⁴⁴), MICHELOT ⁴⁵).

3. *Di-*

- 25) Diss. de hydrothorace. Edinb. 1794.
 26) Diss. de hydrothorace. Edinb. 1794.
 27) Diss. sistens hydrothoracem ejusque diagnosin. Vit. 1795.
 28) Diss. de hydrothorace. Hal. 1797.
 29) *Obs. sur l'hydropisie de poitrine, sur celle du péricarde, et sur le maladies organiques de coeur.* Paris 1799.
 30) Diss. de hydrothorace. Francof. ad Viadr. 1800.
 31) Diss. de hydrothorace. Edinb. 1801.
 32) Diss. de hydrothorace. Edinb. 1802.
 33) *Essai sur l'hydrothorax.* Paris 1802.
 34) *Essai sur l'hydrothorax.* Paris 1802.
 35) *Diss. sur l'hydropisie de poitrine.* Paris 1802.
 36) *Essai sur l'hydrothorax.* Paris 1803.
 37) *Dissert. sur l'hydrothorax.* Paris 1804.
 38) Diss. de hydrothorace primario. Paris. 1804.
 39) Diss. de hydrothorace. Paris. 1804.
 40) Diss. de hydrothorace. Würceb. 1806.
 41) *Diss. sur l'hydrothorax.* Paris 1810.
 42) *Inquiry into the nature causes and cure of hydrothorax etc.* Edinb. 1810.
 43) *Diss. sur l'hydrothorax.* Paris 1810.
 44) *Diss. sur l'hydrothorax.* Paris 1813.
 45) *Dissert. sur l'hydropisies en génér. et l'hydrothorax en particulier.* Paris 1815.

Divisio. 3. *Dividitur* hydrothorax I. quoad *sedem* — in *hydropem* a) *cavitationum pleurae*, b) *mediastini*, c) *pulmonum*, et d) *pericardii* II. quoad *conditionem liquoris extravasati* — a) in *serosum*, b) in *purulentum*, c) in *cruentum*. III. quoad *curriculum*, — in *acutum* et in *chronicum*.

Ordo nostro.

4. In tot paragraphis distinctis *pathologiam* hydropis tum *cavitationum pleurae*, tum *mediastini*, tum *pulmonum* trademus. *Doctrinam* autem hydropis *pericardii* pro tractatu de morbis cordis reservabimus. *Therapiam* singularum specierum hydropis pectoris, una amplectetur paragraphus.

§. LIV.

De Hydrope cavitationum pleurae.

Definitio. 1. Hydrothorax ad *cavitates pleurae pulmones* includentes, *circumscriptus* a *sede sua* nomen desumit.

Literatura. 2. Auctores hydrothoracem describentes, sub illo nomine, *hydropem saccorum pleurae* intellexerunt. Arrisit vero nobis nomen hydrothoracis pro morbi *genere* designando, illud vero *hydropis saccorum pleurae*, pro *specie* indicanda, in usum ducere.

Divisio. 3. *Hydropem saccorum pleurae* dividimus in *acutum*, ut plurimum, *purulentum* aut *serosocruentum* et in *chronicum* fere semper *serosum*. De illo in tractatu de *peripneumonia* abunde locuti

locuti sumus. Restat ut hujus tradamus doctrinam.

4. Praeviis fere semper signis morbi aut pulmonum, aut cordis vasorumque majorum, aut viscerum abdominalium et renum; rarissime sponte, *hydrops cavitatum pleurae chronicus*, sequentibus *symptomatibus* ingruere solet. Facies fit tumidula, aut saltem specifici quid exhibet verbis vix designandum, sed maxime ex oculorum, nasi et labiorum conditione cognoscendum. Sunt enim oculi languidi, protrusi, vasisque sanguineis varicosis notati. Apex nasi ex rubro livescit. Labia apparent subalbida primum, dein livida. Venae jugulares turgent. Percipitur simul (nisi aliunde praesto sit *hydrops anasarca* aut *ascites*), oedema aut scroti⁴⁶⁾, aut dorsi, aut extremitatum inferiorum, aut brachii (dum serum in uno tantum pleurae cavo continetur), lateris affecti, interdum torpentis, quin imo paralytici⁴⁷⁾. Hoc praeterea in casu in latere affecto

Symptomata hydropis saccorum pleurae chronici.

46) Animadverterunt medici Vratislavienses quod *scrotum* hac in *hydropis* specie attollatur in tumorem, antequam aliae partes intumescant. (Hist. morb. Vratisl. 1699. 1700. De *hydropis* pectoris. C. I. Sect. 8.). MONROO etiam *hydrops scroti solitarius*, magnum latentis in pectore aquae signum audit; interim saepius defuisse vidi.

47) Aliquoties *paralysin* unius aut alterius brachii observavit CAROLUS PISO. (De morb. a colluvio serosa. Sect. III. C. 7.).

affecto conspicua animadvertitur thoracis convexitas, ita ut si hîc filum a linea media sterni usque ad columnam vertebralem deducatur, major illius extensio demonstrari ut plurimum possit. Ipsae costae aliquando a se invicem magis dehiscunt. Percussus lege artis thorax obscure resonat. Respirationis saepe sibilosae ingruit difficultas insolita, sub tempestate humida major, quam sub sicca. Dyspnoea haec ut plurimum rationem inversam, cum oedemate partium inferiorum tenet⁴⁸⁾. Vox sub longiori, clariore quidquam locutione, intersecta, anhelosa veluti clangosa evadit. Tussis viget modo arida, modo cum sputo seroso, spumoso, purulento, interdum cruento⁴⁹⁾. Aeger decubitus supinum, vel in latus alterutrum respuit, situmque erectum quaerit. Urina copia de die in diem decrescens, brunnea ex atro rubella est, et sedimento furfuraceo lateritio, saepe roseo, instructa. Pulsus saepe vibrans, plenus, durus⁵⁰⁾, utroque in brachio non semper sibi aequalis, sub majori pecto-

48) Vera observatio SIMSONI (*medic. Essays. Vol. 5. P. 2. p. 820*).

49) Tale sputum cruentum in hydrothorace deesse monuit HAEN; at vero QUARIN jure contrarium testatur (*Animadv. pract. in divers. morbos p. 126*).

50) Monuit et STOLL pulsum hîc saepius durum vibrantum etiam esse; ut inflammationem aut saltem plethoram adesse existimet medicus, et male vcnam sectet. (*Prælect. in morb. chron.*).

pectoris oppressione parvus, inaequalis ac haud raro intermittens. Progrediente morbo, liquidum morbosum in pleurae sacco reclusum (cujus fluctuationem interdum aegri ipsi et adstantes percipiunt ⁵¹), pondere suo diaphragma deprimat. Oritur inde tumor epigastrii et hypochondriorum aut saltem hypochondrii lateri thoracis affecto respondentis. Pars tumens quandoque dolet ⁵²), atque interdum dolor ad lumbos ⁵³), scapulas, ad dorsum ⁵⁴) extenditur. Mala quot quot sunt versus noctem augentur, atque aeger sedili

51) MARCELLUS DONATUS inquit: „Nos binos tractavimus pulmonum (thoracis) hydropes laborantes, in quorum thoracis cavitate, dum hinc inde moverentur, *aqua commota sonitum edebat*, quale in utre agitata fieri quotidie observamus.“ (Hist. med. mirabilis. L. III. C. XI.). Et apud MORGAGNI legimus, sonum ab aquis in pectore fluctuantem non ab aegris solummodo sed ab adstantibus quoque interdum audiri (Op. c. Epist. XVI. N. 32. 33. 37.).

52) Dolorem istum non constantem esse monet haud immerito MONRO (*on dropsy*. §. 122.).

53) Ex lumborum dolore ad pectoris hydropem concludere solet VALSALVA, monens: se praecipue in illa parte *dorsi*, in qua mediam et infimam corporis regionem dividit, immanem observasse; quem sensum attribuit sero in thorace collecto, et appendices septi transversi irritanti aut prementi. (MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. XVI. Art. 41.). Videtur mihi tunc dolor aliquando posse oriri ex sero in ipso *cavo vertebrarum* collecto.

54) VOGELIUS diss. de hydropes pectoris. Goett. 1763.

sedili infixus et prae tumore monstroso hoc implens, saepe vix somno, pendente in pectus capite, frui incipit, cum sponte et derepente perterritus expergefiat, atque aëris liberioris cupidus, ad fenestras januasque confugiat, manus pedesque frigidos, quandoque sudore viscido irroratos, ungues lividos, pulsum vix perceptibilem irregularem, offerat, quae terribilis scena ut plurimum ad diluculum protrahi solet. Illa pluries repetita, aeger, superveniente aliquando hydrope ascite, anasarca, aut pneumonorrhagia, quotidie viribus magis fractus, suffocatus perit.

Autopsia
cadaverum.

5. Cadavera exhibent oedema textus cellulosi subcutanei, faciem et extremitates lividas, *cutem* huc illuc ecchymomatibus notatam; *cartilagines costarum* interdum ossificatas ⁵⁵); costas dimotas ut gibbus natus sit ⁵⁶); *pleuram* erosam ⁵⁷); *mediastinum* sinistrorsum pulsum ⁵⁸); *pulmones* phthisicos ⁵⁹), alias sanos, compressos ⁶⁰), e loco remo-

55) HAEN rat. med. T. VI. p. 87.

56) SLEVOGT de infelici hydropis saccati curatione.

57) BONET sepulchr. L. II. Sect. I. Obs. 75.

58) MORGAGNI op. c. Epist. XVI. N. 26.

59) Cap. X. §. LII. N. 4.

60) CAMPER pulmonem integrum ad tam parvam molem reductum vidit, ut placentam uterinam referret, et nullum aërem inter vesiculas reciperet, nam segmentum ejus, aquae immersum, fundum vasis petebat celerius, quam pulmo infantis qui nondum respiraverit. (Diss. XI. Opp. T. I. §. 3. p. 436).

remotos⁶¹); vitia *cordis* et *aortae*, frequentissime cordis dilatationem, illius cum pericardio concretionem, ossificationem valvularum et aortae, nec non polyposos tumores vasa majora comprimentes, ut steatoma⁶⁴), sarcoma⁶⁵); *diaphragma* depressum⁶⁶); *hepatis* obstructiones⁶⁷), tubercula, steatomata⁶⁸) et abscessus⁶⁹); *vesiculam felleam* degeneratam⁷⁰); *renem* cum calculo⁷¹); et *serum* a libra una ad libras tres⁷²), sex⁷³), septem⁷⁴), octo⁷⁵), decem⁷⁶), duodecim⁷⁷) et ultra⁷⁸).

61) HAEN rat. med. T. VI. C. 3. §. 2.

64) LETTSOM v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 12. B. p. 605. (Aortam et tracheam premeus).

65) LA MOTTE, *traité complet de chir.* (venam cavam inferiorem comprimens).

66) A seri copia, in sinistro thoracis cavo accumulata, diaphragma ex ea parte, qua oesophagus progreditur, instar sacci versus sinistram renem protrusum fuisse, ut ventriculus hepatis superjaceret, ex sepulchreto refert MORGAGNIUS (op. c. Epist. XVI. Art. 27.).

67) PRISO l. c. Obs. 55. BARTHOLINUS Act. Havn. Vol. II. Obs. 118.

68) Act. med. Berol. Dec. I. Vol. 3. p. 36. BADER Obs. 45.

69) Eph. N. C. Dec. II. An. 6. Obs. 194.

70) MORGAGNI l. c. Epist. XVI. Art. 30.

71) Eph. N. C. Cent. I. Obs. 27.

72) LIEUTAUD hist. anat. med. L. I. Obs. 847. p. 275.

73) MORGAGNI l. c. Epist. XVI. Art. 8.

74) HOFFMANN de hydrope. Obs. 7.

75) LIEUTAUD l. c. Obs. 854. p. 278.

76) LIEUTAUD l. c. Obs. 860. p. 281.

ultra ⁷⁹). Qualitas hujus seri, brunei subflavi, cum illa seri sanguinis convenire solet ⁷⁹). Visum tamen est illud limpidum ⁸⁰), flavum ⁸¹), turbidum ⁸²), cruentum ⁸³), spumosum ⁸⁴), mucosum ⁸⁵), gelatinosum ⁸⁶), lacteum ⁸⁷), foetidum ⁸⁸),

77) LIEUTAUD l. c. Obs. 876. p. 287.

78) LARREY sexdecim seri pintas invenit (*mém. de la soc. méd. d'émul. T. VI. p. 354*).

79) BAILLIE *Anatomie d. krankhaft. Baues* p. 34.

80) MORGAGNI l. c. Epist. XVI. Art. 6. Epist. XVIII. Art. 2. Epist. XX. Art. 30. 32. Epist. XXXVIII. Art. 22. LIEUTAUD l. c. Obs. 849. p. 276. Obs. 856. p. 280. Vidi pluries.

81) MORGAGNI l. c. Epist. VII. Art. 11. Ep. XVI. Art. 12. 28. 38. Ep. XVII. Art. 25. Ep. XXIII. Art. 6. Ep. XXIV. Art. 34. Ep. XXVI. Art. 9. Ep. LVI. Art. 26. LIEUTAUD Lib. I. Obs. 847. p. 275. Obs. 856. p. 280.

82) MORGAGNI Epist. XX. Art. 47. Ep. XXI. Art. 24. 34. Ep. LIII. Art. 4. LIEUTAUD L. I. Obs. 878.

83) MORGAGNI Epist. IV. Art. 26. Ep. V. Art. 11. Ep. VI. Art. 12. Ep. XI. Art. 11. Ep. XIV. Art. 35. Ep. XVII. Art. 23. Ep. XVIII. Art. 18. Ep. XXI. Art. 15. Ep. XXVI. Art. 21. 33. 35. LIEUTAUD l. c. Obs. 858. p. 280. Obs. 862. p. 282.

84) LIEUTAUD l. c. Obs. 857. p. 280.

85) MORGAGNI l. c. Ep. XVI. Art. 25. Ep. XXI. Art. 34. Ep. XXXVIII. Art. 13. Ep. L. Art. 4. LIEUTAUD Obs. 872. p. 286.

86) MORGAGNI Ep. XVI. Art. 12. 17. 40. Ep. XX. Art. 30. Ep. XXII. Art. 8. Ep. XXV. Art. 12.

87) WILLIS *Pharmaceutice rationalis. P. II, Sect. I. C. 13. p. 113.*

dum⁸⁸⁾, salsum⁸⁹⁾, urinosum⁹⁰⁾. Nec exempla seri in sacco inclusi desiderantur⁹¹⁾.

6. Sicuti hydropi cavitatum pleurae *acuto*, *Caussae*. pleuritis, pleuro-pneumonia⁹²⁾ et bronchitis⁹³⁾ acuta ansam porrigit; ita *chronico*, inflammatio pleurae costalis et pulmonum lente decurrens. Porro ad hydropem cavitatum pleurae chronicum excitandum potissimum valent vitia pulmonum, cordis,

88) MORGAGNI Epist. XXI. Art. 32. Ep. LXX. Art. 7.

LIEUTAUD. Obs. 854. p. 278. Obs. 868. p. 284.

89) MORGAGNI Ep. XVI. Art. 14.

90) MORGAGNI. Epist. LXIV. Art. 5.

91) SCHULZ de hydropse pectoris saccato. Hal. 1742.

KALTSCHMIDT diss. de hydropse pectoris saccato. Jen. 1765. Talis saccus octo libras seri continebat (STÖRK. annus med. I. p. 154).

92) Cap. VIII. §. XXXV. N. 8. Ortus hujus hydrothoracis in peripneumoniis confirmatur observationibus enarratis in Act. med. Berol. Dec. I. Vol. III. p. 34. Vol. VI. p. 70. a MORGAGNIO Op. c. Ep. XVI. Art. 2. 4. 17. a STOLLIO Rat. med. P. II. p. 378. III. p. 55. VII. p. 216.

93) Jam monui bronchitidem saepe hydrothoracem acutum ut comitem et sequelam agnoscere (C. VIII. §. XXXIV. N. 15 (23)). Valet id praepremis de bronchitide morborum exanthematicorum socia. Legi merentur observationes de ortu hydropis pleurae post morbillos, — in HUFELAND's Journ. 17. B. 1. St. p. 69. 2. post scarlatinam; — in J. P. FRANK de cur. hom. morb. Vol. III. p. 74. et in KÜHN phys. med. Journ. 1820. p. 416. et post variolas, — in Eph. N. C. Cent. IX. Obs. 620. Neo *Coqueluche* hic excludi debet.

cordis, aortae, hepatis ⁹⁴), renum ⁹⁵), violentiae externae ⁹⁶), nisus ⁹⁷), haemorrhagiae ⁹⁸), fuga et praepostera suppressio psorae ⁹⁹), ulcerum ¹⁰⁰),
 sudo

94) Qui, imperium quod hepar in excitanda pneumonorrhagia (C. IX. §. XL. N. 16.) et phthisi haemorrhoidali (C. X. §. XLVII.) exercet, ad mentem revocat; ille ortum hydropis pleurae ex obstructione hepatis sibi facile explicabit. Duplex etenim hic est hepatis praemagni et obstructi agendi modus; 1^o sanguinem ex arteria hepatica non rite admittendi et hinc pleurae thoracicae ansam porrigendi et 2^o diaphragma altius in pectus pellendi pulmonesque comprimendi. Ac re quidem vera propria praxis docet inter causas communissimas hydrothoracis morbos hepatis locandos esse; hincque rerum positiones istis morbis ansam porrigentes, v. c. abusus potus liquorum fermentatorum, ira (Act. med. Berol. Dec. I. Vol. 10. Obs. 34.).

95) BRÜCKMANN diss. de hydropse pectoris a renum calculo oriundo. Gies. 1724.

96) Act. med. Berol. Dec. I. Vol. 10. p. 8. *Edinb. Versuche*. 2. B. N. 22. (vulneratio thoracis). Eph. N. C. Dec. III. An. 4 et 5. Obs. 277. (fractura costarum). Cent. III. et V. Obs. 144. (percussio equi). Cent. VII et VIII. Obs. 100. (allisiones in solo saxoso). HAEN Rat. med. P. IX. p. 41. MORGAGNI Op. c. Epist. XVI. Art. 28.

97) Act. N. C. Vol. V. Obs. 34. (in elevatione ponderum).

98) Ex haemorrhoidibus nimis hydrothoracem describit HAEN rat. med. P. VI. C. 4.

99) Act. N. C. Vol. V. p. 147. MORGAGNI l. c. Epist. XVI. Art. 34.

sudoris ¹⁾, oedematis externi ²⁾; refrigerium ³⁾ potusque liquorum fermentatorum ⁴⁾; haecque singula eo magis, quo magis agunt in homines, qui obesi, scrophulosi, gibbosi, aut thorace male constructo praediti sunt, aut hanc nobilissimam corpo-

100) STOLL praelect. p. 82. *Edinb. Versuche.* 2. B. N. 22. ARCHIER in *Journ. de méd. T. LXVIII.* p. 280. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 12. B. p. 377.

1) BANG in *Auswahl aus d. Tagebüchern d. K. Krankenhauses in Kopenhagen.* 1. B. 1783. Nov. (in febre).

2) STOLL praelect. Vol. 1. p. 81. Ex nefando more in salutari saepe arthritico pedum oedemate mox fascias applicandi, aliquoties hydrothoracem conspexi. Quid podagra retrograda in hydrothorace excitando valeat legitur apud HOFF *Comm.* 3. B. et STOLL l. c. p. 82.

3) MORGAGNI *Epist.* XVI. Art. 40. 43. (ex potu frigido post hypercatharsin). Vidi saepius Vilnae hydropem cavitatum pleurae simul cum anasarca, apud homines vulgi, qui hyemali tempore cauponas noctu derelinquendo, ebrii in plateis concidunt, ibique noctes transigunt. Similia refert SWIETEN (*Comment.* T. IV. §. 1219. p. 130). „Moris est, inquit, apud Batavos, ut statutis horis, scaphae ab una urbe ad aliam tendant; cum autem ad ipsum campanae pulsum solvatur scapha: saepe veloci cursu peregrinantes illam jam jam abeuntem assequi conantur, et sudore madentes illam ingressi, per aliquot horas sedent quieti, si autem ventus validus, vel frigida hyemalis tempestas fuerit, tunc saepius contingit, ut a tali causa asthmatici fiant, et copiam seri aquosi in pectoris cavis colligant.“

4) Vide supra (94).

corporis partem fasciis constringere soliti erant, „aut qui exercendis flatu musicis instrumentis, aut vocis modulationibus vel cantui, vel concionatorum, oratorum officio, per annos maxime intenti, — qui noxiis fumis metallicis acidorumque mineralium nimis frequenter expositi fuerunt, — quorum guttur a strumis cingitur, opprimitur; quorum anima longa spiritus dejectione, curis, moerore, suspicionibus frequenter impedita est 5).“ Fertur quod in *Catalonia* hydrops cavitatum pleurae morbum endemicum sistit 6).

Diagnosis. 7. In *diagnosi* hydrophis cavitatum pleurae instituenda, inquirendum, 1° num revera liquor extravasatus in cavitatibus pleurae locum obtinuerit? 2° Num forte morbi, symptomata hydrophis cavitatum pleurae aemulantes, non lateant? 3° Num liquor extravasatus in sero, lymphâ coagulabili aut cruore consistat? 4° Num in alterutro cavo pleurae, num in utraque extravasatum contineatur? et 5° num hydrops sit effectus alterius morbi aut praegressi aut praesentis? num constituat morbum per se? cujusque demum indolis sit iste morbus? — 1° *Inquirendum num revera liquor extravasatus praesto sit,*

5) J. P. FRANK Epit. de cur. hom. morbis. Lib. VI. P. I. p. 355.

6) ROMERO in *Journ. de méd. chirurg. et pharm.* 1815. Mai.

sit, propterea, nullo signo, quod aut hydrothoracis in genere, aut hydropis cavitatum pleurae in specie pathognomicum dici posset, gaudemus; unde nil diagnosi hujus morbi incertius 7). Visi enim sunt hydropes cavitatum pleurae sine difficultate respirationis 8), sine impotentia humili situ decumbendi 9), sine tussi et pedum oedemate 10), sine excitatione subitanea e somno 11), et quin thorax lege artis percussus, sonum

7) Legatur de hoc argumento REINMANN in Act. phys. med. Acad. N. C. Vol. I. Obs. 170. Placet imprimis ingenuitas quâ egregii in arte viri errores hoc sub respectu commissos fassi sunt, ut videre est apud VIEUSSEUX (*Traité du coeur. Chap. I.*), STOLL (pracl. in morb. chron.), WISEMANN (*Chirurg. Treatise. Vol. I. §. 4. p. 200.*) etc.

8) RUFFIUS de virgine narrat, quae ad mortem usque libere respirans, omnem thoracem sero viridescente repletum habuit.

9) WEPFER in adolescente (Sepulchret. Sect. VIII. Obs. 91. et in additamento. Obs. 48.). MORGAGNI lanionis exemplum adnotavit, qui humili capite et in utrumque latus assidue jacebat, neque ulla unquam difficultate spirandi laboravit, utrumque tamen pectoris cavum aquis impletum a morte exhibuit (Op. c. Epist. XVI. Art. 28.).

10) MORGAGNI l. c. Art. 33.

11) In sepulchreto BONETI habetur observatio adolescentulae nobilis cui somnus prolixus erat et in multam lucem protractus (L. II. Sect. 2. Obs. 3. in Schol.), — et senatoris Poloni, cui nulla erat somni, cum peri-

sonum solito obscuriorem ederet. Prima hujus percussione *idea* HIPPOCRATI tribuenda, utpote qui jam jusserat aegros humeris prehensos concuti ac explorari, utrum strepitus aquarum discernatur ¹²). Accuratus percussione genus, AVENBRUGGER (medicus quondam Vindobonensis, quem octuagenarium adhuc cognovimus), excogitavit ¹³). Ut adductis ad se mutuo et in rectum protensis digitorum apicibus, thorax lente atque leniter percutiatur, suadebat, atque sonum clarum (veluti dolium vacuum) statum hujus cavitationis normalem; obscurum vero (instar dolii pleni) latens extravasatum, aut aliud quoddam viscerum inclusorum malum indicare, contende-
bat. Germaniae medici, excepto STOLLIO, hocce inventum minoris fecerant momenti; secus autem Galli, ut testantur opera ROZIERE DE LA CHAS-
SAGNE ¹⁴),

culo suffocationis interruptio, et plurimum tamen aquae in utroque thorace inventum est (Commerc. liter. a. 1733. hebdom. 11.). Pluries hoc signum defuisse vidi, ac infra dicam quibusnam sub rerum positionibus id contigerit. Patet inde, RIVERIUM (Prax. med. L. VII. C. 5.) et CAROLUM PISONEM (Op. c. Sect. III. C. 7.) excitationem subitanam e somno immerito pro certissimo hydrothoracis indicio habuisse.

12) De morbis. L. II. §. 45. edit. VAN DER LINDEN.

13) Inventum novum ex percussione thoracis ut signo, abstrusus interni pectoris morbos detegendi. Vindob. 1701.

SAGNE ¹⁴), CORVISART ¹⁵), DESSANS ¹⁶), DOUBLE ¹⁷) et MÉRAT ¹⁸). Si perpendamus vero (rite animadvertente L'OEUILLEART D'AVRIGNI ¹⁹)), quod obesitas major minorve aegrorum, quod mammae et scapulae plus minusve evolutae, quod ventriculus repletus aut vacuus, quod hepar aliaque viscera abdominalia voluminosa aut parva (quatenus diaphragma magis minusve sursum pelunt), quod tempus inspirationis aut expirationis, quod praesentia vel absentia adhaesionum inter pleuram et pulmones, quodque ipsa thoracis percussio quatenus perpendiculariter potius quam oblique, super ipsas costas, vel super interstitia costarum, cum majori minorive vi, nocte silente vel die strepente peragitur; si perpendamus, in-

X x 2

quam,

14) Jam an. 1770. AUENBRUGGERI opus in sermonem Gallicum converterat: *de la percussion de poitrine, à la suite du manuel des poulmoniques.*

15) *Nouvelle méthode pour connoitre les maladies intern. de la poitrine par la percussion de la cavité. Traduit d'AUENBRUGGER av. des commentair. Paris 1808.*

16) *Essai sur la percussion de la poitrine dans le diagnostic de quelques affections du thorax (Dissertatio inauguralis). Paris 1813.*

17) v. *Journ. général de méd. T. XXIX. p. 241.*

18) *Remarques sur l'écrit précédent inséré dans le même Tome p. 252. et Dict. des sc. de méd. T. XL. p. 288. Article percussion.*

19) *De la percussion dans les maladies de la poitrine (Mém. inséré dans le Tome LXVII. du Journ. génér. de méd. p. 56).*

quam, quod haec omnia in qualitatem soni ex percussione thoracis elicitu necessario imperium exercere debent, facile intelligimus, quot quantaeque difficultates iudicium, ex qualitate soni percussi pectoris desumendum, circumdant. *Stethoscopium* seu *pectoriloquium* ²⁰⁾ necdum adeo

•saepe

20) A pectore, et verbo loqui — nomen a Dr. LAENNEC (*De l'auscultation mediate ou traité diagnostic des maladies des pouxens et du coeur fondé sur ce nouv. moyen d'exploration. T. I. Paris 1819.*) instrumento quodam (op. c. tab. I.) impertito, quo ad varios rumbres in cavo pectoris locum habentes scopo diagnosis morborum hujus cavi instituendi explorandos, utitur. Instrumentum auctor sequentibus describit verbis: „*Je me sers d'un cylindre de bois percé dans son centre d'un tube de trois lignes de diamètre, et brisé au milieu à l'aide d'une vis, afin de la rendre plus portable. L'une des pièces est évasée à son extrémité, à une profondeur d'environ un pouce et demi, en forme d'entonnoir. Le cylindre ainsi disposé est l'instrument qui convient pour l'exploration de la respiration et du rale. On le convertit en un simple tube à parois épaisses pour l'exploration de la voix et des battemens du coeur, en introduisant dans l'entonnoir ou pavillon un en-bout de même bois qui le remplit exactement, et qui se fixe à l'aide d'un petit tube de cuivre qui le traverse et entre dans la tubulure du cylindre jusqu'à une certaine profondeur.*“ Extremitas haec, pectori aegrotantis, altera vero auri medici admovetur. „. . . en tous les cas, le cylindre doit être tenu comme une plume à écrire, et il faut placer la main très près de la poitrine du malade à fin de pouvoir s'assurer que l'instrument est bien appliqué.“

saepe ut ad iudicium ferendum opus foret, adhibuimus. Experti vero sumus, quod comprimendo sursum abdomen, si serum in cavitatibus pleurae jacet, inquietudo peculiaris oritur, quamobrem hoc criterium ²¹⁾ libenter admittimus. —

2^o *Inquirendum num forte morbi, symptomata hydropis cavitatum pectoris aemulantes, non lateant?* Ad hos morbos spectant: a) *Collectio seri inter musculos intercostales et pleuram*, quâ saccus oritur, qui in cavitatem alterutram thoracis intrusus, pulmonem ejusdem lateris comprimit, magnamque respirationis difficultatem gignit. Quo pacto talis morbus ²²⁾ a hydropse legi-

21) PH. JOS. ROUX v. *Mélanges de chir. et de physiol.* Paris 1809. p. 196—224. Et *Neue Samml. auserl. Abhandl.* 1. B. 1. St. p. 31. *Ueber den auf d. Erkennung der Brustkrankheiten angewendeten Druck auf d. Unterleib.*

22) *Hydrothorax spurius* J. P. FRANK l. c. p. 225. Legi de hoc morbo merentur BERGERAU *traité sur l'hydropisie de la poitrine.* SCHULZ l. c. et HALLER (opusc. pathol. Obs. XIV. p. 15). Quorum ultimus narrat: „in cadavere pro hydropico habito repertum est: aquam eam inter musculos intercostales et pleuram effusam fuisse, eamque membranam a costis avulsam, ut saccum, nihil pectoris ipsius cavea minorem efficeret. Quare compressus, inter hunc saccum dextramque thoracis caveam, pulmo sinister ita elisus fuit, ut manus crassitie tenuior, neque id latus pectoris chirotheca amplius esset.“ Cfr. MORGAGNI (op. c. Epist. LIII. N. 32.). Et casus CHAMBON DE MONTAUX

legitimo cavitationum pleurae distinguendus sit, determinare non audemus. b) *Hydrops ascites*, qui diaphragma sursum pellendo et costas inferiores plus justo elevando, plurima symptomata, alias hydropi cavorum pleurae propria, gignit²³⁾. c) *Collectio adipis in cavitate thoracis*, quae eo facilius in errorem ducit, cum obesi aliunde ad hydrothoracem dispositi sint²⁴⁾. d) *Asthma* *). e) *Empyema*, cujus distinctio a hydrope pleurae fere impossibilis evadit, si iste morbus phthiseos pulmonalis ex vomica socius sit. — 3° *Num liquor extravasatus, in sero, lympa coagulabili aut cruore consistat*, habita ratione morborum praegressorum et originis hydropis cavorum pleurae, arguitur. Si ista lente et sine signis praegressae inflammationis locum obtinuerit, de *indole serosa* liquoris vix dubitandum. Contra, origo acuta et inflammatoria morbi, signaque febris veluti suppuratoriae, *extravasatum puriforme* designant. *Extravasatum cruentum*, si illud in sanguine sincero consistat, potius ad *haemorrhagias internas thoracis*²⁵⁾, quam ad

hydro-

(*Merkwürdige Krankengeschichten. Bemerk. 13. p. 48.*), seri inter lamellas pleurae crassitudinis octo linearum, collecti, commemoratione dignus est.

23) N. 6.

24) CAMPER Diss. X. T. II. §. 5. p. 440.

*) Cfr. Cap. XIII. §. LXII. N. 7.

25) Cap. IX. §. XL. N. 3.

hydropem cruentum spectat, qui hydrops plerumque ortum acutum agnoscit²⁶). — 4° *Num hydrops alterutrum cavum pleurae, vel utramque cavitatem contineat*, cognoscitur imprimis ex decubitu in unum latus concesso, aut in ambo latera denegato. Quod aeger primo in casu in latus affectum decumbat vulgo docetur; interdum autem accidit, ut in sano tantum latere conquiescere et respirare possit. Id tunc potissimum contingit, dum cavitas pleurae, quae lateri ab aqua immuni respondet, vitium contraxerit, quod respirationem adhuc magis, quam ipse liquor extravasatus (pulmonem caeterum sanum includens), laedit. Porro, utut sit, aegro in latus ab aqua liberum decumbente, aqua maxima e parte versus mediastinum revolvitur, quo fit, ut pulmo aquae innatans minus prematur, ideoque commodius ad aërem inspirandum explicetur²⁷). Et percussio thoracis, ad cavitatem pleurae, quae hydrope laborat, indicandam, valet; quamvis fieri posset, ut culpa alicujus vitii cordis, thorax sinister sonum adhuc obscuriorem ederet, quam thorax dexter serum revera continens. — 5° *Num hydrops cavorum pleurae sit effectus alterius morbi aut praegressi aut praesentis? numque constituat morbum per se?*

Cujus-

26) Cap. VIII. §. XXXII. N. 2 (57).

27) Legantur LIEUTAUD synopsis univers. med. T. I. p. 218. BORSIERI Instit. T. IV. C. V. §. 168. p. 114.

Cujusque demum indolis sit iste morbus? Inter viginti hydropis cavitatum pleurae exempla, vix semel, morbum istum primarium invenies; enimvero fere semper ille effectum aliorum morborum sistit. Morbi hydropem cavitatum pleurae *chronicum* gignentis, ex aetiologia ²⁸⁾ elucet. Ad illorum praesentiam detegendam exacta morbi historia requiritur. Porro saepius, per ipsas undas recondita morbi causa translucet. Sic hydrops cavitatum pleurae, socius *phthiseos pulmonalis*, lente et post suppressionem diarrhoeae aut sudorum praevio oedemate pedum, ingruere solet. Aegri habitus tabem designat. Conspicitur rubor et livor nasi labiorumque, ac dilatatio vasorum oculi ²⁹⁾. Pulsus praeter frequentiam magnam et debilitatem nil exhibet, urinaque puriformis est. Respirandi difficultas aequali circiter pacto perseverat, tussis continuo urget cum sputis segregatis, ac raro magni dyspnoeae nocturnae insultus obveniunt. Spectant enim hujusmodi dyspnoeae insultus, quam maxime ad hydropem cavitatum pleurae, qui *vitia cordis et aortae comitatur*; immo cl. Viri ³⁰⁾ illos insultus,

28) N. 6.

29) CAMPER (Diss. X. T. II., §. 4. p. 438) ait: „hydrops ex asthma, vel pedetentim ex adfectis pulmonibus ortus, cognoscitur certo certius ex rubore et livore nasi labiorumque atque ex vasorum oculi admirabili dilatatione.“

30) CORVISART, PORTAL etc.

tus, exclusive et directe a vitiis istis derivant, cui tamen opinioni omnino subscribere nequimus. Experti enim sumus, vitia cordis et aortae non facile *insultus nocturnos* exhibere, antequam oedema scroti aut pedum de evolutione hydrothoracis testentur. Oedemata haec praeterea in corpore caeterum firmo, saepe athletico, a nulla evacuatione colliquativa exhausto, sedem figunt; urina est profunde tincta cum sedimento lateritio. Pulsus plerumque fortis, durus, irregularis, intermittens, tremulus. Tussis per insultus, saepe cum sputis puriformibus, copiosis, confluentibus, redit, ne de generalibus morborum cordis et aortae signis, debito tempore explanandis loquamur. Hydrops cavitatum pleurae ex vitio *hepatis* pullulans, saepe ascitidem socium agnoscit. Aeger adspectum flavescentem exhibens, quondam febribus intermittentibus, ictero mulctatus, maxime de ciborum desiderio deleto, de vomitu aut diarrhoea conquiritur. Urina profunde tincta cum sedimento roseo. Notari mereatur hydrothoracis speciem, de qua agitur, facillime a morbis hepatis produci, si haec cum vitiis cordis et aortae complicantur. Hydrops cavitatum pleurae *primarius* ex iisdem fontibus ac anasarca, sua sponte ortum ³¹⁾, pullulare solet. Quoties ille in hominibus caeterum sanis, potui liquorum fermentatorum deditis, aut post sup-

pres-

31) P. I. Vol. II. Cap. XLI.

pressionem haemorrhoidum menstruorumque ingruat, *morbi indoles inflammatoria* admittenda. Nec complicatio *rheumatica*, inprimis si transpirationis opus simul laesum fuerit, praetervidenda. Ulcerum, impetiginum, evacuationum habitualium praepostera fuga et suppressio, plerumque de secretione morbosa seri, caussae *metastaticae* adscribenda, testantur. *Atonia* sibi solum locum in hydrope cavitatum pleurae ex jactura sanguinis, aut ex alia inanitionis specie vindicat.

Prognosis. 8. *Prognosis* hydropis cavitatum pleurae chronici, secundum rerum positiones plus minus anxia est. Si morbus phthisi pulmonali superveniat, cum id solum in statu conclamato hujus mali accidat ³²⁾, mors brevi expectanda; arti nequidem concessum, notabile afferre levamen. Contra superveniente hydrope illo morbis aortae et organicis cordis (excepto visceris hujusmodi cum pericardio adhaesione universalis et complicatione cum scirrho hepatis), illum, si oedema necdum manus ³³⁾ detinuerit, saepe debellare licet, donec tandem redituro pluries eodem malo ³⁴⁾, aeger succumbat. Hydrops cavitatum pleurae

32) Cap. X. §. LII. N. 3.

33) QUARINIUS inquit: „mali ominis sunt manus oedemate affectae, sputa cruenta, aut subcruenta; qui haec exscreant, etsi medicamentis interdum levare videntur, saepe inopinate pereunt.“ l. c.

34) J. P. FRANK inquit: „uberior hydrothoracis reci-

rae *primarius* inflammatorius, rheumaticus et atonicus, interdum spem sanationis relinquit, quin ideo certi quid promittere liceat. Nec desiderantur exempla hydropis pectoris, ab ipsa natura sanati ³⁵⁾.

§. LV.

De Hydrope mediastini.

1. Collectio fluidi morborum in *cavitate me-* Definitio.
diastini illius constituit *hydropem*.

2. Morbus iste, a SWIETENIO in dubium vo- Literatu-
catus ³⁶⁾, descriptus est a RIVERIO ³⁷⁾, SCHEN-
KIO ³⁸⁾, COLUMBO ³⁹⁾, HEISTERO ⁴⁰⁾, BLANCAR-
DIO ⁴¹⁾, MEADIO ⁴²⁾, HALLERO ⁴³⁾, LIEUTAU-
DIO ⁴⁴⁾,

divi, atque citius tunc letalis, quam alterius hydropis
proventus est. l. c. p. 378.

35) MAYER Diss. exemplum hydropis pectoris in femina
71. ann. per naturae vires sanati. Fr. ad Viadr. 1780.
Cfr. ENGELHARD diss. de hydrope naturae beneficio
sponte curato. Ingolst. 1780.

36) „Ille mediastini locus, ubi thymus haeret, parvus
est, nec memini me legisse quod ibi hydrops inven-
tus unquam fuerit; a posteriore vero parte inter de-
hiscentes mediastini lamellas si colligeretur aqua, per
tunicam cellulosa facile diffunderetur.“ (Comment.
T. IV. §. 1219. p. 135).

37) Observ. Cent. I. Obs. 60.

38) Observ. med. Lib. II. Obs. 254. p. 487.

39) Anatom. Lib. II. C. 3.

40) Anat. N. 39.

41) Anat. pract. rational. Cent. II. Obs. 58. p. 274.

DIO 44); DONALDO MONRO 45) et WRISBERGIO 46).

Symptomata.

3. Cum nullum hydropis mediastini solitarii nobis obvenerit exemplum, hujusmet morbi descriptionem ab alio scriptore 47) desumemus; qui ait „in hydrope mediastini anterioris, sub corporis positione erecta, ingratus ponderis sensus diaphragmati propior videbitur, in supina anhelitus erit difficilior; in ventrem conversa, anterior pars thoracis oppressa, pondus omne ferret; in latus unum vel alterum electa, in illud, quod inferius est, aquae declinare sentientur.“ Quod spectat hydropem mediastini posterioris, J. P. FRANK cum SWIETENO consentit, dicens quod aquae in illud depositae, et a quibus tum oesophagus, tum aspera arteria, tum aorta tandem comprimi deberent, non posse facile diutius in illo stagnare sed debere sibi viam aperire ad cellulosa musculorum dorsi 48).

Caussae. 4. Causa hydropis mediastini plerumque in inflammatione quaerenda est. Sic imprimis casus

a Ri-

42) Praecepta et monita med. Cap. 8.

43) Opusc. pathol. Obs. 12.

44) Hist. anat. med. Lib. II. Sect. I. Obs. 213. Tom. II. p. 71.

45) *Abhandl. von d. Wassersucht u. ihren besondern Gattungen. A. d. E. Leipz. 1777. §. 177.*

46) *Götting. gelehrte Anzeig. 1784. 5. St. p. 44.*

47) MONRO l. c.

48) l. c. p. 252. 255.

a RIVERIO ⁴⁹⁾, MORGAGNI ⁵⁰⁾ et WRISBERGIO descripti docere videntur. Interea et de chronica morbi origine observationes testantur ⁵¹⁾.

5. Quam ardua sit hydropis mediastini *dia*-*Diagnosis*, *gnosis*, ex eo, quod haec cavitas plurimis aliis collectionibus morborum, et vitiis (in vivente homine vix a lymphâ coagulabili et a sero distinguendis) obnoxia est, intelligitur. De collectionibus *adipis* ⁵²⁾, *cruoris* ⁵³⁾, *puris* ⁵⁴⁾, *aëris* ⁵⁵⁾,
nec

49) Mulier refrigerio exposita, subito a dyspnoea, tussi, ponderis in medio pectoris gravis, ardoris interni, et doloris variis thoracis in locis sensu vexata fuit. Venae sectio haec symptomata mitigavit quamplurimum; vigesimo vero morbi die, cum optime se habere videretur, ac domestica negotia peragens in sellula sederet; ex improvise concidit exanimis. Aperto cadavere inventum est mediastinum plenum sero cruento. l. c.

50) Op. c. Epist. XXI. Art. 30.

51) BONET Sepulchr. Lib. II. Sect. I. Obs. 26. Sect. IV. Obs. 5. HALLER l. c.

52) VOIOTEL *Handb. d. path. Anatomie*. 2. B. p. 187. LIEUTAUD l. c. Obs. 753. p. 236. Obs. 754. p. 237. *Medic. Obs. and Inquiries*. Vol. III. p. 69. PORTAL in *Mém. de l'ac. R. des sc. Paris*. 1784. p. 51. v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 2. B. p. 710.

53) MORGAGNI Epist. XXVI. Art. 39. (Acerbissimus ad sternum dolor exortus est, quem divulsivum aeger vocabat. Sanguis ex disrupta aliqua arteria in mediastinum effusus, cor urgebat et pulmones). LEPROTTI Bonon. Institut. Act. T. I. (De arteria bronchiali in mediastinum cavum disrupta agit).

nec non de conversione mediastini in massam tum *carneam* ⁵⁶⁾, tum *osseam* ⁵⁷⁾ loquimur.

Prognosis. 6. „Mediastini anterioris hydrops, modo certa sit ejusdem diagnosis, si aliis resistat, suppurationis hæc in parte exemplo, a chirurgicis auxiliis levamen expectat ⁵⁸⁾.“

§. LVI.

De Hydropse pulmonum.

Definitio. 1. Collectio seri in ipso *pulmonum* parenchymate ⁵⁹⁾, aut in saccis illis annexis ⁶⁰⁾, *hydropem pulmonum* constituit.

Literatura. 2. Dubium hujus morbi vestigium jam apud
HIP-

54) BLANCARD apud LIEUTAUD l. c. Lib. II. Sect. V. Obs. 759. Tom. II. p. 239. BARTHOLINUS Hist. anat. rara. Cent. II. Obs. 59. T. I. p. 275. *Lond. medical Journal* 1781. Dec. p. 405. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 7. B. p. 508. FABRICE diss. de empyemate mediastini anterioris ejusque curatione ope trepani. Altd. 1796. PORTAL *Cours d'anat. med.* T. V. p. 29.

55) BAILLIE l. c. p. 61.

56) MORGAGNI Epist. XVI. Art. 26.

57) METZGER Prolusio de spina ventosa in vertebra dorsi visa. Regiom. 1787.

58) J. P. FRANK l. c. p. 378.

59) Oedema pulmonum. Anasarca pulmonum DARWINII. Hydrops pulmonum cellulosus J. P. FRANK l. c. p. 258. *Hydropneumonia* ITARD *Dict. des sc. méd.* T. 22. p. 456.

60) Hydrops pulmonum cysticus (J. P. FRANK l. c.).

HIPPOCRATEM ⁶¹⁾ obvenit. Luculenter illum descripsere MALVET ⁶²⁾, SCHENK ⁶³⁾, ALBERTINI ⁶⁴⁾, BARRERE ⁶⁵⁾, BARTOLETTI ⁶⁶⁾, TARGIONI TOZETTI ⁶⁷⁾, TOZZIUS ⁶⁸⁾, SWIETEN ⁶⁹⁾, HAEN ⁷⁰⁾, MAYER ⁷¹⁾, PERCIVAL ⁷²⁾, DARWIN ⁷³⁾, SACHTLEBEN ⁷⁴⁾, LAENNEC ⁷⁵⁾.

3. Oe-

61) De intern. affectibus. C. 24. CHARTER. T. VII. p. 696. et L. II. de morbis. Credit quidem SENNERTUS (Pract. med. L. II. p. 193.) tunc locum HIPPOCRATIS potius de thoracis quam de pulmonis hydrope intelligendum esse, quod autem revera de pulmonis hydrope divus senes loquatur, SWIETEN demonstrat (loco citando).

62) Comment. Acad. Scient. Paris. An. 1732. p. 17.

63) Obs. med. Lib. II. Obs. 62. 63. p. 120.

64) Comment. Bonon. T. I.

65) *Observations anatomiques. Perpignan. 1753.*

66) De hydrope pulmonum. Bonon. 1629.

67) *Prima Raccolta di osservazioni mediche* p. 83.

68) Medic. pract. in tract. de morbis pectoris.

69) Comment. T. IV. §. 1220.

70) Rat. medendi. P. XV. C. 3. p. 105.

71) Diss. de asthmate ejusque speciebus. Goett. 1779.

72) *Essays med. and Experiments. T. II. p. 173. v. Abh. f. pr. Aerzte. 2. B. 1. St. p. 181.*

73) *Experiments establishing a criterion between mucilaginous and purulent matter. Lichtfield. 1780. v. Abh. f. pr. Aerzte. 6. B. p. 304.*

74) *Klinik der Wassersucht. p. 517.*

75) l. c. T. II. p. 9. (ait: „*parmi les observations ALBERTINI et BARRÈRE sont les seuls (sic?) qui parois-*

Symptomata.

3. *Oedema pulmonum*, in tribus quos observavimus casibus ⁷⁶), *symptomata* habebat sequentia; habitum scilicet corporis leucophlegmaticum ⁷⁷); faciem tumidulam ⁷⁸), sublividam, angustiam et debilitatem magnam ⁷⁹); pondus ad pectus ⁸⁰), respirationem, a motu licet minimo, sum-

sent avoir fait quelque attention à l'cedeme du poumon!"

76) In Nosocomio civico Vindobonensi an. 1800. dein non amplius. Edoctus per autopsiam cadaveris in primo exemplo, in reliquis aegrotis diagnosin, cum dilecto meo medico secundario SCHMIDT, facili negotio institui et sectione corporum demortuorum bis confirmavi.

77) ALBERTINUS (l. c. p. 392.) inquit: „Oedema quod ineunte morbo partibus corporis externis cum difficili respiratione advenit, internis etiam et praesertim pulmonibus advenire comperii.“

78) SIMSON (*medical Essays. T. V. P. II. p. 627.*) suspicatur pulmonis oedema, si vel facies turgida esset, vel circa malleolos etiam parum tumerent pedes et respiratio difficilis esset, praecipue si simul pulsus adeo suppressus esset ut vix tangi posset. Et PERCIVAL (l. c.) „Pulsus est parvus et exilis, facies tumida pallida, totumque corpus leucophlegmaticum.“ Et in LAENNECII aegra secunda (l. c. p. 26.) tumor circa malleolos observabatur.

79) Addit PERCIVAL (l. c.): „Aeger de magna pectoris angustia conqueritur, et si profunde respirare conatur, impossibilem sentit ulteriorem pectoris dilatationem, sed quasi subito interrumpitur respiratio.“

80) Observantè MAURITIO HOFFMANN (*Acta N. Curios.*

summopere difficilem; decubitus supinum⁸¹); pulsum adeo oppressum et exilem, ut tactu percipi vix potuerit. Alii febrem⁸²), aliique tussim parcam cum sputis spumosis⁸³), symptomatibus hujus morbi addunt. *Hydrops pulmonum saccatus*, quem nunquam observavimus, in duabus aegrotis, de quibus TARGIONI TOZETTI loquitur⁸⁴), primum dyspnoea, dein sensu rupturæ

T. I. Obs. 213.) in oedemate pulmonis respiratio difficillima est, cum sensu angustiae et *ponderis a jugulo per medium thoracem deorsum porrecti*.

81) PERCIVAL (l. c.) „constans est, inquit, respirandi difficultas et a minimo motu augetur; *quin ex varia corporis positione differentia in respirationis difficultate oriatur*.” Aegroti mei nonnisi in dorsum decumbere potuerant.

82) HIPPOCRATES sic describit symptomata hydropis pulmonis: „febris et tussis tenet, et acervatim respirat, et pedes tumunt et unguis contrahuntur, et patiuntur talia qualia is, qui, suppuratus est, sed debilius et diuturnius. Etsi quid infundas, aut fotum aut suffitum adhibeas, pus non sequitur, atque ex hoc sane cognoveris, non pus sed aquam intus esse. Et si multo tempore aure ad latera adhibita audire tentaveris, ebullit intus veluti acetum, et hoc quidem aliquando patitur, postea erumpit ad alvum et statim quidem sanus esse videtur, ac a morbo liberatus. Verum progressu temporis alvus incenditur eademque illa patitur, et adhuc amplius. Aliqui etiam intumescunt ventre, scroto, facie.” L. II. de morbis.

83) LAENNEC l. c. p. 13.

84) l. c. p. 83. Primus erat vir nobilis sexaginta anno-

Frauk Prax. II. 2.

Yy

rae in pectore et tandem rejectione fluidi plus minus tenacis per tussim stipabatur.

Autopsiae
cadaverum.

4. Praesentia hydropis saccati pulmonum, cujus jam HIPPOCRATES suspicionem aluerat ⁸⁵⁾, sectionibus cadaverum confirmata est a CAROLO PISONE ⁸⁶⁾, BONETO ⁸⁷⁾, BARRÈRE ⁸⁸⁾ et MALVET ⁸⁹⁾,

rum, qui dyspnoea laborans, subito sensum rupturae in pectore factae habuit, et immediate abhinc quatuor pintas materiae albumini ovorum similis, eiciebat. Sed renascebatur malum, et denuo eandem scenam ludebat, quin tunc melius haberet, donec tandem extingueretur. Secundus erat vir juvenis, qui, dum per undecim dies pondus et anxietatem pectoris persensisset, sensum rupturae similem primo in hoc expertus est, atque post horam, quatuor quoque pintas fluidi clari et tenacis ejecit per tussim et reconvalluit.

85) Gignitur etiam, inquit HIPPOCRATES, ubi tubercula in pulmonibus exorta fuerint, et aqua repleta in pectus eruperint. Quod autem etiam a tuberculis oriatur hydrops, mihi argumento sunt boves, canes et sues. In his enim quadrupedibus maxime pulmonis tubercula oriuntur, quae aquam continent. Sectione namque facta citissime cognoveris, num aqua effluit. Talia autem multo magis etiam in homine, quam in pecoribus, fieri videntur, quanto morbosus magis etiam victus ratione utuntur.“ (De internis affect. C. 24. CHARTER. T. VII. p. 696).

86) De Colluvie serosa p. 216. „In juvene orthopnoea inveterata et febre funesta a multis annis adfecto, repente a vi morbi jugulato, praeter inflammatorium in hepate tumorem, repertus hydrops thoracis sed in uno duntaxat laterc, et pulmo vesicis tumore con-

VET 89). Sectis tribus cadaveribus feminarum oedemate pulmonis solitarii laborantium, ad aperto thorace pulmones non subsidebant. Color illorum erat normali obscurior. Extracti una

Yy 2 cum

sistente lentoque et pellucido, instar albuminis ovi praegnantibus refertus.“

87) Sepulchr. Obs. 33 et 36. Describuntur tubercula modo aqua distenta, modo humorem albumini ovi similem continentia.

88) l. c. p. 109. Aperto cadavere pulmones tumidi, pleurae agglutinati, maculis roseis hinc inde notati, a pressione digiti *fluctuatio*, remoto digito, fovea evanescebat illico, sectis diversis pulmonis locis *aqua copiosa* effluxit; nulla tamen erat in thorace effusa, nullum nullibi vitium, nec in corde, nec in pulmone ullum tuberculum.“

89) l. c. p. 350. „J'ai trouvé dans les deux poulmons du même sujet, dans chacun un kyste rempli d'eau, dont le grand diamètre étoit d'environ trois pouces. Je n'ai trouvé aucun épanchement d'eau dans la cavité de la poitrine. La tumeur étoit ovale. Le malade étoit un invalide. Il étoit tourmenté d'une difficulté de respirer considérable, accompagnée de fièvre lente; il ne pouvait se tenir couche sur les côtés, ni à plat sur le dos, qu'avec beaucoup de peine ce qui l'obligeoit à être toujours sur son séant. Ses bras et ses mains étoient enflés, aussi bien que ses jambes et ses pieds. Les urines étoient briquetées. Il n'avoit aucune fluctuation dans la poitrine. Il mourut après avoir languï deux ans. Les deux tumeurs étoient d'une grandeur à peu-près égale. celle du poumon droit contenant plus d'un demi septier de sérosité clair et limpide. Aussi dans le foie l'on trouva un kyste de la même nature.

cum trachea admodum erant ponderosi. Incisi undique serum effluebat, quod praeterea sub compressione parenchymatis, veluti e spongia aqua imbuta, manabat. LAENNECII observationes cum nostris. plane conveniunt ⁹⁰). Minorem morbi gradum, aut morbum, vix ad oedema pulmonum revocandum, exhibebant cadavera, quorum sectiones descripserunt BONET ⁹¹) et MORGAGNI ⁹²).

5. Tria

90) „L'oedème du poumon présente les caractères suivans: lorsqu'il occupé la totalité du poumon, et qu'il a une date un peu ancienne, le tissu pulmonaire présente la couleur légèrement rosée qui lui est naturelle, ses vaisseaux paroissent contenir moins de sang que dans l'état ordinaire. Le poumon, plus dense et plus pesant que dans l'état naturel, ne s'affaisse nullement à l'ouverture de la poitrine. Il est cependant encore presque aussi crépitant que dans l'état naturel. L'impression du doigt y reste un peu plus fortement marquée que dans un poumon sain. Lorsqu'on l'incise, il en ruisselle une sérosité abondante, presque incolore ou très légèrement fauve, transparente et à peine spumeuse.“ l. c. p. 11.

91) Sepulchr. Anat. pract. L. II. Sect. I. Obs. 26. ex HILDANO Cent. I. Obs. 11. — „Filius dom. ab HALTZEVELT, a commotione cerebri post casum asthmaticus factus est. Tandem novo incidente catarrho in pulmonem decessit ex vivis. Cadavere inciso, pulmo ubique pituitosis et viscidis humoribus oppletus repletus.“

92) Op. c. Epist. XXI. Art. 33. „Hominis pulmo dexter durus compactus ut jecur et aquae sanguinolentae non modicam habuit, thorace vacuo.“ Epist. XIII.

5. Tria quae observavimus oedematis pul- CAUSSAC.
monum exempla, totidemque a LAENNECIO tra-
dita ⁹³⁾, in *foeminis* locum obtinuerunt. In
nostris porro duabus aegrotantibus aliquid chlo-
rotici latuit. Excitari videtur oedema pulmonum
ab affectionibus catarrhalibus, a peripneumo-
niis ⁹⁴⁾, a scarlatina ⁹⁵⁾ et forte a morbillis ⁹⁶⁾.

6. Quon-

Art. 3. „Cardinalis Barbadicus, catarrhis obnoxius,
febre catarrhali epidemica moritur. Graves erant ipsi
pulmones, sed a catarrhali materia, quam contiuebant,
multa passim a bronchiis, quacunque incideres, erum-
pente.“ — Ad verum oedema pulmonis tamen spe-
ctare videtur casus in Epist. XXII. Art. 19. enarratus:
„Pulmones ubique multo sero referti, in homine qui
per biennium anhelus respiravit, maxime ad motum
corporis.“ Et ex HAENII (l. c. p. 117.) observationi-
bus parum aliud elici potest, quam quod spumosa
aquosa sputa aegri reddiderint.

93) l. c. p. 19. Obs. 32. — p. 26. Obs. 33. p. 32. Obs. 34.

94) „*La péripneumonie terminée par résolution pa-
rait aussi laisser après elle une grande disposition à
l'infiltration du tissu pulmonaire, et les sujets chez les-
quels j'ai rencontré les oedèmes du poumon les plus uni-
versels et les plus intenses étoient morts peu de temps
après avoir éprouvé une péripneumonie grave et pour
ainsi dire dans la convalescence de cette maladie. Le
catarrhe chronique y prédispose également et beaucoup
de sujets attaqués de cette maladie meurent suffoqués
par le développement de l'oedème du poumon.*“ LAEN-
NEC l. c. p. 10.

95) *Obs. on fever attended with ulcerated sore-throat,*

Diagnosis
et Progno-
sis.

6. Quondam nomen *hydropis pulmonum* ad *hydropem thoracis* designandum adhibebatur ⁹⁷⁾. Nos illo tantum pro *oedemate pulmonum solitario* (ex peculiari pulsuum exiguitate, orthopnoea et oedemate quodam externo maxime dignoscendo) et *pro saccis sero repletis pulmonibus annexis* utimur. Complicationem *oedematis pulmonum cum hydropo cavitatum pleurae* haud admodum raram ⁹⁸⁾, vix autem ante cadaveris sectionem, nisi

as it appeared at Newcastle upon Tyne the year 1778.
p. 210.

96) „*L'orthopnée suffocante qui emporte quelquefois les enfants à la suite de la rougeole n'est probablement autre chose qu'un oedème idiopathique du poumon. Je n'ai point eu occasion de vérifier cette conjecture, parce que j'ai été assés heureux pour n'avoir jamais perdu un malade parmi ceux que j'ai traité de la rougeole.*“

LAENNEC p. 11. — Ego autem longe infelicioꝝ in triginta et quod excurrit hujusmodi cadaverum nec semel oedema pulmonis detexi,

97) Exemplum habetur apud MARCELLUM DONATUM. De med. hist. mirabili. L. III. C. XI.

98) Exempla complicationis hydropis pulmonum cum illo cavitatum pleurae habentur inter alios apud HERCULEM SAXONIAM (Pract. Part. I. C. 26.) et CARDANUM (De caussis et signis morborum. v. BONETI Sepulchr. Lib. II. Sect. I. Obs. 77.), quorum ille ait: „*hydrops pulmonis casus rarissimus est, cujus meminit HIPPOCRATES (L. II. de morbis); et ego hunc hydropem vidi ante septem annos, in quodam clarissimo ex familia Marcella, cui post mortem dissecto,*

nisi forte ex pulsu exilissimo cognoscenda, nomine generali *hydrothoracis* comprehendimus. Et *hydatides pulmonum*⁹⁹⁾ ad hydropem hujus visceris revocari possent. *Bronchia* quoque sero seu lymphâ oppleri posse, non dubitamus, unicujuscunque vero arbitrio relinquimus talem casum pro *hydropse bronchiorum*¹⁰⁰⁾ admittere
 nec

inventae sunt librae multae aquae spumosae in *capacitate thoracis* et in *pulmonibus*."

99) Cap. X. §. LIV. N. 9.

100) Quamvis in casu Cardinalis, quem MORGAGNI enarrat (Epist. XIII. Art. 13.) et de quo supra (92), dictum sit catarrhalem materiam multam e *bronchiis* incisissis erupisse; nemo tamen ante patrem meum (Epitome de curand. hom. morb. L. VI. P. I. p. 255.) de *hydropse bronchiorum* loqui ausus est. Provocat ad exemplum, a se ipso Ticini observatum, ubi post cyanachen laryngeam, homini icterico letalem, liquidi serosi turbidi subflavi, cui pelliculae albescentes innatabant, *sex uncias et ultra*, ex discisso ramo *bronchiali majori* cum impetu effluxit atque addit: „quanta sit sputorum spumosorum, aquosorum, in permultis catarrhis, in asthmate quod *humorale* vocarunt, ubertas, quanta illorum, quae pneumoniae sub initiis, saepe sanguine tincta, per tracheam expelluntur, abundantia sit, nemini medicorum ignotum est.“ Memorabile hujus generis exemplum Dr. BAYNTON Bristoli in foemina observavit, quae post suffocationis insultum, tussis ope *quatuor ad quinque mensuras (pints)* seri spumosi rejecit (*Considerat. on the med. power of fuctitious airs by Dr. BEDDOËS and M. WATT. P. IV. p. 53*).

nec ne. *Prognosis* hydropis pulmonum ex ipsa morbi descriptione palam fit.

§. LVII.

De cura hydrothoracis.

Genera-
lim.

1. Hydrothorax primarius, secundum regulas generales in tractatu de hydropse expositas ¹⁾, curandus est. *Hydrothoracem* aliorum morborum *effectum*, habita ratione morbi primarii aggredimur.

C. hydro-
thoracis
acuti.

2. Si morbus primarius fuerit *inflammatorius* et *acutus*, secundum principia in tractatu de peripneumonia tradita ²⁾ incedendum, atque nisi methodus antiphlogistica jam fuerit satis adhibita, quid illa adhuc valeat experiendum. Caute interea cum venae sectione incedere oportet, quae, nisi plane a peripneumonia latente indicata sit ³⁾, etiamsi pro tempore levamen afferre soleat, re tamen ipsa aegrum praecipitat ⁴⁾.

3. Nisi

1) P. I. Vol. II. Cap. XLI. §. CLXXII.

2) Cap. VIII. §. XXXVI. N. 2.

3) Lege STOLLIIUM Rat. med. P. III. p. 315.

4) Ait QUARINIUS: „Nihil venae sectione perniciosius fieri potest. Vidi, cum sanguis, improbante me ac invito, extraheretur, aegrotos ad breve tempus levatos quidem, at iidem, ingravescente spirandi difficultate, paucos post dies extincti sunt.“ (Animadvers. pract. p. 130). Hicque effatum CELSI memoriae se exhibet: „sanguinem iucisa vena mitti, novum non est, sed nullum pene morbum esse, in quo non mitatur, hoc novum est.“

3. Nisi pleuritis fortuito phthisicum invadat, ac in morbo etiamsi necdum valde provento hydrodrem cavitatum pleurae excitet, hydrothorax dumtaxat in phthisi conclamata expectandus est. Hoc in casu, nisi forte *decocta stipitum solani dulcamarae, radice ononidis spinosae, polygalae senegae* 5) et *specierum radicum quinque aperientium atque kermes* 6) quodammodo miserias imminuere valeant, omnia incassum adhibentur. Crudele hinc est scillam marinam aut digitalem purpuream praescribere, quae urinae copiae nec guttam addunt et febrem, vomitum, diarrhoeam, ac debilitatem adaugent.

4. *Hydrops cavitatum pleurae, socius morborum cordis, aortae*, saepius pro tempore debellatur 7). Tale miraculum *diureticorum* 8) est opus. Inter haec excellunt: 1° *Nitras potassae cum infuso baccarum juniperi communis et oxymelle*

5) MILMAN valde commendat. Op. c. p. 120.

6) Fatetur LIEUTAUD (Synopsis univers. prax. med. P. I. p. 192.) sibi par remedium in hydrothorace non habere. Contra monet QUARIN (Animadv. P. 131.) illud saepe spiritus angustias tussimque augere; itaque non convenire, nisi sputa purulenta simul pectus occupent.

7) §. LIV. N. 8.

8) Unicam fere in hydrope pectoris ad salutem viam in diuretica ponendam esse, experientia se edoctum esse testatur QUARIN (l. c. p. 132).

melle scillae, 2^o Foliorum digitalis purpureae infusum⁹⁾, additis aut nitrae potassae aut acetate potassae liquidae¹⁰⁾ et syrupo scillac. 3^o Subcarbonas potassae aceto scillae saturatus cum aqua destillata baccarum juniperi, aut radicum apii petroselini¹¹⁾. 4^o Pulvis radicis scillae marinae tum simplex¹²⁾, tum, ad mentem

FRI-

9) DARWIN loquitur non de drachmis sed de uncis foliorum digitalis purpureae et quidem minime infusis sed coctis. (*Abh. f. pr. Aerzte.* 6. B. 2. St. p. 303). Talis digitalem exhibendi modus incongruus est, nam citissime inde oriuntur effectus venefici remedii, quibus comparantibus, actio illius diuretica constanter cessat. Porro coctione principium amittitur digitalis narcoticum, et huic forte caussae doses magnae, quae indicantur, adscribi debent. Ego a scrupulo ad drachmam un. foliorum pro libra infusi adhibere soleo.

10) Ab uncia semis ad unciam unam pro libra infusi.

11) R. Salis tartari drachm. un. Aceti scillae q. s. ut saturetur. Aquae juniperi, aut Petroselinif unciis octo. Syrupi simplicis unciam un. M. D. S. Omni bihorio unciam un. Formula haec Patri meo familiaris fuit, mihiq; hinc cura. Fateor tamen illam ob id minus idoneam esse, quod acetum scilliticum variae prorsus est vis in variis pharmaciis. Contingit hinc ut si fuerit debilis, unciae tres pro saturatione requirantur, quae nimiam tunc continent scillae dosin.

12) R. Pulv. radicis scillac granum un. (ad grana tria, quatuor) Sacchari albi grana sex. M. D. S. Ter de die dosin. (Potest loco pulveris extractum praescribi).

FRIDERICI HOFFMANNI, compositus¹³⁾. 5^o *Remedium* sic dictum *Seckingense*¹⁴⁾. 6^o *Gummi heraclei gummiiferi* vel sub forma *emulsionis*¹⁵⁾, vel aliis *diureticis nuptum*¹⁶⁾. Pharmacis allatis ut plurimum proclivitas ad vomitum et ad diarrhoeam obstant, ad quam imminuendam paucae *guttae tincturae* cujusdam *opiatae*, si revera opus sit, addi possunt; quale connubium aegri valde sensiles ac necdum viribus omnino fracti, per breve saltem tempus, nisi alvina evacuatio nimis inde cohibeatur, perbelle ferunt. Porro

opium,

13) R. Pulv. radice scillae marinae, radice asclepiades vincetoxici ââ grana tria (ad grana sex) nitri grana octo. M.

14) R. Roob sambuci, ebuli, juniperi ââ drachmas sex, pulveris scillae compositi, radice bryoniae, extracti elaterii ââ scrupulum unum (ad drachm. semis), theriae Andromachi drachm. unam. M. f. c. s. q. Syrupi rosarum solutivi electuarium. D. S. Ter de die ad castaneae magnitudinem, superbibendo decoctum radicum apocientium uncias tres. (J. P. FRANK Epitome de cur. hom. morb. l. c. p. 446).

15) R. Gummi ammoniaci drachmam un. Mucilaginis gummi Arabici, syrupi simplicis ââ unciam semis. Aquae fontis libram un. M. D. S. Omni bihorio unciam un. capiat.

16) R. Gummi ammoniaci drachm. un. Pulpae squillae marinae recentis grana viginti. Solve in liquore terrae foliatae tartari, adde aquae petroselini et juniperi ââ uncias tres, actheris vitriolici, drachm. dimidiam. Syrupi cinnamomi unciam un. M. D. S. Omni bihorio cochlear unum (J. P. FRANK l. c. p. 44).

opium, spiritus nitri dulcis, aqua cinnamomi, sub ipsis suffocationum paroxysmis nocturnis, levamen afferre solent. Aliorum experientia docere videtur, posse interdum evacuationem liquoris in cavitatibus pleurae retenti obtineri per *vesicatoria* ¹⁷⁾ et *purgantia* ¹⁸⁾.

C. Hydro-
thoracis
ex morbo
hepatis.

5. Non nisi purgantia, saltem *eccoprotica*, in hydrothorace, morborum hepatis effectu, indicantur. Atque hîc iterum *nitras potassae*, cum *supertartrate potassae*, *acetate potassae liquida* sese commendant, non neglectis decoctis ex *radicibus quinque aperiientibus, tritici repentis, cichorei intybi et leontodontis taraxaci*. Omnibus tamen hoc in hydrothorace auxiliis palmam praeripit *mercurius*, sive sub forma *unguenti* abdomini illinitus, sive sub illa *calomel* intus (potissimum cum *radice scillae marinae* ¹⁹⁾)

porre-

17) Plura, curationis per vesicantia, tumori pedum manuumque oedematoso in hydrothorace applicata, obtentae exempla refert Dr. ARCHIER (*Abh. f. pr. Aerzte. 12. B. 2. St. p. 375.*) quam tamen methodum nemini commendarem.

18) Dr. PERCIVAL purgans forte ex mercurio commendat, quo non tantum primae viae evacuantur, sed et resorptio aquae, in cellulas pulmonum extravasatae, promoveatur (*Essay Vol. II.*). Sed constat quoque plures ab importuno purgantium usu in letalem marasmum incidisse.

19) R. Pulv. Calomel grana sex. Radicis scillae marinae grana duodecim. Sacchari albi drachmam unam.

porrectus, qui calomel et in *oedemate pulmonum* (ubi et pediluvia commendata fuere ²⁰) profuisse legitur ²¹).

6. Pharmacia in hydrope cavitatum pleurae ^{Paracentesis tho-} incassum adhibitis, licetne ad thoracis *paracentesin* pervenire? — Quamvis in ea versemur opinione, quod casus, ubi antiquissima ²²) haec operatio profuit, potius ad *collectionem seri inter musculos intercostales et pleuram*, quam ad legitimum hydropem cavitatum pleurae pertinuerint ²³);

Divide in duodecim partes aequales Cap. ter de die pulverem unum.

20) LIBERKÜHNIIUS aquam in cellulari pulmonum congestam ad crura pediluvii descendere per cellulosa telam cogebat, deinde roborantia adhibebat. (TISSOT Epit. Var. argum. p. 146).

21) Monuit SIMSON, quod ubi viderit ex facie turgida, ex tumore aliquo circa malleolos et respiratione difficili, praecipue vero cum pulsu adeo depresso, ut vix tangi potuerit, — *oedema pulmonis* adfuisse, se *calomel* dedisse. Sic mulierem feliciter sanavit, quae jam jam suffocanda videbatur.

22) Jam HIPPOCRATI nota fuit paracentesis thoracis et oportet divo seni, in hac ipsa, magnam satis experientiam fuisse, cum prognosin pronunciet: „si quinto die (post operationem) linamentum pure obductum fuerit, plerumque evadit; sin vero hoc non contigerit: postquam aquam exhausseris, sitis corripit ac tussis et morietur.“ (De morb. L. II. C. 24. CHARTER. T. VII. p. 576). Videatur super his SWIETEN (Commentar. T. IV. §. 1219.).

rint²³); — quamvis paucis illis exemplis curae radicalis, ope hujusmet operationis obtentae²⁴), plurima morte terminata opponere possemus²⁵); —
quam-

23) Hujus opinionis me participem reddidit vir amicus FRANCISCUS PAJOLA, celebris quondam Venetorum chirurgus atque Lithotomus. Exemplis plurimis in diuturna atque ampla sua praxi collectis opinionem istam mihi confirmavit Vilnae a. 1807. Confirmare illam videtur et sequens SENACI casus (*Traité sur la structure du coeur. L. IV. Chap. 5. p. 366*): „Equarius curator regius curatus fuerat a pleuritide, sequebatur respirationis tanta oppressio, ut non nisi sedens potuerit animam ducere et ut vix quatuor horas supervicturus videretur. In tanto periculo pectus adaper-tum est. Effluebant sex pintae aquae clarae et flavae, quae per aliquot dies fluere continuabant. Post mensem demum integre curatus erat aeger, ut regem ipsum in venationibus institutis ultra duos annos sequi potuerit.“

24) Memorabile exemplum hydropis cavitatis pleurae sinistrae ope paracenteseos sanatae refert MORAND (*Mém. de l'acad. R. de chir. T. 2. p. 545*). Aliud narratur a DUVERNEX le jeune (*Mém. de l'ac. R. des sc. a. 1703. p. 225.*), aliud a BÜTTER (*funfzig chir. Observat. aus eigenen Erfahrungen. Rost. 1718. Obs. 35. p. 313.*), aliud ab ARCHER (*Transact. of the associat. of the Queen College of Physicians in Ireland. Vol. II. Dublin. 1818*).

25) Duas thoracis paracenteses instituit FORDYCE: in utroque casu, vita per sex adhuc hebdomadas protrahatur, sed evidenter ab aëre ingresso ad pectus plus mali, quam antehac a febre aut ab aqua, passi sunt aegri (*Fragmenta chir. et med.*). Etiam a MOHREN-

quamvis exempli memores simus, ubi vir expertus, postquam paracentesin thoracis (cum successu licet) instituit, se hancce operationem nunquam amplius repetiturum fassus est ²⁶); — quamvis non ignoremus expertissimos medicos illam plane reprobare ²⁷); — quamvis periculi in diagnosi morbi errandi recordemur ²⁸), et quamvis si pulmo pleurae adhaereat (quae res a nemini, quidquid dicant ²⁹), praevideri potest) illius laesio necessario sequi debeat; nihilominus paracentesin thoracis non omnino rejicimus, dummodo

HEIMIO instituta pectoris in hydrothorace paracentesis funestum tandem eventum impedire non potuit (*Beobachtungen* 1. B.).

26) BIANCHI historia hepatica. T. I. p. 662.

27) Celebris quondam chirurgus LA MOTTE (*Traité compl. de chir.* T. II. p. 189.) omnes pectoris hydropes absolute letales esse asserit, et paracentesin pectoris omnino rejicit, tanquam rationi et experientiae adversariam.

28) Aegra Nosocomii Vindobonensis, de qua alibi locutus sum (P. I. Vol. II. C. XXIX. §. CX. N. 3 (10.)) empyematis seu potius signa hydropis purulenti cavitationum pleurae tam evidentia exhibebat, ut tum Pater meus tum reliqui Nosocomii medici et chirurgi de diagnosi et de necessitate instituendae paracentesis thoracis, a me propositae, uno ore convenerint. Jam apparatus instrumentorum praeparabatur, cum aegra inopinately in vehementes convulsiones, evanescentibus simul extemplo singulis hydrothoracis signis, inciderit.

29) DUVERNEY l. c.

modo hydrops pleurae (ut post morbum acutum absentibus vomicae signis, interdum expectare licet) sit morbus per se, dummodo operatio vigentibus adhuc viribus aegri, eo annuente, et annuentibus plurimis expertis in arte nostra viris, non quidem tricuspide, sed cultro secundum regulas a chirurgia tradendas, suscipiatur.

Terebratio
sterni.

7. *Ossis sterni* ob hydropem mediastini anterioris *perterebratio*, puris sub eo latentis educendi ratione jam diu celebrata ³⁰⁾, si modo de diagnosi certi essemus, reformidanda non foret.

CAPUT

30) LINGUET Ergo in abscessu mediastini celebranda sterni terebratio. Paris. 1742. VICQ D'AZYR Ergo in abscessu mediastini celebranda sterni terebratio. Paris. 1774. FABRICE diss. cit. COLUMBUS v. SCHENK Observ. L. II. N. 254. JUSSIEU Ergo in abscessu mediastini celebranda terebratio. Paris. 1778. PETIT *Oeuvres posthum. T. II. p. 27.*

CAPUT XII.

*De laesa respiratione generatim et de
dyspnoeis.*

§. LVIII.

De laesa respiratione generatim.

1. **L**aesae respiratio, omnium malorum Doctrinae
momentum. maxime intolerabile¹⁾, ipsique tyrannidi commiserationem eliciens²⁾ tum ob multiplicem formam³⁾, tum ob diversam originem⁴⁾, ob-
jectum

1) SENECA ait: „Omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt, nullum mihi suspitio videtur molestius; aliud enim, quidquid est, aegrotare est; hoc animam reddere.“ (Epist. LIV.).

2) Asthmatici a quaestione criminali absolvebantur, testantibus AMMAN (med. crit. C. 19.) et PAULO ZACCHIA. (Quaest. medico-legales. L. II. T. 2.).

3) Cfr. N. 5. ubi modi respirationis laesae exponuntur.

4) BOERHAAVE (Praellect. ad Instit. §. 601.) monuit: „summam in morbis difficultatem facere magnum numerum organorum, quae ad actionem concurrunt, et quorum aliquod laesum totam functionem turbat, cum interim difficillimum sit scitu, quae ex toto numero proprie laesa sit.“

jectum pathologiae et therapiae aequè memorabile ac intricatum sistit.

Literatura. 2. Praeter auctores de morbis pectoris in genere, illustrarunt objectum istud ARETAEUS ⁵⁾, LUDOVICI ^{*}), CHAPELAIN ⁶⁾, PEUCER ⁷⁾, FABRI ⁸⁾, WILLEBROCH ⁹⁾, ARTOCOPHINUS ¹⁰⁾, FLACH ¹¹⁾, HELTENBACH ¹²⁾, TRISCOV ¹³⁾, GRISCOVIUS ¹⁴⁾, RUBEUS ¹⁵⁾, PARCOVIUS ¹⁶⁾, WEICK ¹⁷⁾, HEURNIUS ¹⁸⁾, OPSOPOEUS ¹⁹⁾, VASCUS CASTELLUS ²⁰⁾,

5) De causis et signis morborum diuturnorum. Lib. I. Cap. 2.

*) Erotemata de difficili spiratione. Olysipp. 1543.

6) Ergo pulmonum et thoracis affectum spirandi sequitur difficultas. Paris. 1565.

7) Diss. de asthmate. Viteb. 1572.

8) Diss. de dyspnoea vulgari ejusque gradibus. Witeb. 1585.

9) Diss. de asthmate. Witeb. 1586.

10) Diss. περί τοῦ ἀσθματος. Basil. 1595.

11) Diss. περί δυσπνοίας, ἀσθματος, καὶ ὀρθοπνοίας assertiones medicae. Jenae 1598.

12) De dyspnoea. Fr. ad Viadr. 1601.

13) Diss. de dyspnoea. Basil. 1606.

14) Diss. de dyspnoea. Basil. 1606.

15) Respons. pro asthmate ad tract. de melonibus. Ven. 1607.

16) Diss. de asthmate. Helmst. 1608.

17) Diss. de asthmate. Basil. 1608.

18) Diss. de respirationis vitiis, dyspnoea, orthopnoea et apnoea. Augd. Bat. 1613.

19) Diss. de asthmate. Heidlélb. 1615.

LUS 20), CLETUS AETIUS 21), SCHALLER 22),
 WOLFF 23), FABRICIUS 24), SALZMANN 25), HEL-
 MONT 26), MICHAELIS 27), CONRINGIUS 28), BE-
 CKER 29), CLADIUS 30), TAPPIUS 31), SCHOBIN-
 GER 32), SCHRIZMEYER 33), ACEVADO 34), SEBIZ 35),
 TSCHIENSTCHI 36), FRIDERICI 37), FABER 38), MA-
 CASIUS 39), HELLENIUS 40), D'ORELL 41), DOREL-
 LE 42), RUPIZ 43), AB HOOLWERF 44), MEIBO-
 MIUS 45),

Z Z 2

- 20) Exercitationes ad omnes thorac. affect. Tolos. 1616.
- 21) Opus de morbo strangulatorio. Rom. 1620.
- 22) Diss. de asthmate. Viteb. 1622.
- 23) Diss. de asthmate. Helmst. 1622.
- 24) Diss. de asthmate. Rostoch. 1626.
- 25) Diss. de difficultate respirationis. Arg. 1631.
- 26) Ortus medicinae. Amstel. 1648. De asthmate et
tussi p. 363.
- 27) Diss. de asthmate. Lipsiae 1636.
- 28) Diss. de difficili respiratione. Helmst. 1639.
- 29) Diss. de asthmate. Regiom. 1642.
- 30) Diss. de respiratione laesa. Opp. III. p. 176.
- 31) Diss. de asthmate. Helmst. 1649.
- 32) Diss. de morbo strangulatorio. Basil. 1650.
- 33) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1662.
- 34) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1662.
- 35) Diss. tres de respiratione. Argent. 1664.
- 36) Diss. de asthmate. Basil. 1664.
- 37) Diss. de asthmate. Jen. 1666.
- 38) Diss. de asthmate. Giess. 1667.
- 39) Diss. de asthmate. Lips. 1668.
- 40) Diss. de asthmate. Leid. 1668.
- 41) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1669.
- 42) Diss. casus de asthmate. Leid. 1669.

724 DE LAESA RESPIRATIONE GENERATIM.

MIUS ⁴⁵⁾, COUSIN ⁴⁶⁾, WEDEL ⁴⁷⁾, MOEIIUS ⁴⁸⁾,
VESTI ⁴⁹⁾, WALLICH ⁵⁰⁾, BAUHINIUS ⁵¹⁾, HARDE-
RUS ⁵²⁾, CAESAR ⁵³⁾, HOFFMANN ⁵⁴⁾, CAMERA-
RIUS ⁵⁵⁾, ALMELOVEEN ⁵⁶⁾, CRAUSIUS ⁵⁷⁾, FASCH ⁵⁸⁾,
GEORGI ⁵⁹⁾, PERTSCH ⁶⁰⁾, RIVINUS ⁶¹⁾, VATER ⁶²⁾,
LOEW ⁶³⁾, VLAKFELD ⁶⁴⁾, BOHN ⁶⁵⁾, WORMS ⁶⁶⁾,

KIS-

- 43) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1670.
44) Diss. de asthmate convulsivo. Lugd. Bat. 1673.
45) Diss. de respiratione ejusque difficultate. Helmst.
1673.
46) Novum asthma, novis signis, novam causam ar-
guentibus detectum. Parisiis 1673.
47) Diss. de tussi, difficultate respirationis et pleuritide.
Jen. 1674.
48) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1674.
49) Diss. de asthmate. Erf. 1675.
50) Diss. de respiratione difficili. Leid. 1675.
51) Diss. de asthmate. Basil. 1676.
52) Diss. de asthmate. Basil. 1679.
53) Diss. de asthmate. Altd. 1680.
54) Diss. aeger asthmate laborans. Altd. 1681.
55) Diss. Histor. et cur. asthmatis rarioris. Tub. 1681.
56) Diss. de asthmate. Ultraj. 1681.
57) Diss. de asthmate. Jenae 1683.
58) Diss. de asthmate. Jenae 1684.
59) Diss. de asthmate. Witeb. 1684.
60) Diss. de asthmate. Lips. 1684.
61) Diss. de asthmate. Lips. 1684.
62) Diss. de dyspnoea. Viteb. 1684.
63) Diss. de pectoris tyranno asthmate. Paris. 1685.
64) Diss. de asthmate. Leid. 1685.
65) Diss. de dyspnoea. Lugd. 1686.
66) Diss. de asthmate. Lugd. Bat. 1687.

KISSELIUS ⁶⁷⁾, SCHUILMANN ⁶⁸⁾, AB HILDERNIS ⁶⁹⁾,
 VAN THÄL ⁷⁰⁾, UNGER ⁷¹⁾, SPERLING ⁷²⁾, CROI-
 ZÉ ⁷³⁾, LOENIUS ⁷⁴⁾, DE BERGER ⁷⁵⁾, VAN EE ⁷⁶⁾,
 MICHEL ⁷⁷⁾, FRANCKENAU ⁷⁸⁾, SAUVAGE ⁷⁹⁾, WAG-
 NER ⁸⁰⁾, ETTMÜLLER ⁸¹⁾, ZWINGER ⁸²⁾, LAVA-
 TER ⁸³⁾, LUDOLFF ⁸⁴⁾, ALBERTI ⁸⁵⁾, ARLUNI ⁸⁶⁾,
 ZEIDLER ⁸⁷⁾, BURMESTER ⁸⁸⁾, GLOXIN ⁸⁹⁾, SENDEL ⁹⁰⁾,

JUN-

- 67) Diss. de asthmate. Leid. 1688.
 68) Diss. de asthmate. Fr. 1688.
 69) Diss. de asthmate. Leid. 1692.
 70) Diss. de asthmate. Harderov. 1692.
 71) Diss. de asthmate. Leid. 1693.
 72) Diss. de respiratione laesa. Witeb. 1694.
 73) Diss. de asthmate. Leid. 1696.
 74) Diss. de asthmate. Ultraj. 1696.
 75) De difficultate respirationis. Witeb. 1700.
 76) Diss. de asthmate. Ultraj. 1702.
 77) Diss. de orthopnoea. Leid. 1702.
 78) Diss. de asthmate. Regiom. 1706.
 79) Diss. de asthmate. Leid. 1706.
 80) Diss. de asthmate. Hafn. 1706.
 81) Diss. de asthmate. Lips. 1710.
 82) Diss. Nosographia anhelantium. Basil. 1714.
 83) Diss. de dyspnoea. Basil. 1715.
 84) Diss. Therapia anhelationis. Erf. 1721.
 85) Diss. de spirandi difficultate. Hal. 1726.
 86) De asthmate. v. HALLER Bibl. med. P. I. p. 535.
 87) Diss. de asthmate. Lips. 1729.
 88) Diss. de dyspnoea. Lugd. Bat. 1736.
 89) Diss. Quaestiones medicae. Monspel. 1742.
 90) Diss. de respiratione difficili. Erf. 1743.

JUNCKER ⁹¹), CARTHEUSER ⁹²), DE SAUVAGES ⁹³),
 AURIVILLIUS ⁹⁴), STERN ⁹⁵), MILLAR ⁹⁶), BOEH-
 MER ⁹⁷), BOST ⁹⁸), RIDLEY ⁹⁹), MEYER ¹⁰⁰),
 COOKSON ¹), FLOYER ²), VAN ROSSUM ³), RON-
 STORFF ⁴), WITHERS ⁵), DUBOURDIEU ⁶), KENNE-
 DY ⁷), RYAN ⁸), DICK ⁹), SCHMIDT ¹⁰), KREY-
 SIG ¹¹),

- 91) Diss. de asthmatis vera pathologia et therapia. Hal.
 1752.
- 92) Diss. de diversissima dyspnoeae origine et cura-
 tione. Franc. 1753.
- 93) Diss. de respiratione difficili. Monspel. 1757.
- 94) Diss. de asthmate. Upsal. 1763.
- 95) *Medical advise to the consumptive and asthmatic peo-
 ple of England.* Lond. 1767.
- 96) *Observ. on the asthma, and on the hooping cough.*
 Lond. 1769.
- 97) Diss. de asthmate. Hal. 1774.
- 98) Diss. sistens historiam asthmatis. Erf. 1774.
- 99) *Observationes quaedam med. practicae et physiol. de
 asthmate et hydrophobia.* Lugd. Bat. 1778.
- 100) Diss. de asthmate ejusque speciebus. Goett. 1779.
- 1) Diss. de asthmate infant. suffocativo. Edinb. 1780.
- 2) *Traité de l'asthme.* Paris 1782.
- 3) Diss. de asthmate. Lovan. 1782.
- 4) Diss. de asthmate. Duisb. 1783.
- 5) *Treatise on the asthma.* Lond. 1786.
- 6) Diss. de asthmate. Edinb. 1793.
- 7) Diss. de asthmate. Edinb. 1794.
- 8) *Observations on the history and cure of the asthma
 etc.* Lond. 1793.
- 9) Diss. de asthmate. Edinb. 1797.
- 10) Diss. sistens asthmatis pathologiam. Jen. 1797.

SIG ¹¹), BREE ¹²), BESNARD ¹³), FLEISCHER ¹⁴), LIPSCOMP ¹⁵), POTT ¹⁶), CASTELL ¹⁷), LAUBENDER ¹⁸), AUBERT ¹⁹), ZALLONY ²⁰), HECKER ²¹), HEBERT ²²). Quibus auctoribus grati animi tributum sincere persolvendo, reticere tamen nequimus, vix fieri posse, ut tyro in arte medica ex illorum operibus ideas claras de morbis cum laesa respiratione accipiat, quod inprimis sensu diverso vocabulis technicis alligato et defectui debiti ordinis adscribendum est. Conveniamus hinc primum de utrisque.

3. *Dyspnoea* (a Graecis vocabulis δύσ *diffi-* Vocabula
technica.
cile et νέω *respiro*) nobis est, non ut multis
aliis,

11) Diss. de tussi convulsiva et asthmate acuto infantum Millari. Viteb. 1798.

12) *Practical inquiry on disordered respiration — distinguishing convulsive asthma, its specific causes and proper indications of cure.* Birmingham. 1797.

13) Diss. de asthmate. Edinb. 1800.

14) Diss. de asthmate Millari. Marb. 1800.

15) *Obs. on the history and cause of asthma.* Lond. 1800.

16) Diss. notiones quaedam de asthmate. Jenae 1800.

17) Diss. de asthmate. Paris. 1803.

18) *Ueber die Erkenntniss u. Heilung der Engbrüstigkeit.* Nürnberg. 1804.

19) *Dissert. de l'asthme.* Paris 1809.

20) *Traité de l'asthme.* Paris 1809.

21) *Von den Entzündungen im Halse — besonders dem Asthma* Millari. Berlin 1808.

22) *Diss. sur l'asthme convulsif.* Paris 1812.

aliis, minor respirationis laesae gradus ²³⁾, sed potius, cum CULLENIO ²⁴⁾, respirandi difficultas *continua*. *Asthma* (a Graeco vocabulo ἄσθμα, vel ἄσσω, flo, spiro) non habetur eolum pro respiratione cum sibilo, sed exposcit, ut simul *periodice recurrat* atque nullius alterius evidentis morbi sit symptoma. Vocabulum *Orthopnoea* (a Graeco ὀρθὸς, erectus, et πνέω respiro) ad summum gradum ²⁵⁾ tum dyspnoeae tum asthmatis designandum inservire posset; re ipsa superfluum est. *Apnoea* (a particula negativa α, et πνέω respiro) statum illum indicare potest, ubi respiratio *deficere*

23) CELSUS (L. IV. C. 4.) ubi agit de difficultate respirandi, ejus *triplicem* fecit differentiam, nempe, dum modica est, inquit, neque ex toto strangulat, *dyspnoea* appellatur. Quum vehementior est, ut spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, *asthma*. Quum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur, *orthopnoea*. Poeta ait:

„Dyspnoea se celat, canit asthma malumque revelat.“

24) Synopsis nosologiae method. Edit. J. P. FRANK. Ticin. 1787. Genus 56. Dyspnoea est *difficultas perpetua*, sine angustiae et potius cum repletionis et infarctus in pectore sensu; tussis per totum morbi decursum frequens.“

25) BURSERIUS (Instit. med. pract. Vol. IV. Cap. 6. §. 196.) Orthopnoeam sic definit: „dum respiratio ita difficilis est, ut aeger non modo residere et magno conatu, erectaque cervice inspirare debeat, sed etiam rhonchos ducere et stertere.“

ficere videtur. Nomen catarrhi suffocativi ²⁶⁾ ob id, quod morbos, quotquot suffocatione terminari possunt, amplectitur ²⁷⁾, ut absurdum rejicimus ²⁸⁾. Ad laesam respirationem praeterea spectant

26) GERM. *Steckflufs.*

27) Sub nomine catarrhi suffocativi, apoplexiam (respirationem ferientem), croup, bronchitidem, pneumoniam, pneumonorrhagiam internam, rupturam cordis et aneurysmatum aortae etc. descripta fuisse intelliges, si auctores de illo morbo scribentes adeas. Potiores sunt: ROTH (Diss. de caussis, signis, cura catarrhi suffocativi. Lips. 1548.), MICHAELIS (Diss. de catarrho in genere et in specie suffocativo. Lips. 1636.), BARDILI (Diss. de catarrho suffocativo. Tub. 1645.), HOPPIUS (Diss. de catarrho suffocativo. Lips. 1655.), ROLFINCK (Diss. de catarrho suffocativo. Jen. 1655.), HERT (Diss. de catarrho suffocativo. Giess. 1673.), METZGER (Diss. de catarrho suffocativo sciagraphia. Tub. 1675.), BRUNO (Diss. de catarrho suffocativo. Ald. 1690.), HORLACHER (*von d. Steckflüssen. Nürnberg.* 1691.), TULLENI (Diss. de catarrho suffocativo. Leid. 1694.), COSCHWIZ (Diss. de differentiis asthmatis convulsivi et catarrhi suffocativi. Hal. 1721.), DUISING (Diss. de catarrho suffocativo. Marb. 1734.), JUCH (Diss. de catarrho suffocativo. Erf. 1734.), STAHL (Diss. de catarrho suffocativo. Erf. 1738.), BRENDL (Diss. de catarrho suffocativo. Goett. 1746.), GUTSLAFF (Diss. de catarrho suffocativo in morbis acut. malign. Hal. 1760.), KALTSCHMIDT (Diss. de catarrho praefocante. Jen. 1763.), NICOLAI (Diss. de catarrho suffocativo. Jen. 1763.), MAUCLERC (*sur le catarrhe suffocant ou l'apoplexie pulmonaire. Monsp.* 1803.).

28) De scriptoribus doctrinam catarrhi suffocativi expo-

ctant *oscitatio* ²⁹⁾ et *suspirium* ³⁰⁾. Est enim *oscitatio*, inspiratio profunda et lenta, maxillis a se invicem valde diductis, instituta, quam sequitur exspiratio protracta, saepe obscure sonora. *Suspirium* est lenta inspiratio thorace dilatato et sursum deducto, cui exspiratio sua sponte collapsa succedit, utrisque motibus sonoris redditis.

Ordo nos-
ter.

4. De dyspnoea morborum acutorum symptomate dumtaxat respectu semiotico loquimur. Dyspnoeae, in morbis chronicis obvenientis, aetiologiam ob id tradimus, ut hujus phaenomeni nexus cum morbis illud producentibus magis magisque elucescat. Praeterea *dyspnoeae* vocabulum ad *respirandi difficultatem* designandam requiritur, dum morbus primarius illam excitans, sine cadaveris sectione, certe determinari nequit. Praemissa

mentibus monet LIEUTAUD (Synopsis universae prax. med. Amstel. 1765. P. I. p. 166.): „vix quid certi ex libris eruere licet: cum de hoc argumento tradita lascivientis potius ingenii, quam sedulae observationis opus sapiant.“

29) GALL. *Baillement*. GERM. *Gähnen*. POL. *Poziewanie*. ROSS. ЗѢВАНІЕ. LOSSIUS diss. de oscitatione. Lips. 1664. WALTHER diss. de oscitat. Lips. 1738. ROEDERER diss. de oscit. Goett. 1758. SAVARY *dict. des sc. méd. T. 2. p. 518.*

30) GALL. *Soupir*. GERM. *Seufzer*. POL. *Westklinienic*. ROSS. ВЗДОХЪ. VEHR diss. de suspirio et suspirioso. Fr. 1689. BERDOT diss. de suspirio. Basil. 1756.

missa dyspnoeae doctrina, nos ad asthma *periodicum* convertimus. Praecepta ad illud curandum, dyspnoeis quoque adaptari possunt *).

5. Respiratio, boni ominis, si facilis, magna, plena, aequalis, nec interrupta est, si neque cum vi ac impetu quodam, stridore aut sibilo, dolore, anxietate, aëris reciprocatio fit, si paulo post, ubi nimis intenta est, lentior et pacatior deprehenditur. Peccare potest respiratio a) *ratione temporis* — quo peragitur — velox, celer, tarda ³¹⁾; b) *ratione spatii* seu dilatandi thoracis et pulmonis — magna, parva; c) *ratione vehementiae* — fortis, debilis; d) *ratione sensus* — facilis, indolens, difficilis, dolens, anxia, suspiriosa, luctuosa, suffocans; e) *ratione modi* — aequalis, inaequalis, interrupta, intercisa, intermittens; f) *ratione qualitatis aëris spirabilis* — calida, frigida, olens; quae formae mirifice inter se conjungi possunt, uti videre est apud GALENUM ³²⁾, JUNCKERUM ³³⁾ et GRUNERUM ³⁴⁾. *Respiratio velox et magna* non timenda ³⁵⁾; secus autem quae simul parva et brevis est, denique celerrima fit, nam mortem imminere docet. *Respira-*

spira-

*) Cap. XIII. §. LXIII. N. 7.

31) Homo sanus adultus quietus spatio sexagesimae horae partes circiter viginti duo respirationes absolvit.

32) Difficult. respirandi I. 20. p. 241. III.

33) Semiol. C. 3. §. 33. p. 457.

34) Semiotice physiol. et pathol. p. 173.

35) BOERHAAVE Instit. med. §. 976.

spiratio tarda s. lenta libera, nisi extrema frigeant, aeger debilis sit, bonum signum constituit. *Respiratio crebra et parva* index doloris et inflammationis pectoris itemque viscerum vitalium esse solet³⁶⁾. *Respiratio rara et laboriosa* vires prostratas denotat, et in hystericis animi defectionem³⁷⁾. Ab *respiratione magna et longo quasi intervallo interjecto revertente* delirium expectatur³⁸⁾, a magna et *diu consistente*, delirium et convulsiones³⁹⁾. *Respiratio parva* est semper morbi mali testimonium, et exinde facile intelligitur, cur *expiratio magna et inspiratio parva*, et vice versa, dicatur⁴⁰⁾ mortem proximam designare, at *extendens, urgens, obscura et veluti duplicata* virium defectionem. Gravis morbi periculum est, ubi aeger *spiritum difficulter* ducit; si *delirium* simul adsit, febris eventus letalis praedicebatur⁴¹⁾. *Respiratio suspiriosa*, nisi moerori aut consuetudini debetur et cum marcere ingruat, de futuro abortu testatur⁴²⁾. In acutis febribus ista *respiratio luctuosa* pessimum signum est⁴³⁾. *Spiratio stertendo peragenda,*

36) HIPPOCR. Progn. §. 4. et Coac. §. 2.

37) ZIMMERMANN von d. Erfahr. T. I. B. 3. C. 6.

38) HIPPOCRATES Progn. §. 4.

39) HIPPOCRATES Coac. §. 2.

40) Coac. l. c.

41) HIPP. Coac. §. 3. et Aph. 4.

42) HIPP. Coac. l. c.

43) HIPP. Aph. VI. 54. I.

agenda, quo respiratio operiosior est, quo magis adulto morbo apparet (nam in principio minus metui debet ⁴⁴), quo vehementius urget cum aegri rebus desperatis, fervente quasi gutture, ingentique strepitu et oris spuma, — instantem suffocationem annunciat. Si *nil dolet* dum respirat, aeger in morbo pectoris non periclitatur ⁴⁵). *Respiratio inaequalis* pro malo morbi signo habetur. Item *respiratio frigida* ⁴⁶). Si *spiratio foetens simul cadaver olet*, eo certior propiorque mors ⁴⁷).

§. LIX.

De Dyspnoea.

1. A vertice ad talum, vix ulla corporis ^{Genera-} pars, quae dyspnoeae causam continere non ^{tim.} possit, invenitur ⁴⁸).

2. *Ex encephalo* respirationem saepe reddi ^{D. ex en-} difficilem, WILLIS ⁴⁹) et MORGAGNI ⁵⁰) jam do- ^{cephalo.} cuerunt.

44) HIPPI. Epid. VII. 7.

45) GRUNER l. c. p. 185.

46) HIPPI. Coac. §. 2. Progn. §. 4. Epid. I. Sect. 3. Aeger. I. 2. Epid. VI. Sect. 4.

47) AVICENNA L. IV. Fen. I. Tr. 4. C. 2.

48) BOERHAAVE (Praellect. ad Institut. §. 601.) eo processit, ut scriberet, vix ullam in corpore toto particulam superesse, cujus non aliqua in negotio (respirationis) partes sint. “

49) Op. c. Obs. de asthmate convulsivo.

50) De sed. et caus. morb. Ep. XV. Art. 4. Provocat

cuerunt. Confirmat id quotidiana experientia in hydrocephalo ⁵¹⁾, incubo ⁵²⁾ et in apoplexia ⁵³⁾. Apoplectici quid nonnullos catarrhos suffocativos habere jam dudum animadverterunt COSCHWITZ ⁵⁴⁾, FR. HOFFMANN ⁵⁵⁾, JUNCKER ⁵⁶⁾, et

SWIE-

illustris auctor ad observationes WILLISII, — quae spectant ad aegros, „qui nisi erectum semper, aut pronum caput servarent, *statim anhelii* fiebant, ac *velut moribundi respirabant* cum retrorsum caput moverent, aut supini decumberent, idque non aliam ob causam, nisi quod seri acris colluvies ingens, quae intra eorum cerebrum dissecando inveniebatur, dum caput, ut diximus, reclinarent, *versus nervorum originem qui pulmone inserviunt, relapsa*, illam vehementius urgebat, quemadmodum ex sectione hujus I. observatione CLXIV. cognosces.“ VALSALVA virum annorum quadraginta observavit cum respiratione adeo laesa, ut erecta cervice spirare debuerit, idque cum sibilo et magna elevatione abdominis. Secto cadavere viscera thoracis sana, sed in cranio gelatina et serum copiosum reperiebatur (l. c. Art. 6.).

51) P. II. Vol. I. Sect. I. C. IV. §. XXI. N. 3 (56). VESALIUS hydrocephalicam puellam vidit, quae, quoties caput ab adstantibus movebatur, et erigebatur, gravem illico tussim cum difficili respiratione experiebatur. (BONET sepulchr. Sect. 16. Obs. 6.).

52) P. II. Vol. I. Sect. I. C. X. §. XLIV. N. 1.

53) ib. Cap. V. §. XXV. N. 2.

54) Diss. de differentiis aëthmatis convulsivi et catarrhi suffocativi. Hal. 1721. §. 18. „Catarrhus suffocativus quoque, sicut haud raro praecipue in subjectis valde senibus, *apoplexiam* veram phlegmaticam conjunctam habet.“

SWIETEN ⁵⁷⁾, 'atque nuper demonstravit HOHNBAUM ⁵⁸⁾. Ac re quidem vera, apoplexiae causâ, circa origines nervorum paris vagi ⁵⁹⁾ et intercostalis versante, aliter fieri nequit, quominus pulmones in paralyisin ⁶⁰⁾ incidant. Ipsa jam

oscita-

55) l. c. §. IV. „discernere porro oportet asthma convulsivum a catarrho suffocativo, quippe qui cum vultus rubore, stertoreque stipatus, *paralytici quid involvit.*“

56) *Conspectus med. theoretico-practicae.* Hal. 1718. p. 508.: „Differentiam catarrhi suffocativi ab *apoplexia serosa* anxie quaerere frustraneum, nec illius usus est; saepe enim concurrunt; hanc autem sinceram arguunt praegressa solum capitis mala, rubor et lippitudo oculorum, cephalaea obtusa, spumescencia ex ore.“

57) „Docuerunt observationes, in sanis etiam hominibus quandoque, absque ullis signis morbi antecedentis, *subito impediri deglutitionem vel respirationem*, vel et utramque, atque mox mortem sequi, licet nullus tumor in faucibus, vel externis partibus, neque insolita earundem gracilitas et siccitas apparuerint antea. Catarrhum suffocativum vocaverunt plurimi auctores simile malum, quia a materiae eliquatae in fauces et pulmones subita destillatione natum putabant fere semper.“

58) *Ueber den Lungenschlag, nebst einer Einleitung über Schlagflüsse überhaupt.* Erlang. 1817.

59) Experimenta LE GALLOIS docent, quod ablata portione medullae oblongatae, ex qua nervus vagus oritur, omnis respiratio extemplo cessat. (*Experiences sur le principe de la vie etc.* Jan. 1812.).

60) Nomen *apoplexiae pulmonalis* (*Lungenschlag*) a HOHNBAUM in usum deductum ob id reprobato, quod, si

oscitatio ipsumque *suspirium* saepe ex encephalo proficisci videntur ⁶¹). Dyspnoeam ex capite provenire dignoscitur, habita ratione signorum cerebri affectionem indicantium. Signa haec, dyspnoeam modo praecedunt, modo concomitantur, modo illam sequuntur ⁶²): quod ultimum si accidat,

vellenus ex parte per apoplexiam paralytica redditâ, apoplexiae ipsi nomen impertire, tot efficerentur apoplexiae, quot corporis humani exstant partes.

61) Sunt comites familiares apoplexiae, hydrocephali, torporis cerebri, taedia etc. Fracto enim nervorum in pulmones imperio, quid mirum, si respiratio laequeat, et circulus sanguinis per haec organa difficulter locum obtineat, sique tunc homo cogatur, diductis maxillis et elevato thorace inspirare? (Cfr. LE GALLOIS l. c. qui docet, caput a trunco resectum oscitare). Inter causas tamen oscitationis et suspirii, et pulmonum cum ventriculo consensus praeteriri non debet. Item cum utero; constat enim aestum venereum sexu sequiori sese haud raro per oscitationem manifestare, quod tamen symptoma hoc in casu et cum affectione cerebelli, oestro venereo haud praesente, cohaerere posset.

62) Notum est paralytin interdum apoplexiam annuntiare (P. II. Vol. I. Sect. II. C. XII. §. LX. N. 1.), quod tunc contingere solet, dum origo nervi cujusdam antequam sensationes et facultates animi pereunt, laeditur. Errare hinc videtur LIEUTAUD (l. c.), dum ait: „Plures demum praedictum catarrhum (suffocativum) ab apoplexia haud differre sibi falso persuaserunt; cum suffocatio in hac catarrhi specie se prodât, priusquam aboleantur sensationes, uti constat ex relatu

cidat, cave ne effectum interceptae respirationis in encephalum ⁶³⁾ pro causa dyspnoeae habeas.

3. Imperium *columnae vertebralis* in respi-^{D.} ex vi-
 rationem ⁶⁴⁾ jam HIPPOCRATES ⁶⁵⁾, GALENUS ⁶⁶⁾, ^{tiis colu-}
 PLATERUS ⁶⁷⁾, MEIBOMIUS ⁶⁸⁾, MORGAGNI ⁶⁹⁾, ^{mnae ver-}
 SORBAIT ⁷⁰⁾, ARNEMANN ⁷¹⁾ intellexere, ac recen-

tiora

famulorum excubias agentium; dum apoplectici primo functionibus animalibus plane carent, dein vero respiratio laeditur.“

63) Cap. X. §. XLIV. N. 3. C.

64) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. I. §. II. 4. Cap. II. §. VII. 2 (89) 3. (41. 44). Cap. XII. §. LXII: 4. p. 456. §. LXIII. I. Et praesentis libri Cap. VIII. §. XXXIV. N. 9.

65) Aph. L. VI. Aph. 46. „Qui gibbi fiunt *ex asthmate*, aut tussi, ante pubertatem moriuntur.“ Summum virum, effectum cum causa confundisse, arguere licet.

66) L. III. de difficult. respir. C. 6. (Docet, illos, qui spinam supra septum transversum in posteriorem partem luxatam habent, difficulter spirantes et stertorosos fieri).

67) Prax. L. II. C. 4. (A diaphragmatis imbecillitate interdum asthma provenire sentit idque occultum vocat, „quod majores praesertim nervi septi, a dorsali medulla progressi, defluxionibus aut aliis morbis separatim et soli infestati, *dyspnoeam* quandam pariunt, qualem in asthmaticis nullis aliis pulmonum affectorum indiciis apparentibus, continuo aegros infestare observavimus.“)

68) Diss. cit. §. XIX.

69) Epist. XV. Art. 4.

70) Med. pract. p. 1. 44. a luxatione vertebrarum colli (tracheam comprimente?).

tiora experimenta LE GALLOIS 72), CROES 73) aliorumque confirmarunt. Laesa origine nervorum, qui musculis thoracis, abdominis, et diaphragmatis provident, necessario perturbatio respirationis sequi debet.

D. a vitiis
nervorum.

4. *Laesionem paris nervorum vagi nervorumque diaphragmatis* respirationem offendere, experimenta GALENI 74), LOWERI 75), SWAMMERDAMII 76) aliorumque 77) demonstrant. *Dyspnoea*

71) *Versuche*. 1. B. p. 90. In vulneribus cerebri respirationem laedi observavit.

72) Op. c. Docent illius experimenta, quod ex sectione medullae spinalis sub septima vertebra cervicali potestas costas elevandi cessat. Ita contractio diaphragmatis a sectione medullae ejusdem sub prima vertebra cervicali.

73) *Annals of philos.* by THOMPSON. Lond. 1815. Febr.

74) Notum est elegans experimentum, quod in brutis tentaverat; ligatis scilicet aut resectis nervis diaphragmaticis, vidit ille dyspnoeam supervenire, cui dyspnoeae et hodie nomen GALENICAE impertiri solet: v. SAUVAGES Nosol. method. morb. Cl. II. Gen. 7. Spec. 16.

75) De motu sanguin. C. 2. p. 91. (Operoso experimento ostendit, nervis octavi paris in cervice arte ligatis, aut penitus abscissis, animalis pectus suspiciosum fieri).

76) Tract. de respiratione. Sect. L. II. C. 2. §. 4. (Docuit, quod si nervi diaphragmatis, qui per thoracem et quidem mediastinum satis notabiles feruntur, quacunque de causa sive igne sive scalpello irritentur,

pnoea a plumbo ⁷⁸⁾ (morbus metallurgorum) an ex imperio hujus metalli in pulmonum nervos, paralyti organorum respirationis ansam praebente, derivanda?

5. Sat evidentes sunt caussae *dyspnoeae* ex ^{D. ex vitiis cavitatum nasalium, e. c. excrescentiis ⁷⁹⁾, tatum nasalium et faucium,} polypis ⁸⁰⁾, hydatidibus ⁸¹⁾, atque ex illis *fau-* ^{salium et faucium,} *cium*, e. c. condylomatibus ⁸²⁾, steatomate veli

A a a 2

pala-

statim contractionem majorem minoremve septi transversi excitari).

77) PROVENÇAL, BLAINVILLE, ARNEMANN, DUPUYTREN, EMMERT etc.

78) STOCKHUSIUS de affectu asthmatico montano, *die Bergsucht*. App. ad libellum de fumo lithargyrii noxio. Goslar. 1656. MICHAELIS diss. de morbis metallariorum. SCHEFFER *von d. Gesundheit d. Bergleute*. LEIGH *natural history of Lancashire*. ERNST in *Museum d. Heilkunde*. 1. B. N. 11. Acta med. Berol. Dec. I. Vol. 6. p. 31. Plumbum organis respirationis non solum dum inspiratur, sed et ori assumptum nocere, docet *dyspnoea* *in vino lithargyrisato* orta (Eph. N. C. Dec. III. An. 4. Obs. 30.).

79) QUELMALZ Pr. de narium earumque septi incurvatione. Lips. 1750. HALLER. Coll. disput. pract. Vol. I. N. 24.

80) SÜTZELBERGER in HUFELAND's *Journ.* 20. B. 3. St. p. 62. De *polypo sinus maxillaris*, *dyspnoeam* inducente, legitur in *Recueil périod. de la soc. de méd. de Paris*. T. II. N. 9. et DESAULT *Journ. de chir.* Vol. I.

81) PORTAL *Cours d'anatomie méd.* Vol. 4. p. 99.

82) SEVERINUS de recondita abscessuum natura p. 194. VOGEL in LODER's *Journ.* 2. B. p. 455.

palatini ⁸³⁾, vulneribus musculorum mylo- et geniohyoideorum ⁸⁴⁾ et struma ⁸⁵⁾).

D. ex thorace.

6. Nec valde recondita est origo *dyspnoeae* ex deformitate *thoracis* ⁸⁶⁾, imprimis sterni ⁸⁷⁾, ex cartilaginis mucronatae incurvatione ⁸⁸⁾, et illius ⁸⁹⁾ non minus quam cartilaginum costarum

OSSE-

83) FLOUCQUET Diss. sistens memorabile exemplum dyspnoeae. Tubing. 1797.

84) HAMBERGER in Act. acad. nat. cur. Vol. 3. p. 285.

85) Cap. VI. §. XXIII. N. 1. MURALT *chirurgische Geschichte*. N. 18.

86) Eleganter de hoc argumento scripsit SENGUERDIUS in Osteol. p. 39. verbis SPIGELII allegatis. V. praeterea: LENTILLIUS Miscell. Vol. II. p. 465. RIEDLIN Lin. med. 1696. p. 478. HAEN Opusc. inedita. Vol. I. p. 70. Et gibbum, praeter laesionem nervorum musculis thoracis providentium, modo plane mechanico dyspnoeam gignere posse sponte elucet. Cfr. WICHMANN in LODER'S *Journ.* 2. B. 1. St. p. 33.

87) BONET Sepulchr. Obs. 117. VATER Diss. casus singular. asthmatis a pressione sterni, ex febre putrida cum orthopnoea affligente reportati, et sola thoracis artificiali constrictione curati. Viteb. 1730. HALLER Diss. pract. Vol. 2. N. 48. Observavi in puellis, quae Vindobonae in officinis taeniis fabricandis operam navabant, quin tamen semper respirandi difficultas alato vitio responderet.

88) SENNERT Prax. med. L. II. p. 2. (ex pugillatu).

89) BONET l. c. Add. Obs. 11. ex DIEMERBR. SCHENK Lib. II. Obs. 264. ex BAUHINO.

ossescentia ⁹⁰⁾, ex qua ultima *dyspnoea senilis* ⁹¹⁾ immerito repetebatur ⁹²⁾.

7. *A musculis thoracis, abdominis et a dia-* D. ex mu-
sculis.
phragmate cum respirationis opus dependeat; illorum musculorum vulnera ⁹³⁾, aliaque ⁹⁴⁾, tumque septi steatomata ⁹⁵⁾, tumores cystici ⁹⁶⁾ et obstacula motus ^{*}), illud opus laedere debent. Porro possunt hi musculi quoque *universalis corporis inertiae* participes esse, ex quo *dyspnoeam chloroticarum, scorbuticorum, convalescentium, obesorum* ⁹⁷⁾ partim derivare licet. Interdum vasa sanguifera ⁹⁸⁾ incusanda.

8. *Ad*

90) BONET l. c. L. II. Obs. 116. ex PLATERO. VOGEL Progr. observ. binae de asthmate singulari ex cartilaginum costarum ossescentia. Goett. 1773.

91) HIPPOCRATES difficultatem spirandi morbis senum adnumeravit. Sect. III. Aphor. 31.

92) De aliquali difficultate id forte concedi posse autumat MEIBOMIUS (l. c. §. XX), quoniam in respiratione, dum deorsum sternum trahitur, aliquem circa costarum cum cartilaginibus sterni conjunctionem motum observare licet.

93) Act. N. C. Vol. III. Obs. 86.

94) DIEMERBROECK Observ. et curat. C. N. 86. PARLARGUS *med. Jahrg.* 3. p. 201.

95) BONET l. c. Obs. 114. ex VESLINGIO.

96) AVEROS in *Hist. et mem. de Toulouse.* 2. Vol.

^{*}) E. c. dum sursum premitur a ventriculo (BONET l. c. Obs. 112. ex PISONE), a hepate (HAUTESIERK *Recueil* Vol. 2. p. 580).

97) De dyspnoea obesorum legantur Nova Acta N. C. Vol. I. Obs. 90. Eph. N. C. Dec. II. a. 10. Obs. 176.

D. ex vitiiis cavitatum pleurae, mediastini, et oesophagi.

8. *Ad vitia cavitatum pleurae et mediastini* dyspnoeam excitantia spectant empyema⁹⁹), hydrothorax¹⁰⁰), aër inter pleuram et pulmonem collectus^{*}), pleurae ossescentia¹⁾), sarcoma²⁾), steatoma³⁾), ejusdem cum partibus vicinis adhaesio morbosa⁴⁾); porro mediastini inflammatio⁵⁾,

Cent. X. Obs. 25. HOEPPER in *Hercule med.* L. III. C. I. DEODATUS in *valetudine* p. 167.

98) SWAMMERDAM ingeniosissimi STENONIS experimentum refert, de ligata in thorace arteria magna, cessante inde musculorum motu (l. c. Sect. I. C. 7. §. 3.).

99) Cap. X. §. LI. N. 10.

100) Cap. XI. §. LIII. N. 1.

*) MECKEL in *Mem. de l'acad. de Berlin* 1759. p. 42. KELLIE in *med. Comment. v. Edinb.* 2. B. p. 432. Cfr. C. XIII. §. LX. N. 3 (15). *Paracentesin* ad emphysema cavitatum pleurae sanandum proposuit HEWSON (*med. obs. T. 3.* p. 372.) atque feliciter perfecerunt GOOCH (*med. and chir. obs.*) et KELLIE (*medical commentaries. P. II.* p. 425).

1) SCHACHER de ossificatione praeternaturali. Lips. 1726.

2) Eph. N. C. Dec. II. An. 4. Obs. 103.

3) PORTAL *Cours d'anatomie med. Vol. 5.* p. 26.

4) Medici quidem nimium adhaesionibus morbois pleurae cum pulmone et diaphragmate quondam tribuerunt, uti ex ipso BENEDICTO elucet (*Theatr. tabid. Exerc. 26.* p. 49.); ac pulchre MEIBOMIUS (l. c. §. XXXII.) illis, qui dyspnoeam ex hac causa repetunt, respondit: „nec video, quomodo hujusmodi coalitus pulmonum motui possit obstare, quippe qui in inspiratione pe-

tio ⁵⁾, hydrops cruentus ⁶⁾, atque pinguedinis in eo collectio ⁷⁾, *morbi thymi* ⁸⁾, *oesophagi e. c.* illius obturatio ⁹⁾, suppuratio ¹⁰⁾.

9. Cre-

ctoris dilatati motum sequuntur, et cum eo quoque concidunt et coarctantur, ut in expiratione.“ Ratiocinio adhuc plus observationes DIEMZEBROECKII (Anat. L. II. C. 13.) valent, utpote qui in pluribus cadaveribus toto ambitui pleurae pulmonem adhaesisse vidit, quibus in vita nulla fuit dyspnoea. Idem observationes aliorum, ne dicam de propriis valent. Interea vidi tamen homines, qui peripneumonias quondam perpassi erant, et qui cursui indulgere haud poterant, quin anhelii fierent et dolorem ad latus thoracis perciperent. Puto abdomine valde pleno et distento, diaphragmate sursum pulso, adhaesiones morbosas pleurae cum pulmonibus utique respirandi opus impedire posse.

- 5) PETRUS SALIUS DIVERSUS de curat. morb. particul. Cap. 6. BONET l. c. Obs. 125. RODERICUS à FONSECA T. II. Consult. 84.
- 6) RIVERIUS obs. med. Cent. I. VERDRIES de asthmate puerorum.
- 7) WALDE in *med. obs. and inquiries*. 3. Vol. N. 9.
- 8) LIEUTAUD Hist. anat. med. L. II. Obs. 448. HEINECKER in HUFELAND's *Journ.* 6. B. p. 74. MORGAGNI Epist. XV. Art. 16. qui observationes VORWALTNERI de sarcomate et illas VATERI de glandula thymi ingente, tophis cretaceis referta, ex Eph. N. C. Dec. III. A. 7. Obs. 144. et A. 9. Obs. 161. in medium adducit. VERDRIES l. c. p. 10.
- 9) MARCELLUS DONATUS Lib. III. C. 8.
- 10) CERVEAU in *Journal de méd.* T. 75.

D. ex vi- 9. Crescit caussarum dyspnoeae copia, quo
 tiis laryn- propius ad ipsum respirationis instrumentum ac-
 gis, tra- cheae, e: cedimus. Sic foetus vix utero exclusus, a pi-
 bronchio- tuita circa epiglottidem et in bronchiis collecta
 rum, spe- (tum a materia corpusculum a nativitate obdu-
 ciatim de cente, tum a muco genitalium matris, tumque
 dyspnoea a secretionem propriarum glandularum, vias aëreas
 mucosa. investientium ¹¹⁾, repetenda), nisi suffocetur ¹²⁾,
 saltem in dyspnoeam ad pluras horas protractam
 haud raro incidit. Interdum variolae, tracheam
 obstruendo, dyspnoeam relinquunt ¹³⁾. Croup
 imperfecte resolutum, interdum angustiam laryn-
 gis aut tracheae, dyspnoeam, sibilo stipatam,
 excitantem, relinquere, monuimus *). Idem ac-
 cidit, dum hae partes angustantur comprimuntur-
 que ¹⁴⁾ a cartilaginibus arytaenoideis crassescen-
 tibus ¹⁵⁾,

11) „Le volume de ces glandes est aussi fort considérable dans le foetus; et il y a une si grande quantité de mucosité dans les voies aériennes, qu'elles en sont obstruées: les enfants ne peuvent s'en débarasser et ils périssent faute de pouvoir respirer.“ PORTAL l. c. T. V. p. 40.

12) Cfr. Cap. de Asphyxia.

13) MEIBOMIUS l. c. §. XXXIV. „Et hinc saepe post variolas satis diu adhuc pueros dyspnoea exercet.“

*) Cap. III. §. XIII. 3 (87).

14) BEHRENDIS de dyspnoea a tumoribus asperam arteriam coarctantibus (Miscell. N. C. Dec. III. A. 3. p. 205).

tibus¹⁵⁾, a glandulis scirrhis¹⁶⁾, a variis tumoribus¹⁷⁾, imprimis a steatomate¹⁸⁾, cystide¹⁹⁾, sacco hydatidoso²⁰⁾, ab arteria subclavia dextra inter tracheam et oesophagum transiente²¹⁾, ab aorta²²⁾, aliisque caussis^{**)}, quibus adde laryngis et tracheae ulcera, concrementa²³⁾, corpora peregrina in illas aequae ac in *bronchia* illapsa²⁴⁾, istarum

15) FANTONUS *Anat. corp. humani* diss. 13. v. MORGAGNI *Epist.* XV. Art. 12.

16) FORLANI *Observ.* Dec. I. N. 3.

17) BARTOLETUS *methodus in dyspnoeam.* L. IV. Eph. N. C. Dec. III. A. 2. Obs. 115. A. 7. Obs. 144. SCHELLHAMMER *de re med.* v. HALLER *Bibl. chir.* Vol. I. p. 460. RUSH *Comment. von Edinb.* 4. B. p. 194. DESGRANGES in *Journal de méd. continué.* Vol. 2. p. 507.

18) LODEMANN in *LODER'S Journ.* 4. B. p. 196.

19) RUSH *Med. Bemerk. u. Untersuchungen.* 6. B. N. 9. (Inter cartilaginem cricoideam et oesophagum).

20) LIEUTAUD in *Histoire de l'académie R. de Paris.* 1754. N. 105. (In thyreoideo corpore erat inclusus et penetrabat in tracheam).

21) BAYFORD in *Mem. of the med. soc. of Lond.* Vol. 2.

22) Cap. de aneurysmate aortae.

***) Cap. de angore pectoris.

23) Cap. IV. §. XVI. N. 2.

24) C. III. §. XII. N. 6 (33). Exemplis allatis addi possunt et sequentia: BENEDICTUS *de re med.* L. VII. Prooemium p. 128 (pilula). *Bresl. Samml.* 1720. II. p. 107. (nucleus cerasorum devoratus); DESAULT *chir. Nachlass.* II. B. 3. Th. p. 271. (nucleus cerasi duos annos morans). Eph. N. C. Dec. I. A. II. Obs. 242.

rum ossescentiam²⁵), angustiam²⁶) et polypos²⁷). Peculiari autem attentione digna est *affectio morbosae membranae pituitosae bronchia investientis*, quae tantam mucii copiam largitur, ut, obliterated canalibus aëreis, respirationis difficultas sequa-

A. III. Obs. 33. (nucleus pruni); LESCURE in *Mém. de l'ac. R. de chir. T. V.* p. 524. LENZ in STARK'S *Archiv. IV. B.* p. 762. (faba), FONTANA in *Giorn. di Med. v. Auswahl f. Wundärzte* p. 105. (semen melonis), MARTIN in *Phil. Trans. Vol. LV.* p. 89. (frustum panis), DE LA MARTINIÈRE in *Mém. de l'ac. R. de chir. T. V.* p. 521. WAINWRIGHT v. KÜHN *phys. med. Journ.* 1800. p. 273 (acus).

25) BADER Obs. 33. HAEN *rat. med. T. VII. C. 2.* p. 90. 91. (Non solum annuli bronchiales ossificati fuere, sed et illi tracheae; nihilominus aeger respirationem nisi brevi ante mortem habuit facilem; tussiebat vero pertinaciter). MORGAONI ossescentiam bronchiorum in aetate senili saepius invenit (*L. II. Epist. anat. med.* 15. et 18. p. 113).

26) Cap. VIII. §. XXXV. N. 7.

27) *Hist. de l'ac. R. des sc. à Paris* 1705. p. 32. NICHOLS *Account of a polypus resembling a branch of pulmonary vein, coughed up by an asthmatic person*, in *Philosoph. transact. Y.* 1731. p. 123. In medicorum Londinens. obs. (1. B. p. 317. 324.) post magnam dyspnoeam plures polypi, duos, tres aut quatuor pollices longi, multi etiam minores, per tussim expulsi fuerunt, quorum color albus et pellucidus quasi cremori lactis similis erat. Similia observarunt BAILLIE et SOEMMERRING (v. *krankhaften Bau* p. 46.), MURRAY (de polypis bronchialibus, opusc. Vol. I. p. 253.) et J. P. FRANK (*Epit. L. VI.* p. 180).

sequatur ²⁸⁾, nominibus *dyspnoeae mucosae* ²⁹⁾, *asthmatis pituitosi* ³⁰⁾, *phthisis pituitosae* ³¹⁾, et *catarrhi chronici* ³²⁾ insignita. Sane hoc malum gradu solum a *bronchitide chronica* ³³⁾, quatenus scilicet ista non *mucum* sed *lympham coagulabilem* largiatur, differt. Prout in illius decursu inter reliqua signa eminebat aut *macies*, aut *tussis*, aut *respirandi difficultas*, nuncupabatur modo *phthisis pituitosa*, modo *catarrhus pulmonum*, modo *dyspnoea mucosa* ³⁴⁾. Suademus, ut posterī morbum cum singulis suis symptomatibus sub nomine *blennorrhoeae bronchiorum* describant. Interea nos, de novis nominibus minus solliciti, dum de re ipsa, ut fas est, convenimus, morem antiquum sequimur, hujus blennorrhoeae illam formam describendo, quae potissimum respirationis difficultate insignitur, atque, ut diximus, *dyspnoea mucosa* salutatur. Aeger huic malo (caeterum salutem vix aut ne vix quidem laedenti)

28) WOLFF de orthopnoea a spissitudine mucī in bronchiis a frigore producta v. Acta Acad. N. C. Vol. 6. p. 276.

29) Apud SAUVAGES (Nosol. method. Cap. V. Gen. 7.) hoc nomine oedema pulmonis insignitur.

30) KALTSCHMIDT diss. de asthma pituitoso. Jen. 1757.

31) Cfr. Cap. X. §. LI. N. 13.

32) Cfr. Cap. XIV. §. LXV. N. 5.

33) Cap. X. §. LI. N. 13.

34) Alii asthma pituitosum.

denti) obnoxius, matutinis praecipue horis, pectoris angustiam percipit, a qua, non nisi rejecta multa pituita tenaci, liberatur. Interdum haec dyspnoea mucosa gravius et quodammodo per paroxysmos affligit, quod si contingat, ea aut complicationem cum asthmate periodico exhibet, aut effectum vitii cordis, aut vasorum majorum sistit. Nullibi saltem copiosiore mucosae in bronchiis secretionem vidimus, quam ibi, ubi haec vitia pulmonibus vim inferebant. Porro si perpendamus, dyspnoeam mucosam maxime in hominibus habitus laxioris, imprimis in foeminiis, viris obesis, litteris deditis, vitam sedentariam ducentibus, obvenire ac cadaverum sectiones revera pulmonum laxitatem patefecisse³⁵⁾, causam mali illius et in *atonia* quaerere licebit. Interea nec huic caussae plus quam par est adscribamus! Saepe enim secretio mucosae in bronchiis nobis magis effectus videbatur, stimuli cujusdam morborum e. c. pulverum aut vaporum inspiratorum³⁶⁾, arthritici³⁷⁾, haemorrhoidalium³⁸⁾ aut

35) FRACASTORIUS Opp. P. I. L. 2. C. 9. p. 169. HALLER V. *Götting. gelehrte Anzeig.* 1777. p. 1196.

36) Visa est dyspnoea ab inspiratione pulveris farinae in molitoribus (Eph. N. C. Dec. III. A. 5 et 6. Obs. 63.), in pistoriis (BETHEDER in *Berliner Sammlung.* IX. p. 59.), lapidum (Act N. C. Vol. 5. Obs. 85. BONET l. c. add. Obs. 4. MEIBOM. l. c. §. XXXV.), plumarum (DIEMERBROECK Anat. L. II. C. 13.), ipecacuanhae (SCOTT in *med. Comment. von Edinb.* 4. B.

aut impetiginosi³⁹⁾. Posse enim membranam, bronchia investientem, cutis aliarumque membranarum mucosarum vices agere, copiosa exempla dyspnoeae mucosae a suppressione fluoris albi⁴⁰⁾ aut blennorrhoeae urethralis⁴¹⁾ ortae, docent. Et morbi *glandularum bronchialium*⁴²⁾ ad dyspnoeae mucosae causas spectant.

10. De dyspnoea a *pulmonum scrophula*⁴³⁾, D. ex vitis paren-
hyda-

p. 74. et in *Phil. Transact. Year 1776. N. 9.*); item ex vaporibus calcis (GEORG. HORSTIUS T. II. Obs. 4.), mercurii (TH. GROSSIUS de morb. capitis et thoracis p. 461. BARTHOLINUS Act. Hafn. Obs. 79. HORSTIUS L. VII. Obs. 25.).

37) KLAEMPF Enchiridium med. p. 52.

38) Plura hujus generis exempla vidi.

39) LENTIN Memorabilia Clausthaliens. N. 106.

40) J. P. FRANK Epit. (l. c. p. 178) ait: „Nos ipsi quondam, cum foeminae juveni, blennorrhoea jam a septem annis laboranti, eo quod ob graves rationes citius hoc a morbo liberari, supplex rogaverit, per injectiones aluminosas hunc fluxum cohibuissemus, eandem in magnam dyspnoeam et anxietatem conjectam fuisse doluimus.“ Sic ex fluore albo male tractato hunc morbum venisse, MAJUS observavit. (*Briefe über d. schleimigte Lungensucht, in d. Pfälz-bayerschen Beyträgen z. Gelehrsamkeit. Jahr 1782. 2. Hest. p. 112.*)

41) Cfr. Cap. X. §. L. N. 2 (74).

42) VERDRIES de asthmate puerorum p. 10.

43) *Dyspnoea a tuberculis* SAUVAGES Nosol. method. Cl. Morb. V. Gen. 7. Spec. 2. Cfr. BONETI Sepulchret. Obs. 30. 40.

chyminatis
pulmo-
num.

hydatidibus ⁴⁴⁾, calculis ⁴⁵⁾, induratione fere cartilaginea ⁴⁶⁾, scirrho ⁴⁷⁾, steatmate ⁴⁸⁾, infarctu cruento ⁴⁹⁾, vomica ⁵⁰⁾ tumoribusque varii generis ⁵¹⁾ in capite de phthisi pulmonali abunde locuti sumus, et de illorum emphysemate aliisque vitiis analogis in capite de asthmate periodico quaestio erit.

11. Ex

- 44) BONET l. c. Obs. 33. Eph. N. Cur. Dec. III. Art. I. Obs. 80.
- 45) BARTHOLIN. method. in dyspnoeam Lib. IV. MORGAGNI op. c. Epist. XV. Art. 19. 20. 21. 25. 26. Epist. LXIX. Art. 14.
- 46) SCHREIBER in Nov. Comment. Petrop. 3. Vol. p. 395. J. B. SYLVATICUS Principis cujusdam ex dyspnoea defuncti pulmones adeo induratos invenit, ut vitri cocti instar frangerentur (?) (WEDEL diss. de asthm. mechan.).
- 47) HEISTER Diss. de asthmate scirrhuso hactenus fere neglecto. Helmst. 1749.
- 48) BANG in Act. N. C. med. Havn. 2. Vol. p. 205. CORVISART et LEROUX *Journ. de méd. contin.* 2. Vol. p. 3. (13. librarum). FONTANUS obs. anat. med. select. (sarcoma).
- 49) WILLISIUS Pharm. rat. Sect. 7. Cap. 2.
- 50) SCHENK Obs. med. L. II. N. 58. 67. BONET l. c. Obs. 31.
- 51) Eph. N. C. Dec. III. A. 7 et 8. (Sarcoma sub ster-
no). MECKEL l. c. FABRICIUS HILDANUS Cent. II. Obs. 44. HAEN rat. med. cont. T. II. p. 14. COR-
DEN in *Mem. of the med. soc. of Lond.* Vol. 6. p. 122.
v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 23. B. p. 323. MAI in HUF-
LAND's *Journ.* 19. B. 1. St. p. 132.

11. Ex doctrina, quam exposituri sumus, de vitiis cordis vasorumque majorum, abunde intelligetur, illa communem dyspnoearum causam sistere ⁵²). Interea valeant exempla ab aliis descripta, videlicet de dyspnoea a *pericardio* calloso ⁵³), osseo ⁵⁴), adiposo ⁵⁵), dilatato ⁵⁶), sanguine repleto ⁵⁷), cum corde concreto ⁵⁸); a *corde* praemagno ⁵⁹), extenuato ⁶⁰), plus minus osseo ⁶¹), cum polypis ⁶²) aliisque vitiis ⁶³); ab *aorta* aneurysma-

D. ex vitiis cordis vasorumque majorum.

52) ALBERTINI Animadv. super quibusdam difficilis respirationis vitiis a laesa cordis et praecordiorum structura pendentibus. (Commentarii Bononienses. T. I. p. 382).

53) AURIVILLIUS in Act. soc. Upsal. Vol. I. p. 101.

54) CHAVASSE in Lond. med. Journ. 1786. v. Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. 11. B. p. 692.

55) Neue Samml. med. Wahrnehm. 5. B. p. 222.

56) STARK's klinische Bemerkungen.

57) Merkwürd. Abhandlungen v. London. 1. B. N. 18.

58) BONET l. c. Obs. 94.

59) Eph. nat. Cur. Dec. III. A. 5 et 6. Obs. 134. BAL-
LONIOUS Cent. I. p. 108. BONET l. c. Obs. 91. Add 13.
HUFELAND's Journ. 18. B. 3. St. p. 86. OGLE in Mem.
of the med. soc. of London. Vol. I.

60) BURMESTER diss. super morbo spastico. Goett. 1791.

61) PORTAL Hist. de l'ac. des sc. à Paris. 1770. p. 51.
CHAVASSE l. c. BORDENAVE Mém. de Paris. a. 1768.
v. Abh. f. pr. Aerzte. 1. B. 2. St. p. 63. MICHAELIS
v. RICHTER's chir. Bibl. 6. B. p. 113.

62) Eph. N. C. Dec. II. A. 10. Obs. 174. Dec. III. a. I.
app. p. 104. A. 3. Obs. 24. A. 9 et 10. Obs. 161. Cent.

rysmatica ⁶⁴); ossificata ⁶⁵), steatomate notata ⁶⁶);
 ab *arteria pulmonali*, aneurysmate ⁶⁷), polypo ⁶⁸),
 tuberculis ⁶⁹) iisque lapideis ⁷⁰) detenta; ab *ar-*
teria

III. et IV. Obs. 115. BARTHOLINUS l. c. GOHL *um-*
ständliche Relation e. extraordinairen Casus e. convul-
sivischen Engbrustigkeit, da man nach d. Tode gefun-
den seltsame große Herzgewüchse. Berl. 1710.

63) MAI *diss. paradoxum asthima cum corde, a situ na-*
turali deturbato. Heidelb. 1803. MORGAGNI op. c.
Epist. XXIV. Art. 13. LIEUTAUD op. c. Obs. 433.
(magnum cum polyposis concretionibus), Obs. 464.
(adipe obrutum), Obs. 575. 579. (valvulae ossificatae),
Obs. 583. 584. (valvulae degeneratae), Obs. 596. 597.
(valvulae aortae connexae), Obs. 603. (auricularum
stupenda dilatatio, — valvula auricularis transversim
sita crassissima, durissima), PORTAL l. c. p. 70. (con-
crementum lapideum in auricula sinistra), HORN'S
Archiv f. med. Erfahrung. 2. B. p. 163. 3. B. p. 346.
 PULTNEY in *Arzneyk. Abh. v. London. 3. B. p. 253.*
(canalis in utrumque ventriculum penetrans), SANDI-
 FORT *Obs. anat. pathol. C. I.*

64) BONET l. c. Obs. 7. MORGAGNI l. c. *Epist. XVII.*
Art. 15. 17. 19. 21. 23. 25. Epist. XVIII. Art. 17. 22.
 25. 28. 30. 34. BADER *Obs. 12. 49.*

65) *Eph. N. Cur. Cent. I. Obs. 30. Schol. p. 20. MI-*
 CHAELIS l. c. p. 733.

66) STENZEL *diss. de steatomatibus in principio aortae*
reperitis. Witeb. 1723.

67) EISENSCHMID in SCHMUCKER'S *vermischte Schriften.*
 2. B. p. 241.

68) KLAUNIG *Nosocomium charitatis. N. 4.*

69) *Eph. nat. Cur. Dec. II. A. I. App. p. 95.*

70) CHOMEL in *Histoire de l'ac. des sc. 1707.*

teria subclavia aneurysmatica ⁷¹⁾, a *vena pulmonali* angustata ⁷²⁾ et verisimiliter ab affectione morbosa *venae azygos* ⁷³⁾.

12. Nec ad *viscera abdominalia* nos convertendo causas dyspnoeae fugimus. Sic docent observationes, dyspnoeas ortas a *esse mytilis* ⁷⁴⁾ D ex vitis viscerum abdominalium. *comestis* ⁷⁴⁾, a *ventriculo* tumente ⁷⁵⁾, scirrhuso ⁷⁶⁾; a *hepate* magno ⁷⁷⁾, scirrhuso ⁷⁸⁾, praeter normam sito ⁷⁹⁾, a *bile* ⁸⁰⁾, a vitiis *pancreatis* ⁸¹⁾; et *lienis* ⁸²⁾, ab *intestinis* flatibus distentis ⁸³⁾; per diaphragma in cavum thoracis penetrantibus ⁸⁴⁾ aliisque herniis ⁸⁵⁾, a taenia ⁸⁶⁾, ascari-
dibus ⁸⁷⁾;

71) RENAULME in *Mém. de l'ac. de Paris* 1699.

72) WILLIS *Pharmac. ration.* P. II. Sect. I. C. 2. (Cujus observatio et a BONETO l. c. Obs. 9. refertur).

73) Cfr. C. IV. §. XVIII. N. 6 (25). abunde intelligitur; vena azyga turgente, tracheam comprimi debere.

74) *Act. nat. Cur.* Vol. II. Obs. 25.

75) ZELLER in BALDINGER's *N. Mag.* 8. B. p. 177.

76) *Commerc. Liter.* Norimb. 1743.

77) BONET l. c. Obs. 12. LIEUTAUD *Hist. anat.* Vol. I. Obs. 712. BANG in *Act. R. Soc. med. Havn.* Vol. I. p. 244.

78) BONET l. c. Obs. 153. ex PISONI:

79) *Act. nat. Cur.* Vol. X. Obs. I.

80) STOLL *Rat. med.* P. VII. p. 296. FINK *Gallenkrankh.* p. 234.

81) MORGAGNI *Epist.* XV. Art. 11.

82) RIVERIUS *Observ. Communic.* p. 661.

83) BONET l. c. Obs. 148.

84) ANDRÉE in *Philosoph. Transact.* N. 351. v. LÄSKÉ *Auserl. Abhandl.* 1. B. p. 133.

dibus ⁸⁷⁾, ab *omento* praepingui ⁸⁸⁾, steatomatoso ⁸⁹⁾; a morbis *mesenterii* ⁹⁰⁾, ab *arteriae coeliacae* aneurysmate ⁹¹⁾.

D. ex vi-
liis re-
num, ut-
ri.

13. Memorabilia tandem exstant exempla
dyspnoearum a calculo *renum* ⁹²⁾, *uteri* ⁹³⁾, a
con-

85) BONET l. c. Obs. 144. 145. (Ventriculus, intestina in thoracem per diaphragma pertusa). Et hernias inguinales dyspnoeam gignere MEIBOMIUS (l. c. §. XXIX.) his verbis exposuit: „Experientia certe docet illos, quibus aqualiculus sesqui pede exstat, anhelare, et herniis magnis laborantibus difficilem fieri spirationem.“ Cfr. LAUB Asthma grave cum hernia umbilicali. (Act. Ac. N. C. Vol. I. p. 321).

86) D'APPLES in Act. Helvet. Vol. 6. p. 216.

87) BANG in Act. R. Soc. Havn. Vol. I. p. 290. GABRIELI de orthopnoea ex vermibus in Misc. N. Cur. Dec. III. A. 7 et 8. p. 307.

88) RHODIUS Cent. II. Obs. 24.

89) HUXHAM Opp. Vol. 3. p. 9.

90) ROLFINK diss. anat. L. I. C. 13. RHODIUS l. c. Obs. 25.

91) BONET l. c. Obs. 151.

92) RUYSCH *Works T. I. Obs. 56.* BALLONIUS (Consiliorum medicinal. Lib. I. Consil. 46.) ait: „quidam *orthopnoea* laborare videbatur, unde gravissime haberet: nulla erat suspicio affecti pulmonis, non tamen certa erant argumenta, quibus appareret vitium in pulmonibus conceptum, tamen cum orthopnoicus et anhelosus maneret; quaesitum, quae illius difficultatis causa esset. Multis ad unguem pertractatis in eam ventum est tandem opinionem, ut nil tale in pulmonibus consistere crederetur, quod eam difficultatem inveheret: sed ut plerique sunt alii oculatiores, di-

concrementis osseis in eo ⁹⁴), et matricis scirrho ⁹⁵).

Bbb 2

CAPUT

ctum est, suspicionem magnam esse calculi in renibus. Consultum renibus est: 'deturbatus remediis convenientibus calculus, libertas respirationis est restituta. Causam autem hujus rei esse voluit, quod nervulus est a sexta conjugatione pervadens diaphragma et ad renes usque perreptans, qui oppressus ut in opposito femore stuporis sensum infert, ita in partibus superioribus difficultatem nonnullam respirationis afferre potest.' Et praeter calculum *difficultates urinae* generatim valde in respirationis negotium influunt. Sic historiam suppeditat ZEECHIIUS BONONIENSIS (consult. 28. p. 168.) aegroti, urinae ardore et stillicidio cum spirandi difficultate laborantis; quoties prius illud supervenit, spirandi difficultas evidenter fuit immixta, stranguriâ vero cessante, dyspnoea repetiit. Virginem quondam Vilnae curavi (Centurionis militum LEZERTI sororem), quae pertinaci dyspnoea, paroxysmis asthmatis sociis, simul cum singulis calculi renalis symptomatibus laborabat. Ex hydropse obiit; sectione cadaveris, quod doleo non institutâ.

93) BARTHOLINUS hist. anat. Cent. IV. hist. 64.

94) LESKE *Auserl. Abhandl.* 2. B. p. 364.

95) KNECHEL diss. de asthmate. Basil. 1704:

CAPUT XIII.

De Asthmate.

§. LX.

Definitio. Symptomata. Autopsia cadaverum.

Definitio. 1. *Asthma* pro respiratione laboriosa, ut plurimum sibilosa, periodice recurrente, atque nullius alterius evidentis morbi symptomate, definivimus ¹⁾.

Symptomata prodromia. 2. Sicuti asthmatis insultus primus, ut plurimum extemplo ingruere; ita paroxysmorum subsequen-
 tium quivis sua *prodroma* agnoscere solet. Locum illa saepissime tertia a prandio hora obtinent. Experitur nempe aeger gravitatem pectoris, ventriculi inflationem, ructus, narium siccitatem ²⁾, oscitationes, excretionem salivae salsae ³⁾, viscosae ⁴⁾, tarditatemque ad opus solitum et ad aliud quodlibet gerendum.

Sub-

1) Cap. XII. §. LVIII. N. 3.

2) Unicum hoc est signum, quod futurum asthmatis paroxysmum in praefecto militum NASIERIN (quem tempore, quo scribo, coram habeo) annunciare solet.

3) VAN HELMONT l. c. p. 366.

4) FLOYER l. c. p. 112.

Subsequuntur dolor capitis gravativus, potissimum regionum supra-orbitalium, aestus molestus, mentis irritabilitas inconsueta, solitudinis desiderium, pruritus cutis, alvi segnitias et somnolentia, quibus cum molestiis cubitus petitur. Circa mediam noctem acger derepente e somno expergefactus, pondus super pectus, illiusque constrictionem insignem percipit, quae, quominus thoracem dilatare atque aëris portionem necessariam haurire possit, impediunt. Oritur inde magna angustia, qua vigente miser affines et famulos convocat, fenestras et portas aperit, „ac si domus ipsi ad trahendum spiritum parva et angusta esset“ 5). Interea respiratio crebrior reddita, cum tali nonnunquam sibilo strepente, ut in atrio percipi possit, absolvitur. Urget haud raro tussis brevis, inanis, sicca. Lotii copiosi, pallidi, frequentes experiuntur deponendi conatus. Facies pallet, livet, oculi prominent; lachrymis innatant, nares et os aëris cupiditatem manifestant 6), cutis sicca est extremitatesque frigent. Thermometrum ori immisum caloris diminutionem confirmat 7). Pulsus creber est, debilis, interdum intermittens. Quae cuncta symptomata per nonnullarum horarum spatium

5) Sunt verba ARETAEI l. c.

6) „Les lèvres sont disposés comme pour sucer quelque chose.“ FLOYER l. c. p. 17.

7) BREE l. c. p. 133.

spatium saeviunt. Diluiculum malorum demtaxat affert levamen, tussī ut plurimum plus minus humida reddita, elicitis nimirum sputis, modo nigricantibus, modo cruore notatis, nunc subdulcibus, nunc salsis, fere semper tenacibus et interdum adeo copiosis, ut plures nonnunquam pelves adimpleantur ⁸⁾. Pulsus jam plenior fit, ac urina minus copiosa, magis tincta, et jumentosa, deponitur. Sudor aequalis manat; ac somnus, sub cujus curriculo respiratio sibilum saepe retinet, conceditur. Eo absoluto aeger, praeter languorem, citam defatigationem, capitis obnubilationem, pulsum concitatum, et interdum dolores ad scapulas ⁹⁾, nil morborum offert; immo et haec incommoda sumto jentaculo remittere solent. At vero nocte proxima, ejusdem scenae, minori tamen cum vi, expectanda est repetitio; atque sic, concessa ut plurimum interdum quiete, tertia, quarta sextave nocte. Persoluto tali tributo pristina valetudo pro hebdomade ^{*}), mense, anno et ultra redit, quin tamen aeger semper perfecta gaudeat respirationis libertate sanique hominis adipiscatur aspectum ¹⁰⁾.

Quo

8) Asthma hoc in casu *humidum* dici solet.

9) J. P. FRANK Epit. l. c. p. 169.

*) SCHENK (Lib. II. Obs. 58.) de asthmate, omni die veniens recurrens, testatur.

10) Pulchre ARETAEUS (l. c.): „in morbi cessationibus licet ipsi (aegri) non decumbentes obambulent, secum tamen illius signum circumferunt.“

Quo fortior paroxysmus, eo longius liberum intervallum, et vice versa ¹¹⁾).

3. Facultas cadaver asthmatici secandi nunquam nobis se obtulit. Teste BAILLIE ¹³⁾, aperto ^{Autopsta cadaverum.} thorace pulmones (cavitates pleurae perfecte adimplentes), non collabuntur; illorum superficies magnam copiam vesicularum albarum exhibet, — cellulae parenchymatis aëre, et trachea cum bronchiis liquore spumoso repletæ sunt. Confirmantur sic observationes de pulmonum asthmaticorum magnitudine ¹⁴⁾, statu emphysematico ¹⁵⁾ et oedematoso ¹⁶⁾.

§. LXI.

11) „Plus les accès étoient longs, plus leurs intervalles l'étoient aussi plus les accès étoient courts, plus leurs intervalles l'étoient aussi.“ FLOYER l. c. p. 16.

13) *Merbid Anatomy* p. 50.

14) Ephem. N. C. Dec. I. A. I. Obs. 68. Dec. II. A. 10. Obs. 175. BONET l. c. Obs. 57. 58.

15) MORGAGNI Epist. IV. Art. 24. Epist. XVIII. Art. 14. RUYSCH Obs. 49. 21. STOERK Ann. medic. II. p. 239. WATSON in *Phil. Trans. Vol. LIV.* p. 239. v. LESKE *auserl. Abhandl.* 5. B. p. 305. LAËNNEC *de l'auscultation mediate.* T. I. p. 217. BAILLIE *Anatomie des krankh. Baues* p. 42.

16) FABR. HILDANUS Cent. Obs. 11. HOLLERIUS Prax. L. I. C. 25. in Scholiis. RUYSCH l. c. RIVERIUS Cent. I. Obs. 60. MORGAGNI Epist. XXII. Art. I. Epist. XVIII. Art. 19. Epist. XXI. Art. 30. BREW l. c. p. 77. („The lungs were very heavy, and being pressed, a frothy liquor was made to issue from his mouth. The substance was then cut open, and the cells

§. LXI.

C a u s s a e.

Causae
praedispo-
nentes.

1. Facile asthma (morbum interdum haereditarium¹⁸⁾) incurrunt, qui vel natura, vel otio, vel victus intemperantia redditi sunt obesiores¹⁹⁾; porro viri²⁰⁾, concionatores²¹⁾, praefecti militum²²⁾, aliique qui fumo nicotianae²³⁾ abutuntur.

C. mor-
bum exci-
tantes.

2. *Causae* morbum in praedispositis *excitantes* sunt: frigus²⁴⁾, fulmen²⁵⁾, moeror²⁵⁾, ira²⁷⁾,

and bronchia were found full of serum, of a light colour, unmixed with blood“).

18) FLOYER l. c. p. 29. 141.

19) SCHOLZ Cons. med. 92. p. 245.

20) Marium ad feminas *vero* asthmate laborantium, ratio mihi constat uti 6. ad 1; *vero*, inquam, nam de suffocatione hystericarum hic quaestio non est.

21) FRID. HOFFMANNUS, ubi de asthmate *sacerdotis* cuiusdam loquitur, (De asthmate convulsivo §. 10.) monet: quod hominum hoc genus *propter crebriorem sermocinationem*, humorum congestionem ad pulmones, praere reliquis, obnoxium est.“

22) Ob negotium exercitia militaria altissima voce dirigendi.

23) DIEMERBROECK L. II. p. 444. BREE l. c. p. 165.

24) FRID. HOFFMANN l. c. Obs. 2. p. 107. RUPITZ diss. de asthmate (frigidus pileus capiti impositus).

Fateor tamen, me asthma rarius in septentrione quam in regionibus meridionalibus invenisse.

25) Eph. N. C. Dec. III. A. 2. Obs. 175.

26) FLOYER l. c. p. 23.

ira²⁷⁾, terror²⁸⁾, zelotypia²⁹⁾, venus³⁰⁾, cursus³¹⁾, quies³²⁾, flatus³³⁾, vermes intestinales³⁴⁾, praematura tussis per opium cohibitio³⁵⁾, suppressio haemorrhoidum³⁶⁾, menstruorum³⁷⁾, sudoris³⁸⁾,

27) VAN HELMONT (l. c. p. 367.) ait: „civis quidam, vir cordatus ac prudens, a magnate opprobrio et publica injuria affectus: cui nec verbum respondere potuerat, absque timore ultimae minae: dissimulat atque tolerat contumeliam: sed mox abinde *asthma* oboritur.“ Cfr. DELIUS Amoen. Ac. Dec. I. N. 7. FR. HOFFMANN de asthm. convulsivo. Obs. 4.

28) RIEDLIN Millenarius. N. 805.

29) Observavi Ticini in juvene tunc Marchione B.....i.

30) PLATER Obs. L. I. p. 171. REIL *Fieberlehre*. 4. B. p. 62. Terribile asthma a. 1814., in viro conspicuo ex hac causa vidi.

31) Asthmaticus evasit, in concertatione principis CONDAEI, Camerarius ejus de Menzerelles, loco domini sui currendo (Itinerarium Hispanicum B. LUDOVICI).

32) „Vir nobilissimus adsuetus venationibus et motui corporis eximio, quamdiu liceret continuare, sanissimus degebat; a fracto vero pede exercitio pristino amisso, incidebat in asthma admodum pertinax.“ WEDEL diss. de asthmatis mechanica p. 17.

33) BALDINGER Pr. ARETAEI asthma πνευμῶδες recentioribus non ignotum. Jen. 1772. SCHROEDER diss. medicina flatuum. Marb. 1776. KIRCH asthma periodicum a nimia distensione flatulenta, tandem letale. Act. N. C. Vol. 7. p. 296).

34) THONERUS Lib. II. Obs. I.

35) JUNCKER Conspect. med. theoret. pract.

36) LUPIN hist. morb. difficil. p. 117. HUFELAND'S *Journ.* 14. B. 1. St. p. 189. Luculentum exemplum

doris ³⁸⁾, fonticulorum ³⁹⁾, retropulsio herpeticis ⁴⁰⁾, psorae ⁴¹⁾, achorum ⁴²⁾, erysipelatis ⁴³⁾, miliarium ⁴⁴⁾, aliorumque morborum cutis ⁴⁵⁾, tandem fuga podagrae ⁴⁶⁾, oedematis ⁴⁷⁾, febrisque intermittentis ⁴⁸⁾, et plumbum ⁴⁹⁾.

3 Ex-

a. 1821. in matrona Lithuanica quadraginta octo annorum habui.

- 37) ZACUTUS LUSITANUS de med. praxi hist. L. III. hist. 2. HEISTER *Fahrnehm.* 1. B. N. 330. 442.
- 38) JOERDENS in HUFELAND's *Journ.* 19. B. 3. St. p. 45. (pedum).
- 39) RIEDLIN *lin. med.* 1695. p. 91.
- 40) VICAT *Delect. obs. pr.* N. 36. AASKOW in *Act. soc. R. Havn.* Vol. I. N. 18.
- 41) *Eph. N. C.* Dec. II. A. 4. Obs. 16. Dec. III. A. 5 et 6. Obs. 117. App. p. 148. FABRICIUS HILDANUS *Cent.* III. Obs. 39. HUFELAND's *Journ.* 13. B. 2. St. p. 121. 15. B. 2. St. p. 53.
- 42) PELARGUS *med. Jahrgänge V.* p. 49.
- 43) BONET l. c. Obs. 120. FR. HOFFMANNUS l. c. Obs. 8. Op. p. T. III. p. 105.
- 44) VATER *Casus singularis asthmatis ex febre purpurata.* Viteb. 1730. *Breslauer Samml.* 1724. *May.* p. 553.
- 45) RIEDLIN *Millenarius* N. 150. (serpigo pone aures). RIVINUS *diss. de morbo retrogrado.* In *Coll. diss.* Lips. 1710. (gutta rosea). BRYANT *diss. hist. asthm. spasmod.* Erlang. 1783.
- 46) BENVENUTI *asthina gravissimum ex irregulari et intercepto podagrae haereditariae decursu abortum* (*Nov. Act. Acad. Nat. Cur.* 7. 2. p. 1.).
- 47) RIEDLIN *lin. med.* 1696. p. 483. FR. HOFFMANNUS *de asthm. convulsivo.* Obs. 3.

3. *Excitantur asthmatis singuli paroxysmi* C. paroxysmum excitantes.
 ab atmosphaerae repentinis mutationibus⁵⁰⁾ illiusque humiditate frigida⁵¹⁾, aliquando tamen et a frigore sicco⁵²⁾, a calore⁵³⁾, a lunae phasibus⁵⁴⁾,

48) RAU de asthm. spasmodico ex febre quariana incongrue suppressa. (Nova Acta Ac. N. Cur. T. 3. p. 242). FLOYER l. c. p. 29.

49) A vino lithargyrio adulterato in multis hominibus excitatum asthma describitur in Ephem. Germ. Dec. III. A. 4.

50) „Un changement de la gelée ou dégel m'a souvent causé un accès avec douleur rhumatismale aux tempes . . . un changement de vent qui se tournoit à l'est, produit souvent un acces.“ FLOYER l. c. p. 17. de se ipso. Idem in meis aegrotis observavi.

51) RYAN l. c. „Dans un tems pluvieux ou neigeux ou dans un tems de brouillards, j'éprouvais souvent une grande oppression d'estomac et ce tems la me disposait à avoir un acces, avant meme qu'il tombat de la pluie ou de la neige.“ FLOYER l. c. p. 16.

52) „Die 22. Novembr. 1799. Viennae ad feminam 55. annorum vocatus sum asthmaticam. Haec, ab anno aetatis decimo quinto primum menstruata, modo ante annum hoc profluvio privata fuit. A tribus annis, cum nullum antehac morbum passa esset, ab asthmate humido corripitur sub coelo frigido et sicco; ubi vero pluviae cadunt ac sub coelo humido, bene se habebat. Ubi tempestas cum tonitru instat, asthma recrudescit.“ (Ex schedis Patris mei).

53) „J'ai observe qu'en hiver j'avois jusqu'à seize accès et en été, vingt. Au mois d'Août j'avois toujours les accès les plus facheux. VAN HELMONT observe aussi que les accès de l'asthma sont plus fréquens et plus

bus ⁵⁴), ab aëre montano ⁵⁵), a fumo ⁵⁶), a gaz acido

violens en été qu'en hiver, ce qui est généralement vrai, quoique j'aie vu des asthmatiques qui souffroient plus en hiver." FLOYER l. c. p. 72. Praefectus militum, de quo supra, hyeme solum leves paroxysmos aestate fortissimos patitur. Matrōna illa Lithuanica hyeme ab asthmate libera erat, ac, adventante vernali aequinoctio, illico paroxysmos patiebatur.

54) Monet VAN HELMONT: „Exacerbatur (asthma) lunae stationibus et aëris tempestatibus, quas ideo praesenti praesagit.“ HORSTIUS de juvene mentionem injicit, qui, *crescente luna*, in respirandi difficultatem incidit. Similia refert FRANSERI (*Obs. sur une difficulté périodique de respirer, qui prouve l'influence de la lune sur le corps humain. v. 1. Tome de l'acad. de Madrid et Bulletin de la soc. philomat. T. I. p. 119. et suite etc. T. II. p. 72*). FLOYER non consentit dicens: „Je pense que comme les différentes phases de la lune causent des altérations dans l'air, elles en produisent aussi dans le corps des asthmatiques.“ l. c. p. 17. Ego nunquam lunae in asthmaticos imperium observare potui. Legi de hoc argumento merentur DARWIN Zoonomie. Vol. I. XXXII. 3.

55) VAN HELMONT de asthmatico dicit: „Montanis locis pejus se habebat, ideoque Bruxellis vix pernoctare audet.“ Scripsit asthmaticus ad FLOYER: „j'ai trouvé que l'air de Londres et de la Hollande me convenoit le mieux; et dès que j'ai été dans un air vif, j'ai eu aussitôt une difficulté de respirer.“ l. c. p. 27.

56) „Toutes les fumées offensent les esprits des asthmatiques. . . . L'odeur puante d'une chandelle éteinte, ou l'odeur de graisse fondue, produit souvent un accès

acido carbonico ⁵⁷⁾, ab odore rosae ⁵⁸⁾; a potu sacchari ⁵⁹⁾ et liquorum fermentatorum ⁶⁰⁾, ab emeticis, purgantibus et jejunio ⁶¹⁾, a menstruatione ⁶²⁾, nec non a repetitione caussarum morbum ipsum producentium ⁶³⁾.

4. Causa

d'asthme . . . pendant l'asthme la fumée de tabac est nuisible.“ FLOYER l. c. p. 76. Attamen impune fumo nicotianae utebatur praefectus militum NASIEKIN.

57) „*I have known the inspiring of the vapour of fermenting substances in brewing, to be followed immediately by the paroxysm.*“ BREE l. c. p. 166.

58) VAN HELMONT l. c. p. 365. TIMAEUS Cas. p. 216. FLOYER l. c. p. 79.

59) VAN HELMONT l. c. p. 365. Ab esu rerum dulcium saltem suffocationem hystericam pluries observavi.

60) „*Toutes les liqueurs fortes sont très préjudiciables aux asthmatiques. . . . Mais des toutes les liqueurs fortes la plus pernicieuse aux asthmatiques c'est l'eau de vie. . . . Pour moi le punch me cause sur le champ une difficulté de respirer.*“ FLOYER l. c. p. 96. 97.

61) „*L'accès de l'asthme arrive souvent après une purgation, un vomissement ou un jeûne.*“ FLOYER l. c. p. 11.

A. 1799. Viennae centurionem militum ab asthmate violento remediorum antispasmodicorum ope liberavi. Sanus jam, ut illi purgans praescriberem, enixe rogavit; recusavi, at incassum, ita ut tandem obstinato viro cedere deberem. Vix vero alvo aliquoties libera reddita, — en terribilis asthmatis paroxysmus. Reddii ad pristinam medendi rationem, morbo radicitus excusso.

62) WAINWRIGHT *Mechanical account of the non-na-*

Caussa
proxima.

4. Caussa proxima asthmatis quaesita est in splene ⁶⁴), in convulsione pulmonis ⁶⁵), aut musculorum thoracis ⁶⁶), in statu vitioso chyli, et rarefactione spirituum animalium ⁶⁷), in flatibus sanguini commixtis ⁶⁸), pulmones et vasa disten-

denti-

turals p. 14. (Omni mense paroxysmum experiebatur, atque sic, per septem annorum curriculum, serius morbus evanuit).

63) N. 1.

64) VAN HELMONT (l. c. p. 375.): „Unde certe conjecti . . . quod in casu proposito duumviratus recta feriat pulmonem, praecipue robore inaequali pessumdatum, proritantem et radicalem asthmatis causam in splene esse.“

65) WILLIS (de morbo convulsivo Cap. XII. p. 138.): „porro interdum observavi, graves asthmatis paroxysmos, sine quavis notabili pulmonum lae accidis; revera ut putaverim, hunc morbum aliquando esse mere convulsivum, ejus insultus solummodo excitari, quoniam serosa colluvies, particulis explosivis referta, nervos pulmonum diastolen perficientes subiens, spiritibus ibidem scamentibus accievit.“

66) GALEN. IV. de locis affectis C. 7.

67) FLOYER (l. c. p. 51.): „Et parceque les esprits coulent sans cesse dans les nerfs susdits (du coeur et les intercostaux) ils doivent être plus ouverts et plus capables de recevoir les esprits flatueux qui viennent du sang: ce qui produit le gonflement asthmatique dans la poitrine asthmatique et les premières voies.“

68) HEURNIUS de morbis pectoris. Cap. 4.

dentibus ⁶⁹⁾, in spasmodica partium spirationi inservientium, maximeque membranarum cellulas pulmonum investientium constrictione ⁷⁰⁾, quarum hypothesium numerus a nobis saltem non augebitur.

§. LXII.

Diagnosis. Prognosis.

1. Ut respirandi difficultas ad asthma revocari possit, oportet non solum ut illa periodice recurrat, sed etiam ut nullius alterius morbi evidētis sit symptoma. Morbi periodica respirandi difficultate insigniti, et ab asthma probe distinguendi, sunt: *incubus, suffocatio spasmodica hystericarum et hypochondriacorum, croup, phthisis laryngea, trachealis et pulmonalis, hydrothorax, et vitia cordis vasorumque majorum.*

Genera-
tim de
diagnosi.

2. *Incubus* sequentibus notis ab *asthmate* differt:

Distinctio
incubi ab
asthmate.

Incubus.

1. Est morbus dormientium, qui illico cessat, dum aegrotus expergit.

2. Insignitur visione.

Asthma.

1. Est morbus vigilantium, a somno potius mitigatus.

2. Mens sana.

3. Ae-

69) FIENUS de flatib. C. 9. BARTHOLINUS de pulmonib. C. 47. Obs. 48.

70) FR. HOFFMANN l. c. §. 12.

Incubus.

3. Aegrotus auxilium implorandi impotens.
4. Raro pectus agitur.

Asthma.

3. Aeger auxilium implorandi capax.
4. Pectoris agitatio magna.

Distinctio
suffocatio-
nis spas-
modicae
ab asth-
mate.

3. *Affectiones spasmodicae vagae* haud raro *asthmatis* scenam ludere, monuimus ⁷¹). Talis vero *suffocatio hysterica* ⁷²) seu *hypochondriaca* ⁷³) a legitimo *asthmate* sequentibus differt:

Suffo-

71) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XIV. §. LXX. N. 3. p. 555 (87).

72) MEURER Diss. de praefocatione hysterica. Lips. 1598. YORDEN of the disease called the suffocation of the mother. 1603. VICTOR Diss. de praefocatione hysterica. Basil. 1610. TANDLER Diss. de matricis praefocatione. Witteb. 1614. LENK Diss. de uteri praefocatione. Basil. 1616. GEILBRONNER Diss. de suffocatione uteri. Basil. 1616. VON HARTENFELS Diss. de suffocatione uterina. Basil. 1622. KUPITZ Diss. de praefocatione uterina. Lips. 1623. ROMATETI de suffocatione ab utero. Argent. 1626. STRAUSS Diss. de suffocatione uterina. Giess. 1628. NEUCRANZ Diss. de uteri suffocatione. Argent. 1632. PAULI Diss. de suffocatione uteri. Rostoch. 1635. ROLFINGK Diss. de suffocatione uterina. Jen. 1644. SCREVELLIUS Diss. de uteri suffocatione. Leid. 1646. WALAEUS Diss. de uteri suffocatione. Lips. 1648. GROESER Diss. de uteri suffocatione. Lips. 1650. GESENIUS Diss. de suffocatione uterina. Leid. 1654. MOEBIUS Diss. de suffocatione uterina. Jen. 1661. SELIOER Diss. de suffocatione uteri. Leid. 1662. GLESWAIN Diss. de suffocatione uterina. Giess. 1665. AMMANN Diss. de

Suffocatio spasmodica.

1. Accidentaliter est.
2. Quocunque diei vel noctis tempore aggreditur.
3. Respirandi difficultas potius a constrictione laryngis pendet.
4. Agitatio pectoris.

Asthma.

1. Morbus constans.
2. Noctu tantum (paucissimis concessis exceptionibus) invadit.
3. Respirandi difficultas ex pulmonis affectione ⁷⁴).
4. Interdum potius apnoea.

In-

- suffocatione uterina. Jenae 1671. MORIS Diss. de suffocatione uterina. Leid. 1676. FASCH Diss. de suffocatione uterina. Jen. 1684. MEIBOM Diss. de suffocatione uterina. Helmst. 1684. VESTI Diss. de suffocatione uterina. Erf. 1685. HELWIG Diss. de suffocatione uterina. Gryph. 1687. SLEGEL Diss. de suffocat. uteri. Jen. 1688. DE JONGH Diss. de uteri suffocatione. Ultr. 1694. BUHREN Diss. aegra suffocatione uterina laborans. Erf. 1698. WEDEL Diss. aegram uteri strangulatione laborantem exhibens. Jen. 1717. GEHRING Diss. de uteri strangulatu. Kil. 1752.
- 73) VAN DYCK Diss. de suffocatione hypochondriaca. Lugd. Bat. 1665. VERMEIRERI Diss. de suffocat. hypochondr. Lugd. Bat. 1668. KISSNER Diss. de suffocat. hypochondr. Lugd. Bat. 1670. FASCH Diss. de respirationis laesionibus hypochondriaco-scorbuticis. Jen. 1677. BEN Diss. de suffocat. hypochondr. Leid. 1683. WALTER Diss. de suffocat. hypochondr. in viro. Lugd. Bat. 1688. WOLFF Diss. de asthmate hypochondr. Argent. 1754.

- 74) Pulchre FR. HOFEMANN l. c. §. 4.: „Hoc vero convulsivum asthma *differt omnino* a suffocatione hysteri-

Interea non negamus, posse etiam hystericas et hypochondriacos legitimo asthma obnoxios esse.

Distinctio
croup ab
asthmate.

4. MILLAR ⁷⁵⁾, croup a spasmo repetebat, illumque antecessoris exemplo ⁷⁶⁾, *asthma* nuncupavit, et quidem ob praeceptum curriculum *acutum*, obque aetatem, cui praecipuis infensum evadit, *infantile*. WICHMANN ⁷⁷⁾ (in ipsis erroribus conspicuus ⁷⁸⁾), MILLAR falso interpretatus est, asserendo; cl. Virum, morbum a croup diversum descripsisse, quod nemo antea somniaverat ⁷⁹⁾. Nec satis, WICHMANN, ut imagina-

rium

carum, quae nonnisi spasmodica constrictione ac veluti strangulatione summarum faucium, laryngis et pharyngis nititur; et arctato laryngis canale, aëri sufficiens liberumque ad pulmones iter praescindit: cum in nostro affectu transitus per arteriam asperam satis liber sit, et vitium in ipsis potius haereat pulmonibus.“

75) *Obs. on the asthma and on the hooping-cough.* Lond. 1769.

76) JAMES SIMPSON *Diss. de asthma infantum spasmodico.* Edinb. 1761.

77) *Ideen zur Diagnostik.* Hannov. 1794.

78) Exemplo inserviat ingeniosa aequae ac erroneae ejus doctrina de dentitione et de polypo cordis. v. op. c.

79) BENJ. RUSH (*Obs. on the spasmodic asthma of children, in a letter to Dr. MILLAR.* Lond. 1780.) ait: „Dr. HOME is the first who has given us an accurate history of it. He calls it croup, or suffocatio stridula, a name by which it is known in Scotland. Dr. MILLAR likewise in a pamphlet lately published (*obs. on the asthma or hooping-cough*) describes it very accurately.“ CRAWFORD (*Diss. de cynanche stridula.* Edinb. 1777.)

rium inventum celebraret, morbo nomen auctoris addidit, unde denominatio *asthmatis acuti periodici* MILLARI. Addidit se ex propria praxi edoctum esse, morbos illos signa, quorum ope inter se distingui possint, habere, ac medendi rationem plane diversam exposcere. Describit nempe *asthma* MILLARI ut morbum ex paroxysmis et liberis intervallis compositum ⁸⁰⁾, sine lymphae coagulabilis secretionem obvenientem ⁸¹⁾, oppressionem in pectore et voce profunda insignitum, ac raro vel nunquam tussi stipatum ⁸²⁾. Quivis vero doctrinae croup memor ⁸³⁾, recordabitur, nonnunquam et hunc morbum paroxysmos et remissiones habere, sine lymphae coagulabilis secretionem obvenire, oppressionem pectoris et vocem profundam socios agnoscere ac cum tussi pauca incedere. Ad medendi rationem quod spectat, WICHMANN adversus croup *auxilia antiphlogistica*, adversus asthma suum, *moschum*, veluti specificum commendat. Moschum autem et in croup locum invenire posse dictum Ccc 2 est ⁸⁷⁾.

inquit: „morbus, de quo tractaturus sum, vulgo per vocabulum *croup* cognoscitur et nuperrime depictus fuit a Dr. MILLAR sub nomine *asthmatis infantum*. NOËLIUS (Disp. de angina tracheali. Edinb. 1794. §. 30.) monet: MILLARUM novum morbum describere noluisse.

80) l. c. p. 122. 123.

81) l. c. p. 118.

82) l. c. p. 102.

83) Cap. III.

est ⁸⁷⁾. Quibus omnibus sedulo perpensis, medici, auctoritati WICHMANNI, qua seducti fuerant ⁸⁸⁾, relate ad istam, de qua agitur, doctrinam, jam valedixerunt ⁸⁹⁾, ac unanimi consensu *identitatem inter croup et asthma* MILLARI stabiliverunt. Hoc vero non impedit, quominus concedamus, infantes quoque, nisi asthma proprie dicto, saltem dyspnoeis obnoxios esse. Inter has, quae ab opere dentitionis, a morbis cerebri, columnae vertebralis et abdominis pullulant, communissimae sunt.

Distinctio
phthiseos
laryngeae
et trachealis
ab asthma.

5. Respirandi difficultas cum sibilo summisque angustiis *phthisi laryngeae et tracheali* protractae propria ⁹¹⁾ cum asthma quodammodo convenit; inprimis si illa fortuito cum suffocatione hysterica complicetur ⁹²⁾.

6. Cum

87) l. c. §. XIV. N. 6 (48).

88) Ad hos spectabat inprimis LÜBENSTEIN LOEBEL (*Erkenntnißs u. Heil. d. häutigen Bräune, des Millarschen Asthma u. d. Keichhustens. Leipz. 1811.*) qui strictissime WICHMANNUM secutus est.

89) Unanimis iste consensùs adscribendus est tum doctis animadversionibus JOANNIS CHRIST. ALBERSI (Commentatio de diagnosi asthmatis MILLARI strictius definienda. Goetting. 1817.) tum argumentis ab avunculo suo, matùra eheu! morte abrepto JOAN. ABRAH. ALBERSIO (Praefatio ad laudatum opusculum) allatis, tumque declarationi generali medicorum, asthma MILLARI sibi in praxi nunquam obvenisse.

91) Cap. IV. §. XVI. N. 1.

92) Tale exemplum in aegra de qua supra (Cap. IV. §.

6. Cum *phthisis pulmonalis*, nonnunquam Distinctio phthiseos pulmonalis ab asthmate. veluti asthmate stipetur ⁹³⁾, cave, ne respiratio-
nis istam difficultatem, laesioni cerebri ⁹⁴⁾, vel
plexuum nervorum pulmonalium adscribendam,
mero spasmo tribuas. Habitus aegri, morbi prae-
gressi, et regulae alibi traditae ⁹⁵⁾ diagnosin ad-
juvabunt.

7. *Hydrothorax* quoniam respirandi difficul- Dist. Lydrothoracis ab asthmate.
tate et paroxysmis, suffocationem, potissimum
noctu, minitantibus, insignitus est, facile cum
asthmate confundi posset; nisi urina ibi parca,
hic copiosa, porro percussio thoracis, habitus
aegri, praesentia aut absentia oedematis externi,
morbi que praegressi, diagnosin illustrarent. Cae-
terum hydrothoracem asthmati haud raro super-
venire, sciendum est.

8. Quam-

XVIII. N. 1 (75.) habui. Quoties enim illa a gravi
animi pathemate excruciabatur, toties in suffocationem
hystericam incidebat, cujus circa laryngem sympto-
mata cum illis ex ulcere tracheae pullulantibus socie-
tatem ineundo, horrendum spectaculum exhibebant.
Oculi extra orbitas prominebant, facies coerulea fie-
bat, cor palpitabat, pulsus deficiebat, et misera, su-
dor frigidus cooperta, sese undique anxie et despera-
bunda volutabat. Durabat haec scena interdum per
horam.

93) Cap. X. §. XLIV. N. 5.

94) P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. X. N. 9 (40). et Sect.
II. C. XIV. §. LXXII. N. 9.

95) Cap. X. §. XLIV. N. 10.

Dist. vitio-
rum cor-
dis et va-
sorum
majorum
ab asth-
mate.

8. Quamvis in medico, symptomata asthmatis, imprimis in senibus, exclusive a vitiis cordis et vasorum majorum repetenti⁹⁶⁾, assentiri nequeamus, et quamvis DUCAMPPIO hujus opinionis falsitatem patefacienti⁹⁷⁾ applaudamus; attamen *osse-scentiam arteriarum coronariarum et valvularum cordis atque aneurysma arcus aortae*⁹⁸⁾, saepe orthopnoeam periodicam, cum asthmate magnam similitudinem alentem, gignere non inficiabimur⁹⁹⁾.

De varia
asthmatis
origine et
indole.

9. Sicuti dyspnoeae, ita et asthmatis origo et indoles multiplex est. *Encephalum* hinc inde accusandum esse, docent imperium animi pathematum in asthma¹⁰⁰⁾, affectio capitis paroxysmos

96) ROSTAN in *Journ. gén. de médecine, chir. et pharm.* 1818. *Sept.*

97) *Ibidem.* 1819. *Octobre.*

98) Cfr. HUFELAND's *Journ.* 1820. *May.* p. I.

98) Cfr. Cap. de angore pectoris, et de aneurysmate aortae.

100) Auctor vetustissimi libri de *morbo sacro* (N. 16.) dixit: „ex nulla alia nobis parte voluptates contingere et laetities et risus et lusus, quam ex cerebro, itemque moerores et anxietates, tristitiesque ac ejulatus et querelas.“ Adde MORGAGNI (Epist. XV. Art. 5.): „videtur sane ex his obvium medicis esse debuisse quam potestatem habeat in respirationem cerebrum, naturalibus duntaxat cogitationibus, sed quotidianis animi affectionibus nonnihil commotum, eandemque multo majorem habere posse, cum vi morbi vehementiore irritatur, aut premitur.“ „J'ai souvent observé

mos saepe annuntians et illius cum mania nexus ¹). Si porro agitationem musculorum thoracis sub asthmatis insultu consideremus, suspicio, *columnam vertebralem*, ex qua illi muscoli nervos accipiunt, interdum non plane immunem esse, oritur. Adde, quod asthmatis paroxysmus, excaefacto a lecti tepore vertebrali specu, invadit; quod erecta corporis positio levamen affert; quod urina copiose secernitur ²); quod vena saepe malum provocat, quodque scapulae dolent. *Originem abdominalem* asthmatis quoque admittendam esse, ille facile concedet, qui perpendit, quod debet irritatio plexui coeliaco a stimulis abdominalibus (e. c. a calculo bilioso ³),
a fla-

un asthme dans les personnes fort agées, après une légère attaque d'opoplexie ou de vertige, qui d'abord les fait tomber par terre. FLOYER l. c. p. 146.

- 1) WITHERING on the Foxglove. Case 24. BREE l. c. p. 110. „Asthma, likewise, is succeeded occasionally by insanity.“
- 2) FORMEY *vermischte med. Schriften*. I. B. Berl. 1821. *Abh. Ueber d. Einwirkung d. Rückenmarkes u. d. Nervenknotten auf d. Erzeug. patholog. Zustände in d. Urinwegen.*
- 3) „Instances of disorder in the first passages, or biliary ducts of asthmatics, have been remarked by many physicians; and I have no doubt, if more attention were paid to the subject, much additional evidence would be produced.“ BREE l. c. p. 193. Cfr. FERRIAR *med. hist. etc.* Vol. II. p. 53. MILLAR l. c. HOFFMANN *de asthmate convulsivo*. Obs. 24. p. 193.

a flatibus, a congestione in vena portarum) illata, necessario pulmonibus, utpote ab iisdem nervis gubernatis, communicari; — quod debet obstaculum, liberam influxus cruoris ex arteria coeliaca in ventriculum, hepar, et lienem impediens, plethoram aortae thoracicae, ventriculi sinistri cordis et venae pulmonalis excitare; — quodque debet ex mechanica extensione viscerum in sacco peritonaei contentorum, quatenus inde tum diaphragma sursum premitur, tum vasa majora comprimuntur, pulmonibus vis inferri. Adde asthma saepissime ab incommodis primarum viarum annuntiari. Ex vitio primario *pulmonum* asthma expectandum, dum membrana mucosa ductus aëreos investiens, a causa catarrhali aut alia metastatica irritata, intumescit, illosque ductus, ut in coryza observatur, obliterat; dum contractio spasmodica bronchiorum idem efficit; dum ejusmodi canalium atonia, seu paresis, expulsionem aëris antiqui, hincque admissionem recentis, impedit, dum aër extra vias suas in parenchyma pulmonis migrat; dumque cruoris abundantia in aorta, arteria pulmonali, vena cava et praecipue in vena azyga⁴⁾ pulmonem et tracheam comprimit. *Plethoram* arteriosam et venosam non solum pulmonibus directe nocere posse, sed et indirecte, origines scilicet nervorum, qui pulmones, musculos thoracis

4) Cap. IV. §. XVIII. N. 6 (25).

racis et diaphragma adeunt, in encephalo et specu vertebrali irritando, saltem ut hypothesein admittere licebit. Similis tandem irritatio cur non etiam a *caussa arthritica* gigni posset? Aetas, conditio, sexus hominum, praecipue asthmatis obnoxiorum, periodicus hujus morbi decursus, imperium, quod mutationes atmosphaerae in illum exercent, urinae conditio post insultum, istam conjecturam verisimilem reddunt. Quae singula originem asthmatis *ex sensibilitate morbosa* et imbecillitate universi systematis nervosi non excludunt; si enim haec exercitium reliquarum functionum perturbare et supervenire posse concedatur, cur idem relate ad opus respirationis, non admittendum foret? — Ex his colligitur, nos admittere asthmata originis encephalicae, spinalis, abdominalis et thoracicae; indolis inflammatoriae, catarrhalis, gastricae, arthriticae et nerveae. Huc forte asthma, febrium intermittentium larvatarum symptoma, revocari debet ⁵⁾.

10. Theoria, quam de origine et indole asthmatis tradidimus, quaeque hunc morbum ex diathesibus imperio artis medicae satis subditis derivat, faustam magis prognosin promittere deberet, Prognosis.
illâ

5) De asthmate hoc legi merentur FLOYER l. c. p. 42. 45. et NEBEL asthma gravissimum instar quartanae periodice recurrens, cortice peruviano curatum. (Act. N. C. Vol. 8. N. 409.).

illâ singulari, quae sic auditur: „vetus asthma mirabile phantasma, quod nullum curat cataplasma, quod sicut in juvenibus curatu est difficile, ita in senibus incurabile“ ⁶⁾; — aut, „asthma fidus Achates usque ad urnam.“ Atvero hîc perpendere oportet, plures medicos asthmatis prognosin tam atro carbone notasse, propterea quod cum illo vitia cordis et vasorum majorum saepe confuderint ⁷⁾, ex qua etiam ratione plus, quam par est, de transitu asthmatis in hydrothoracem loquuntur. Caeterum quid miri, si morbus inveteratus, jam consuetudinis legibus obtemperans ⁸⁾, inprimis si perverse curetur, tandem rebellis evadat? Rebellis, sed et hoc in casu longaevitatem non impedit ⁹⁾, ac annorum curriculo interdum sponte evanescit ¹⁰⁾. Ob paroxysmi procrastinationem non illico triumphandum esse, per se patet. Tribuenda interdum est diu-

6) HERTODT in *Crocologia* p. 124.

7) Consentit BREE (l. c. p. 68.) dicens: „*uncomplicated asthma is so seldom fatal, that few opportunities have occurred of searching for its cause by dissection.*“

8) Legi meretur BREE (l. c. p. 201.) ubi reditum paroxysmorum per associationem idearum et motuum explicat.

9) *J'ai trouvé des asthmatiques qui m'ont dit l'avoir été pendant cinquante ans, et se sont néanmoins assez bien portés.*“ FLOYER l. c. p. 21.

10) DUCAMP in *Journal général de médecine, française et étrangère.* 1820. Juillet p. 135.

diuturna intermissio paroxysmi morbo intercurrenti ¹¹⁾).

§. LXIII.

C u r a.

1. *Cura asthmatis, a veteribus addiscenda* *)^{Generatim.}, bifaria est: respicit enim altera *paroxysmum*, altera *liberum intervallum*. Ambae secundum *indolem* morbi ordinandae, ac empiricae administrationi pharmacorum, pro specificis decantatorum, quousque licet, valedicendum. Generatim apparentibus prodromis paroxysmi adhibeatur clyσμα. Paroxysmo evoluta, aeger illico lectum deserat ¹²⁾), degat in aëre frigidiusculo, sine magno adstantium numero; pectus esto denu datum ac abstinenceatur ab unctionibus et emplastris odoriferis ¹³⁾), item a frictionibus ¹⁴⁾), nisi forte
ad

11) „J'ai su que le Roi GUILLAUME, qui étoit attaqué de l'asthme, n'en avait été aucunement incommodé pendant la suppuration d'une plaie, causée par un boulet de caanon qui lui avoit froissé l'épaule à la bataille de Boyne.“ FLOYER l. c. p. 117.

*) „J'ai lu la plupart des auteurs modernes, et jusqu'à present j'ai essayé inutilement leur méthode. . . . C'est pourquoi je me suis tourné vers les anciens, savoir GALIEN, PAUL D'EGINE, AETIUS etc. J'y ai trouvé des idées plus raisonnables.“ FLOYER l. c. p. 20.

12) „Cela abrège l'accès, diminue l'oppression, et facilite la respiration.“ FLOYER l. c. p. 161.

13) „Il faut que la poitrine des asthmatiques soit tenue fraîchement pendant l'accès, et ne point l'oindre avec

ad spinam et ad hypochondria. Debitam corporis positionem aeger sibi eligat ¹⁵). Et *ligaturae* extremitatum tum superiorum tum inferiorum celebratae sunt ¹⁶). Interea demonstrandum adhuc est, num paroxysmum cohibendo revera quid boni producat ¹⁷). Quousque paroxysmus viget, abstinence a carne ¹⁸). Ova cum aceto optimum
sistunt

des huiles qui aient de l'odeur, car cela est nuisible. Tout emplâtre sur la poitrine gêne la respiration."

FLOYER l. c. p. 167.

14) „*Les frictions sur quelque partie que ce soit, incommovent beaucoup.*“ FLOYER l. c.

15) WEPFER observavit, paroxysmum asthmaticum citius sedari non potuisse, quam expansis alis et brachiis mensae impositis: alios quoque levamen sensisse, quando inclinato capite, *pectus concussum* fuit. “ VATER diss. cit. p. 31.

16) JUL. CAES. CLAUDINI Tract. de ingress. ad infirm. L. II. C. 8. In asthmate (forte potius in suffocatione hysterica), qua Comitissa Kevenhuller Mediolani laborabat, paroxysmi illico cessabant institutis istis ligaturis. Idem praestabant maniluvia (Ex schedis Patris mei).

17) Semper memor sum verborum WHYTT (*Sympathy of nerves* p. 72.): „*increased motion of the organs of respiration in the fit of an asthma, they are the efforts of nature to free the body of something hurtful.*“

18) „*Et pour engager les asthmatiques à ne pas manger de viande pendant l'accès, je dois leur dire, que plusieurs ont été étouffés pour en avoir mangés et que cela est cause que l'accès dure quatre ou cinq jours davantage.*“ FLOYER l. c. p. 162.

sistunt nutrimentum¹⁹⁾. Et tempore libero, quo simplicior diaeta eo melior. Juscula ex *caulibus rubris* laudata fuere²⁰⁾. Item *succus rapae*²¹⁾. Occasiones, tristia animi pathemata excitantes, fugiendae²²⁾. Thorax vero vestis ope ex tela cerata tenuissima et lana subtili²³⁾ tegendus est.

2. *Cura asthmatis inflammatorii* praecipue *haemorrhoidalis*: C. asthmatis inflammatorii praecipue haemorrhoidalis.

a. *Sub paroxysmo*. Quo recentior morbus, quo fortior paroxysmus, eo certius *venae sectio*, in aegro haemorrhoidali e pede, levamen affert²⁴⁾. Abstinentum a remediis calefacientibus, et con-fugiendum ad *nitratem potassae*²⁵⁾.

b. *Sub*

19) „Un oeuf on deux pochés pris à diner avec beaucoup de vinaigre, sont très bon.“ FLOYER l. c.

20) TULLON Ergo asthmatis juscula caulium rubrorum. Paris. 1632.

21) Act. N. C. Vol. I. Obs. 62.

22) „Aussi remarque-t'-on que tous les asthmatiques, lorsqu'ils sont fâchés ou chagrins, ont plus souvent des accès que lorsqu'ils sont de bonne humeur.“ FLOYER l. c. p. 182.

23) RAMSAY in the London medical and physical Journal by FOTHERGILL 1816. February.

24) „La saignée facilite la circulation dans le poumon, et remédie à la pléthore; mais elle soulage très peu les vieux asthmatiques et ne doit être mise en usage que dans les plus violens accès.“ FLOYER l. c. p. 156.

25) R. Aquae cerasorum nigrorum uncias sex. Nitri scrupulos duos. Syrupi papaveris rhoeados unciam semis. D. S. Omni quarta horae parte cochleare ma-

b. *Sub libero intervallo.* Nec *nitras potassae*, concessis debitis intervallis, derelinquendus. Valde *ptisanna* jam saepius laudata ²⁶⁾ conducit. Porro si suppressio haemorrhagiae cujusdam ad morbum excitandum contulerit, illa hirudinum ope revocanda, quod imprimis de haemorrhoidibus valet ²⁷⁾. Dolore ad columnam vertebralem urgente, multum prosunt *cucurbitulae scarificantes* lateribus spinae appositae ²⁸⁾. Si pulsum conditio irritationem systematis arteriosi denotaret, aut suspicio humoris extravasati in encephalo vigeret, quid *digitalis purpurea* valeat, tentandum ²⁹⁾. Pro potu aqua simplex. Nil magis nocet quam coffea, thea, vinum etc. Praeterea

jus. FLOYER praeterea et sal prunellae et sal ammoniacum commendat l. c. p. 158. Veteres, et inter hos PAULUS AEGINETA, aphronitrum cum hydromelite commendavere.

26) Cap. X. §. XLVII. N. 10 (28).

27) Matronam, de qua supra, sic sanitati restitui.

28) Sic ex propria experientia. Cfr. HARVAEUS Exercit. III. De Circul. sangu. p. 233. (insimul cum affusione aquae gelidae sub ipso asthmatis paroxysmo, quod non suaderem).

29) Habet pro se auctoritatem PERCIVAL et FERRIAR, neutiquam vero illam BREE, qui ait (l. c. p. 221.): „but I have not seen benefit from the exhibition.“ Cum digitalis facile sputa supprimat, quae in asthmate promovere oportet, illam non nisi in conuulso cum ipecacuanha, quatenus corrigens, praescriberem.

terea omne exercitium corporis violentum, inprimis in atmosphaera calida, evitandum. Commendatur adeo *balneum frigidum* ³⁰⁾, quod hucusque adhibere non sumus ausi.

3. *Cura asthmatis catarrhalis:*

Cura asthmatis catarrhalis.

a. *Sub paroxysmo.* Nisi prima nocte, saltem altera, aeger lecto decumbere et transpirationi studere tentet. Capiat saepe cochlear minus *loch* seu *julapii* ex oleo amygdalarum dulcium et syrupi diacodii uncia una et semis; oxymelitis scillae uncia semis, sacchari crystallisati drachmis duabus.

b. *Sub libero intervallo.* Confugiendum est ad *decocta* aut ex ligno *guajaci officinalis*, aut ex radicibus *smilacis sassaparillae* ³¹⁾, *polygalae senegae* ³²⁾.

4. *Cura asthmatis arthritici:*

C. asthmatis arthritici.

a. *Sub paroxysmo.* Adhibeatur illico *balneum pedum*

³⁰⁾ „*The cold bath (during the absence of the paroxysm) has been judiciously recommended by Dr. RYAN in Asthma. I can assert this upon numerous trials of its efficacy* (BREE l. c. p. 243). Laudavit balnea frigida jam CAELIUS AURELIANUS. Balnea salina commendantur a TOLBERG in HUFELAND's *Journal*. 26. B. 3. St. p. 26.

³¹⁾ „*Les sudorifiques sont recommandés pour les fluxions catarrheuses ainsi ils peuvent être utiles lorsque l'asthma survient après un catarrhe.*“ FLOYER l. c. p. 175.

³²⁾ Sublevavit meos aegros aliosque. v. RANÖ in Act. soc. med. Havn. Vol. 3. p. 362.

*pedum tepidum cum farina sinapis nigrae. Applicentur sinapismi acriores, aut alia irritantia*³³⁾ ad crura et ad brachia. Caeterum in aegro plethorico, uti in asthmate inflammatorio; in exhausto, uti in asthmate nervoso³⁴⁾ incedendum.

b. *Sub libero intervallo. Ulcera artificialia, pro re nata ad nucham, columnam vertebralem, pectus, maxime conducunt*³⁵⁾. *Thermae, in aliis affectionibus arthriticis tam proficuae, hic raro, saltem pro balneis, prosunt*³⁶⁾. Nocent praecipue

33) „*J'ai appris d'une dame qu'un ail appliqué sur ses pieds, l'avoit guérie d'un accès d'asthme.*“ FLOYER l. c. p. 255. Cfr. PORTAL *Mém. sur la nature et le traitement de plusieurs maladies. T. II. p. 70. Abh. f. pr. Aertzte. 20. B. p. 53.* Vide etiam de cura asthmatis per tibialia sanie scabiosa infecta in Misc. N. C. Dec. III. A. 5 et 6. p. 243.

34) N. 6.

35) AETIUS Tetrab. 2. Serm. 2. C. 57. (dorso medio vertebrarum et costarum). ZACUT. LUSITANUS Prax. mirab. L. II. C. 7. Obs. I. (Ad nucham). FEL. PLATTER Pract. T. I. L. II. C. 4. p. 386. (Vesicatorium post aures). VALISNIERI in Eph. N. C. Cent. 7 et 8. p. 416. (Orthopnoea cerato ex cantharidibus et euphorbio constante supra capitis commissuram imposito, paucisq; aliis tanquam miraculo sanata). Miror FLOYER dixisse: „*Je n'ai jamais essayé de cautère sur la poitrine, ou sur le sommet de la tête, et je n'approuve ni l'un ni l'autre: je n'approuve pas non plus ceux du dos, parce qu'ils demandent un bandage qui serre la poitrine.*“

36) „*J'ai entendu un asthmatique, homme d'esprit, se*

cipue aquae soteriae sulphuricae; non ita sulphur intus e. c. in consueto pulvere antihæmorrhoidali porrectus³⁷⁾. Supertartras potassae, hoc in pulvere contentus, ad urinam promovendam conducit, quod in omni asthmatis specie non est negligendum³⁸⁾: Si vires deficerent, hydromel cum radicibus ammomi zingiberis potum salutarem constituit³⁹⁾ et vinum calidum interdum
asthma

plaindre, que son asthme n'avait jamais été violent avant qu'il eût bu les eaux de Bath. J'ai rencontré à Bath d'autres asthmatiques qui se sont bien trouvés d'avoir bu les eaux, mais qui n'ont pas été se baigner." FLOYER l. c. p. 178. Commendantur tamen aquae Nennsdorfenses. v. BALDINGER'S Neues Magazin. 11. B. p. 218.

37) PANTHOT Ergo asthmaticis tabellae de sulphure Monsp. 1653. Nescio hinc, quomodo FLOYER dicere potuerit: „En général tous les remèdes sulphureux sont contraires aux asthmatiques.“ l. c. p. 179. et p. 258.

38) CELSUS ait (L. IV. C. 4.): „Prosunt etiam, quaecunque urinam movent.“ Et FR. HOFFMANNUS (T. III. Sect. II. C. 2.): „in statu cachectico, cui jungitur asthma, opem ferre deprehenduntur diuretica.“ Et FLOYER (l. c. p. 182.): „Il faut entretenir le ventre libre, faire couler l'urine en suffisante quantité, et procurer par l'exercice une sueur modérée.“ BAOLIVIVUS jam generatim monuit: „pluries adnotavimus in pectoris morbis semper ducendum esse ad vias urinales, natura id monstrante.“

39) Libra mellis c. s. q. aquae coquitur ad remanentiam librarum quatuor; infundatur tunc radix zingiberis ad drachmas tres, filtratur et frige facta tenetur

asthma miraculose debellavit 40). Item *coffea* 41).

C. asthmatis gastrici.

5. *Cura asthmatis gastrici:*

a. *Sub paroxysmo.* Juvat vomitum leniter ope aut *aquae benedictae* RULANDI 42), aut *aceti scillitici*, aut ejusdem oxymelitis cum oleo amygdalarum dulcium movere, superbibendo quid

in lagena vitrea epistomio munita. D. S. pro potu. FLOYER p. 196.

40) J. BAPT. DAVINI tract. de potu vini calidi. „Illustris vir prope sexagenarius, a pueritia tantam spirandi difficultatem per intervalla passus erat, ut ob eandem per plures menses lectum deserere non potuerit, donec suasu et consilio hujus medici, *vinum calidum* in prandio et coena sumpsit, cujus solius usu continuato, tantas vires successive acquisivit, ut ab omni asthmatis insultu immunis, itinera aliaque negotia, etiam tempore frigido obire potuerit.“ Cfr. Diss. VATERI (l. c.).

41) „*Infusion of coffee may be considered as medicinal in every species of asthma, except (plethorical).* BREE l. c. p. 256. In ipso paroxysmo exhibebat PRINGLE. Laudatur a PERCIVAL *Essays. P. I.* p. 269. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 3. B. p. 720. ARETAEUS semina urticae, amygdalas amaras, grana piperis tosta commendaverat.

42) RULAND Obs. Cent. I. Obs. 56. Cent. III. Obs. 96. Cent. V. Obs. 95. Dosis a drachma ad unciam. Auctor vocat panaceam asthmaticorum. RIVERIUS (Prax. Cap. de asthmate) non raro hoc solo remedio paroxysmum solutum esse confirmat.

quid aquae tepidae 43). Purgantibus locus non est 44).

b. *Sub libero intervallo.* Nisi peculiaris obstat contraindicatio, *emesis*, semel bisve de mense aut anno 45), ope aut radicis *cephaëlidis ipecacuanhae*, aut *oxymelitis scillae* excitanda 46). Absoluto vomitu *alvus movenda*, pro varia aegrorum conditione modo *blande*, e. c. per oleum ricini communis, electuarium lenitivum, aquam salinam amaram, modo per *acriora* 47), e. c. per folia cassiae sennae, radices convolvuli jalappae,

D d d 2 suc-

43) „*Il suffit de donner une once d'oxymel scillitique et autant d'huile d'amandes douces dans . . . de l'eau chaude. . . J'ai coutume d'avaler peu à peu environ une demie once de vinaigre scillitique tout pur.*“ FLOYER l. c. p. 156.

44) DE ST. YON Diss. non ergo in asthmatis paroxysmo purgandum. Paris. 1696.

45) „*On pourra réitérer ce vomitif une fois chaque mois dans les asthmes invétérés, lorsque les accès reviennent tous les dix jours ou environ, et une ou deux ou quatre fois par an dans les autres asthmes, dont les accès ne reviennent qu'une fois chaque année.*“ FLOYER l. c. p. 170.

46) SCHULZE Diss. aeger asthmaticus usu radicis scillae sublevatur. Hal. 1735. WAGNER ad WERLHOF Obs. de admirandis quibusdam scillae in pulvere exhibitae virtutibus. Lubec. 1737.

47) „*Je me souviens d'un asthmatique qui prit des pillules d'un charlatan qui lui procuraient vingt ou trente selles, et cela le soulagea beaucoup parce qu'il étoit sujet à l'hydropisie.*“ FLOYER l. c. p. 174.

succum cambogiae gummi guttae. Ad vires ventriculi instaurandas jam dudum commendata fuere *radices gentianae luteae, herbae cardui benedicti, erythrae centaurei, menianthes trifoliatae et semina sinapis nigrae* ⁴⁸⁾. Ut plurimum tamen plus a *resolventibus* quam a tonicis expectandum. Inter illa *urias ammoniac* antiquitus laude inclaruit ⁴⁹⁾. Dum plexus nervorum abdominalium in asthmate scenam ludunt, valdopere efficacem invenimus *oxydum zinci* ⁵⁰⁾. Et *oxydi bismuthi* virtus tentanda foret. Sub maxima ventriculi sensibilitate, aliis pharmacis incassum adhibitis, morbum debellavit *emulsio* sic dicta *arabica* ⁵¹⁾.

6. Cura

48) FLOYER l. c. p. 227. — Dr. HELM narrat, ducem militum BRODY a diurno et rebeli asthmate ope seminum sinapis nigrae ruditer contusorum bis de die per mensem ad cochlear coffeanum sumptorum liberatum fuisse (*Salzb. med. chirurg. Zeit.* 1819. N. 34. p. 157).

49) „Les anciens auteurs ordonnoient trois gros du sel ammoniac ordinaire dans trois verres d'hydromel.“ FLOYER l. c. p. 189.

50) Cum floribus zinci et moscho sanavi aegrum, de quo supra (LXI. N. 3 (61)). Cfr. WITHERS *Abh. von d. Engbrüstigkeit u. d. Heilkräften d. Zinkblumen.* Leipz. 1787. NUNN Diss. sistens observ. clinic. quarum ope florum zinci vires in morbis asthm. examinantur. Erf. 1791.

51) Pater meus Mediolani uxorem comitis KUEVENHÜLLER, asthmate laborantem per annos plurimos, incassum curaverat, cum fortuito istam emulsionem praescripse-

6. *Cura asthmatis nervi:*C. asth-
tis nervi.

a. *Sub paroxysmo, opium* sacram constituit anchoram ⁵²⁾; exhibetur *laudanum liquidum* SYDENHAM ⁵³⁾ cum *acidis* *). Nocent antispasmodica calefacientia ut castoreum, asa foetida et ammonia ⁵⁴⁾. Commendatur tamen *crocus* ⁵⁵⁾ et *moschus* ⁵⁶⁾. Inspirationem *gaz oxygenii* laudant BEDDOES ⁵⁷⁾ et FOURCROY ⁵⁸⁾, illa autem *aceti radi-*

rit, quae morbum extemplo fugavit. En formulam.
R. Gummi arabici unciam dimidiam. Amygdalarum dulcium excorticatarum Num. III. Sacchari albi drachmas duas. Terantur invicem et adde sub continua agitatione olei amygdalarum recenter expressi, quantum cum hac massa uniri potest. Posthinc affunde paulatim aquae uncias octo et cola.

52) WILLIS, FLOYER et quotidiana experientia.

53) A guttis decem ad quindecim cum aqua florum chamomillae.

*) E. c. cum nonnullis guttis *acidi sulphurosi* (Spiritus sulphureus per campanam). FLOYER l. c.

54) FLOYER l. c. p. 159.

55) „Qui (asthmaticus) potest sperare nihil, desperat nihil ubi desperatum, adhuc crocus solabitur.“ HER-
TODT l. c.

56) „LECCHIUS recommande pour les accès extrêmement violens, dix grains du safran et un grain de musc dans un petit verre de vin aromatique.“ FLOYER p. 167.
Cir. HUFELAND'S Journ. 1. B. p. 18. 9. B. 3. St.
p. 113.

57) „No sooner does it touch the lungs than the livid colour of the countenance disappears, the laborious respiration ceases.“

radicalis suadet apud DUNCAN ⁵⁸⁾. *Subfumigia* (quae Arabes ex arsenico instituere ausi sunt ⁶⁰⁾), nuper commendata fuere ex radicibus et petalis inferioribus *daturae stramonii* ⁶¹⁾, ex capitibus *papaveris albi* ⁶²⁾, ex *siliqua pistaciae tcrepintiac* ⁶³⁾. Attrahuntur per tubulos fictiles, alias fumo nicotianae dicatos. Proponuntur etiam *electricitas* ⁶⁴⁾ et *galvanismus*, laminâ unâ metallicâ tenui diametri duorum pollicum nuchae, alterâ epigastrio appositis, quae filis metallicis ductilibus, continuo super laminas agitatis, junguntur ⁶⁵⁾.

b. *Sub*

58) *Annales de chimie. T. IV.*

59) *Annals of med. T. III.* (Totus processus et vas describuntur).

60) AVICENNA teste.

61) *The Edinb. med. Journ. 1811. July. N. 27.* 1812. *Jul. N. 31.* et HUFELAND's *Journ. 1813. Febr. p. 82.* (Remedium in India orientali usitatum, ubi tamen, loco *daturae stramonii*, *datura ferox* et *fastuosa* adhibentur. Debet fumus et saliva inde imbuta deglutiri. Commendatur simul abstinentia a potu. Semel methodum hanc tentare volui, atvero aeger fatebatur, se nullum fumum tempore paroxysmi inspirare posse).

62) *The Edinb. med. and chir. Journ. 1814. January.*

63) Remedium populare Dalmaticum.

64) SIGAUD DE LA FOND *de l'electricité méd. p. 250.*

65) PHILIPP in *phil. Transact. 1817.* HUFELAND's *Journ. 1819. Novembr. p. 67.* *Bibl. univers. 1819. Mars p. 182.* Et ejusdem auctoris: *Experimental inquiry into the laws of the vital funct. Lond. 1818.*

b. *Sub libero intervallo*: sensibilitatis aegrorum ratio habenda. Si illa fuerit summa, quid *lac* valeat, tentandum ⁶⁶). Alias ab aquis *martialibus* levamen expectandum. Certior vero est virtus corticis *cinchonae officinalis* ⁶⁷), inprimis si asthma ad febres intermittentes spectet. Laudatur quoque tinctura *delphinii consolidae* ⁶⁸).
Sum-

66) Apud FLOYER hypotheses cum experientia dimicant, ubi ait (p. 177.): „*Le lait d'anesse et le lait ordinaire, rendent la lymphe trop visqueuse et ne peuvent convenir aux asthmatiques. Je connais cependant un asthmatique qui recommande l'eau laiteuse pour diminuer le gonflement au commencement de l'accès.*“

67) „... je remarque, qu'il diminue beaucoup les sueurs et les foiblesses qui accompagnent les accès, qu'il soulage beaucoup les maux de tête, et prolonge les intervalles des accès: mais il ne convient nullement le donner dans l'accès, car alors il gonfle prodigieusement l'estomac. FLOYER l. c. p. 193. Cfr. et p. 26. „Mense Junii 1789. puellam nobilem Ticinens. filiam marchionis BELEREDI tractavi, quae singulis diebus ad vespas ab asthma violento corripitur solebat. Huic igitur corticem peruvianum cum opio remistum porrexi, ac sanitatem perfectam restitui.“ (Ex schedis Patris mei). Laudatur cortex quoque in asthma a HEBERDENO (Comm. de morborum historia et curatione. C. 11.), a BANG (Act. soc. R. Havn. Vol. I. p. 109.), a RANOË (ib. Vol. 4. p. 269).

68) BLANCHARD in *the London med. reposit.* 1815. Vol. 3. v. *Gazette de santé.* 1815. Sept. (Paratur ex uncia una seminum contusorum, in dimidia mensura alcohol in-

Summus *Monarcha* ab asthmate, ope tincturae anodynae dispensatorii Londinensis ad drachmas sex, tincturae squillae marinae et aetheris sulphurici àâ drachma una, dosi cochlearis coffeani, liberatus fuit ⁶⁹⁾. Meretur tentari *viscum quercinum* ⁷⁰⁾, ac, si morbus ex spina proficiscitur, *chenopodium ambrosioides* ⁷¹⁾.

Alia auxi-
lia et ad-
versus
dyspnoe-
am com-
mendata,

7. In omni asthmate, multisque dyspnoeis, absente plethora, egregie inservit *gummi heraclei gummiferi* *) cum *aceto* ⁷²⁾ aut cum *mu-*
cila-

fusorum. Dosis a guttis viginti ad triginta, ter de die).

69) Cfr. Schedae Patris mei. Auctor formulae Dr. GRIFÆ.

70) Cfr. Cap. XIV. §. LXV.

71) HUFELAND'S *Journal*. 14. B. 2. St. p. 201.

*) „... cette gomme . . . détruit les engorgemens du poulmon, et rend la respiration plus libre, et dissipe les vents; elle produit de légères sucurs et fortifie les nerfs.“ FLOYER l. c. p. 185. Cfr. BANG in Act. R. soc. Havn. Vol. I. p. 10.

72) „Mais je trouve qu'il est nécessaire de suivre la méthode des anciens, qui consiste à corriger son amertume et son acreté par le vinaigre et qui la rend moins échauffante.“ R. Rad. Ammomi Zedoariae unciam unam. Coque cum libris duabus aquae usque colatura quartae partis, ac adde aceti vini uncias quatuor, in quo soluta fuit uncia una gummi ammoniaci; coletur iterum addendo uncias quatuor mellis, quae singula invicem ebulliant, despumentur et colentur. Cap. mane et vespere cochlearia tria per mensis curriculum. FLOYER l. c. p. 185.

cilagine gummi arabici porrectum ⁷³⁾. Adhiberi quoque solent *asa foetida* ⁷⁴⁾, *acidum benzoicum* ⁷⁵⁾, *bellis major* ⁷⁶⁾, *nicotiana* ⁷⁷⁾, *veratrum album* ⁷⁸⁾, *aqua picea* ⁷⁹⁾, *boletus suaveolens* ⁸⁰⁾, *faba St. Ignatii* ⁸¹⁾, *Strychnos nux*

73) R. Gummi ammoniaci drachmam un. Mucilaginis gummi arabici, syrupi simplicis ââ unciam un. M. assidue et affunde libram aquae. M. D. S. Omni tertia hora uncias duas. Hujus formulae ope inter alios judaeum ab orthopnoea liberavi, orthopnoea inquam, nam aeger jam secunda hebdomade, stare coactus erat, atque ut sese pedibus sustinere posset, funes duos parti superiori cubiculi firmaverat, illosque manibus amplectebatur.

74) Nil boni inde obtinui, quod et BREE (l. c. p. 227.) fatetur. Aliter sentit WOLFF in HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilk.* 18. B. 1. St. p. 36.

75) Flores benzoës drachm. semis, aquae veronicae uncias quatuor. Mellis sinceri uncias duas. S. Omni secunda hora cochleare semis. v. WENDT *Annalen* p. 74.

76) MINDERER *Medic. milit.* (in forma acetarii). FLOYER l. c. p. 252.

77) FANON Ergo asthmati humido nicotiana. Paris, 1700.

78) MÜLLER in HUFELAND's *Journ.* 12. B. 1. St. p. 164.

79) Cfr. Cap. X. §. XLVIII. N. 9 (52). Praesertim in dyspnoea mucosa in scorbuticis.

80) ENSLIN de bolcto suaveolente. Mannh. 1785.

81) STEIN *Diss. de faba St. Ignatii.* Erl. 1795.

nux vomica ⁸²⁾, *millepedes* ⁸³⁾, *radix ari maculati* ⁸⁴⁾.

CAPUT

- 82) HAHNEMANN in HUFELAND's *Journ.* 4. B. p. 75.
- 83) Panno laneo excepti in vinum immittantur et postea vinum illud bibatur. v. GALEN. L. VII. de comp. medicaminum. FELIX PLATER l. c. SCHENK L. II. Obs. DEODATUS in *Pantheo hygiastico* L. III. p. 140. LUDOV. MERCATUS de internorum morb. curat. L. II. C. 4. ROLFENCK *Epit.* p. 125.
- 84) DIOSCORIDES M. m. L. II. C. 197. GESSNER *Fränkische Samml. a. d. natürl. Arzneyk.* etc. 7. B. p. 315. (Extractum vinos. ex aequalibus partibus radicum et foliorum).
-

CAPUT XIV.

De tussi generatim et de catarrho pulmonum.

§. LXIV.

De tussi generatim.

1. **D**efiniri solet *tussis* ¹⁾ per sonoram ²⁾ Definitio. plus minus vehementem et brevissimis intervallis iteratam aëris, praevia plerumque magna inspiratione, attracti, e pulmonibus explosionem, quâ aeger, quod sibi molestum, est excutere studet.

2. De tussi in genere scripsere: PLANER ³⁾, ^{Literatura.} HIEROVIVS ⁴⁾, PAVIUS ⁵⁾, AUCHTER ⁶⁾, SCHOEN-FELD ⁷⁾,

1) GR. Βήξις et in plurali βήξεις (unde medicamenta adversus hanc affectionem vocantur bechica, βηχικά). Vocem latinam *tussis* nonnulli a sono, quem edunt tussientes, derivarunt, quatenus scilicet *u* sonum obtusiorum et *ss* sibilum exprimit. (BECMANNUS de origine latinae linguae). GERM. *Husten*. GALL. *La toux*. ANGL. *Cough*. ITAL. *Tosse*. ROSS. *Кашель*. POL. *Kaszel*.

2) Unde vulgare adagium; „quatuor celari non posse: ignem, scabiem, *tussim*, amorem.“

3) Diss. de tussi morbosa. Tub. 1590.

4) Diss. de natura et curatione tussis. Witcb. 1595.

FELD 7), WIDHOLZ 8), FABRICIUS 9), ZEIDLER 10),
 MERLET 11), LANGE 12), VOGLER 13), FRIESEN 14),
 HEIAND 15), LIMPRECHT 16), METZGER 17), WE-
 DEL 18), CRAUSIUS 19), THILE 20), EYSELIIUS 21),
 SPERLING 22), GOLL 23), HALLER 24), BÜCH-
 NER 25), BEDEKIND 26), STRACK 27), FINCK 28),

VAN

- 5) Diss. de tussi. Lugd. Bat. 1604.
- 6) Diss. de tussi. Basil. 1615.
- 7) Diss. de tussi. Lipsiae 1618.
- 8) Diss. de tussi. Basil. 1623.
- 9) Diss. de tussi. Rostoch. 1626.
- 10) Diss. de tussi. Lips. 1631.
- 11) Paradoxa de tussi. Paris. 1650.
- 12) Diss. de tussis natura et cura. Lips. 1655.
- 13) Diss. de tussi. Helmst. 1667.
- 14) Diss. de tussi. Lips. 1667.
- 15) Diss. de tussi. Giess. 1670.
- 16) Diss. de tussi. Lugd. Bat. 1675.
- 17) Diss. de tussi. Tub. 1676.
- 18) Diss. de tussi. Jenae 1678.
- 19) Diss. de tussi. Jenae 1678.
- 20) Diss. de tussi. Witeb. 1685.
- 21) Diss. de tussi. Erf. 1699.
- 22) Diss. de tussi. Witeb. 1708.
- 23) Diss. de tussi. Argent. 1710.
- 24) Diss. de tussi. Goett. 1749.
- 25) Diss. de tussi humida epidemica morb. praecavente.
Hal. 1763.
- 26) Diss. de tussi in genere et epidemica illa, quae hoc
anno saevit. Rintel. 1766.
- 27) Diss. de tussi. Mogunt. 1771.
- 28) Diss. de eo, quod tussi proprium est et commune.
Bamb. 1779.

VAN DER BILEN²⁹⁾, VERVEER³⁰⁾, NÜRNBERGER³¹⁾, ITTNER³²⁾, KECK³³⁾, TODE³⁴⁾.

3. Ad memoriam revocare juvabit, patholo- Divisio.
 gos dividere *tussim*: A) ex diversis, quibus in-
 gruit, *temporibus anni*, — in vernalem, aestivam,
 autumnalem et hyemalem; — B) ex *duratione*
 et recursu paroxysmorum, — in recentem, ha-
 bitualem, chronicam, periodicam, vagam; —
 C) ex *vi*, — in lenem, vehementem, suffocan-
 tem; — D) ex *exitu*, — in salutarem, noxiam,
 letalem; — E) ex *sputo* absente vel praesente —
 in siccam et humidam; hancque iterum pro
 varia *sputi qualitate* in sanguineam, purulentam,
 mixtam, serosam, mucosamve. Maximi vero mo-
 menti divisio tussis in illam, quae aliorum mor-
 borum *symptoma* est, et in illam, quae ut mor-
 bus *per se* occurrit.

4. De tussi aliorum morborum *symptomate* De tussi
aliorum
morbo-
rum sym-
ptomate.
 locuti sumus in tractatu de febre intermittente³⁵⁾, typho-

29) Diss. de tussi in genere. Lovan. 1785.

30) Theses de tussium varietate. Duisb. 1783.

31) Diss. Observationes super tussi. Viteb. 1783.

32) Diss. de tussi. Mogunt. 1784.

33) Diss. super tussi. Mogunt. 1784.

34) *Ueber den Schnupfen und Husten*. Kopenh. 1804.

35) P. I. Vol. I. C. II. §. XXII. 2. p. 12. §. XXIII. 3. p.
 16. In principe R. Vilnae observavi, ut Fr. HOFFMANN
 (Diss. de tussi convulsiva §. 21.): „vidi virum ter-
 tiana exquisita laborantem, qui quamdiu horrox fe-
 brilis durabat, immmani tussi vexabatur.“

typhode ³⁶⁾, gastrica ³⁷⁾, catarrhali, tum epodica, tum epidemica ³⁸⁾, inflammatoria ³⁹⁾, de morbillis ⁴⁰⁾ aliisque exanthematibus, de affectionibus spasmodicis vagis ⁴¹⁾, de croup, phthiis laryngea, tracheali et pulmonali, peripneumoniis, pneumonorrhagia, hydrothorace, asthmate, atque doctrinam multorum aliorum morborum tradendo, adhuc quaestionem instituemus.

De tussi, morbum per se constituyente. 5. *Tussis, morbum per se constituens, aut consensualis est aut idiopathica.*

De tussi consensualis. 6. *Tussis consensualis a caussis, in encephalo, nervis ex illo proficiscentibus, corde, vasis majoribus, visceribus abdominalibus et pelvi latentibus, originem trahit.*

Tussis ex encephalo. 7. *Tussis causa in cerebro quaerebatur ab ARISTOTELE ⁴²⁾, HIPPOCRATE ⁴³⁾, MONTANO ⁴⁴⁾; sed erroneo plane modo ⁴⁵⁾; quod VAN HEL-*

MONT

36) ib. Cap. IV. §. XL. §. 12. p. 156.

37) ibid. Cap. V. §. LX. §. 2. p. 236.

38) ibid. Cap. VI. §. LXV.

39) ibid. Cap. XII. §. LXIX. 2. p. 279.

40) P. I. Vol. II. Cap. XII.

41) P. II. Vol. I. Sect. II. C. XIV. §. LXX. 3 (86).

42) Lib. I. de generatione animalium. Cap. 3.

43) Lib. IV. de morbis.

44) Consil. 160. et 162.

45) Supponebatur nimirum, pituitam ex cerebro per carotides et jugulares ad venam cavam et cor defluere, aut roris instar per ossis cribriformis foramina ad nares, fauces, pulmones delabi.

MONT luculenter probavit⁴⁶⁾. Rem propius intellexerunt VESALIUS⁴⁷⁾, HILDANUS⁴⁸⁾, et MORGAGNI⁴⁹⁾, consensum nervorum incusando, per par scilicet vagum, quatenus agitur de cerebro, et per nervum sympatheticum maximum, quod spectat ad aures⁵¹⁾. Nervorum actioni et vis, quam animi pathemata, potissimum ira⁵²⁾ et
moe-

46) Libro inscripto *catarrhi deliramenta*.

47) Lib. I. C. 3. de human. corporis fabrica (Testatur de puella hydrocephalica, quae, quoties moveretur caput, tussi tentabatur molestissima).

48) Cent. I. Obs. chir. 4. (Testatur de globulo vitreo in aure latente, ac tussiculam excitante, atque sic observationem ARISTOTELIS in Problem. Sect. 32. quaest. 6. enarratam confirmat, nempe titillationem in auribus tussim excitare).

49) Op. c. ait: „tussis causam in capite esse posse, vel ex eo omnibus manifestum est, quod levem auditorii meatus ab auriscalpio irritationem saepius tussis sequitur: — Anatomicis quoque ea nota est, quae irritatis fit initiis nervorum, velut interdum in hydrocephalis.“

50) Meatus auditorius externus nervum auricularem seu temporalem superficiale posteriori accipit. Iste nervus ex ramo tertio quinti paris proficiscitur. Hujus paris ramus secundus, vidianus (ramus profundus), radicem nervi intercostalis seu sympathici magni largitur. Iste nervus ad plexum cardiacum, cum plexu pulmonali commercium alentem, formandum concurrat.

52) FORESTUS Lib. XXVIII. Obs. 13. SENNERT Lib. II. Part. 2. C. 2.

moeror⁵³⁾ in tussi excitanda exercent, tribuenda videtur. Quod tussis violenta subitaneam memoriae atque ratiocinii jacturam, nec non paralysin manuum et aliorum membrorum gignere valet⁵⁴⁾, quodque in phrenitide vehemens tussis superveniens saepe solvat malum⁵⁵⁾, nexum inter pulmones et cerebrum (certe non solis nervis adscribendus) magis magisque confirmat. Sic et effectus vesicatorii, atque ignis, cranio admotorum, adversus quasdam tusses rebelles⁵⁶⁾ notandus; ne dicamus de illis narcoticorum in genere.

S. Tus-

53) Novi juvenem feminam, quae, quoties moerore et zelotypia afficiebatur, in tussim, cum coqueluche multam similitudinem habentem, incidebat.

54) BAGLIVI Prax. med. L. I. §. I. de tussi praeeunte
 BOYLE *Considerat. touching the usefulness of experimental natural philosophy.* Oxford 1663. T. II. p. 372.
 Spectat huc quoque casus, ab ILLMERO descriptus, (Misc. Ac. N. C. Dec. I. a. I. p. 67.) viri scilicet, qui praegressa tussi febrili in singularem capitis dolorem inciderat, ac, sine febre, spatio quatuordecim dierum obiit, in cujus post mortem aperto capite, reperiuntur venae et arteriae meningum sanguine nigro turgentes, sub osse occipitis ulcus magnum, inque anterioribus cerebri ventriculis seri limpidissimi uncialae XII.

55) BOERHAAVE Aphor. 779.

56) HELIDAEUS A PADUANIS (qui suo tempore omnibus Italis palmam in praxi praeripiebat) prius *vesicatorium* jubet fieri super sutura coronali, si hoc non successe-

8. Tussim *dentitioni* comitem illamque emi-^{Tussis ex} cantibus dentibus sponte evanescentem, centies^{dentitio-} ne.

observavimus, observaruntque alii ⁵⁷).

9. Commemorantur calculi in *tonsillis* nati, ^{Tussis ex} unde tussis continua ⁵⁸). ^{tonsillis.}

10. *Ex ventriculo* tussim ortum trahere, ^{Tussis ex} suspicamur; si ea post pastum aut fortior eva- ^{stomacho.} dat aut sileat; si tussiendi stimulus ex epigastrio proficiscatur, si absoluto vomitu pro tempore saltem tussis evanescat, si aeger (ad infantes aut senes spectans) aliunde stomacho debili praeditus fuerit, vitamque otiosam duxerit, sique malum autumnali tempore obveniat. Nemo indolem tussis stomachicae melius intellexisse videtur FRIDERICO HOFFMANNO, ubi ait ⁵⁹): „atque hic affectus raro solus est, quin adjuncta habeat catarrhalia quaedam signa: unde aliqui a catarrhali decu-

rit, fieri jubet *cauterium actuale* eodem loco, parte ferro candente ustâ usque ad pericranium. „Etsi autem videri possit (sunt verba HELIDÆI), abominandum medicamentum, tamen tutissimum est, et sine noxa adhibetur, *cum etiam plurimos catarrhos ad thoraceni delabentes compescui.*“ (Consil. 80. Apud SCHOLZ).

57) ALBERTI Diss. de tussi infant. epidem. Hal. 1728. Cfr. P. III. Vol. I. Cap. de dentitione difficili.

58) LANG Epist. med. L. II., Epist. 58. (Vocat illum calculum gypseum, simillimum illis tophis, qui intra digitorum articulos chiragra laborantibus accidere solent). Cfr. etiam MARC. DONATUS L. IV. C. 30.

59) Diss. de tussi convulsiva, §. 21.

décubitu in postremarum faucium tunica, per oesophagum potissimum continuata, orificium ventriculi sinistrum ipsique proximas glandulas dorsales, simul intumescere, nervosque paris vagi, oesophagum ibi circumplexos, irritari, hoc vero ad pulmones, diaphragma et laryngem abeuntes ramos, in consensum trahere, existimant.“ Colligitur inde in tussi stomachali caute cum *emetiis* et *stimulantibus* (quatenus ad irritamentum potius augendum, quam imminuendum idoneis) incedendum esse. His adnumerantur auxilia in tussi stomachica laudata, nimirum radix tum *cephaëlidis ipecacuanhae* (cui nonnulla grana subcarbonatis potassae addi solent), tum *ari maculati*⁶⁰⁾; *vinum* cubitum eunti ad cochlearia duo, tria sumendum⁶¹⁾ et panis dissectus super prunis assatus, spiritu vini et aromatibus adpersus itidemque regioni epigastricae applicandus⁶²⁾.

T. ex intestinis.

11. Si perpendamus plexus nervorum mesentericos cum plexu coeliaco arctum commercium alere, ad huncque plexum formandum nervum pneumo-gastricum concurrere, tussim a *flatibus*⁶³⁾, *vermibus*⁶⁴⁾ aliisque intestinorum irrita-

60) Dosis a granis decem ad scrupulum. Huic pharmaco inprimis *pulvis stomachicus* BIRKMANNI suam virtutem debere videtur.

61) JUNKER Tabul. de tussi sub cautelis.

62) BAEUMBER *mitleidiger Arzt* p. 220.

63) FIENUS de flatibus. C. 9. HOLLENIUS de morbis internis.

irritationibus ⁶⁵⁾ excitari posse non mirabimur. Talis tussis in primis matutinis horis molestare solet. Fugatur carminativis, anthelminthicis, ecoproticis.

12. *Hepar* ob molem suam pulmonibus in-
fensum fieri posse, GALENUM ⁶⁶⁾ haud latuit. T. ex he-
pate.
Ipse, tussim ex hoc fonte (cui et nervorum con-
sensus addi debet) convenientem, rite magis
pro *tussiendi cupiditate*, quam pro tussi defini-
vit ⁶⁷⁾. Revera solet ea esse brevis et intersecta.
Interea tussim ex hepate et ex cystide fellea ⁶⁸⁾

E e e 2 pullu-

64) Exempla lege apud RONSEUM enarrat. in CELSI L. IV. C. 4. DONAT. ANT. AB ALTOMARE ex AETIO. MOEBIUM Epit. inst. med. FORESTUM L. XXI. Obs. 26. 36. MERCURIALEM de morbis puerorum. SENNERTUM tract. de infant. curat. part. 2. C. 23. MERCATUM L. II. de pueror. morb. C. 8. VAN DER BOSCH hist. constit. epid. verm. p. 243.

65) Refert HAENIUS tussim insuperabilem apud quosdam ortam esse, quibus intestina per annulum abdominalem egressa, suppurata et inguine aperto, excrementa cum pure dimittentia, aëri externo exponebantur. (Rat. med. T VII. C. 4. §. 23. p. 199).

66) „Jecinoris moles, ait, incidens praecordiis facit angustiam in praecordiis.“

67) „Quae tussis magis tussiendi cupiditas est, quam vera tussicula.“

68) Plusies calculum cysticum saevam tussim sociam habuisse vidi, descripseruntque WILLIS (de morb. convulsivis. C. XII. p. 14.), WILLIOM (Diss. de frequenti catarrhor. ex primis viis origine. Goett. 1776.) et STOLL (Rat. med. T. II. p. 366).

pullulantem etiam ferocem observavimus. Occurrit ea ut plurimum per intervalla praeprimis matutinis horis, atque cum sensu strangulationis. Elapso paroxysmo, nulla omnino respirandi difficultas relinqui solet. Obnoxii tali sunt praesertim homines laute viventes. Methodus medendi peculiari hepatis aut cystidis felleae morbo adaptanda. Saepe nobis radix tritici repentis, simul cum melle, addita parva salis cujusdam medii dosi, decocta profuit.

T. ex utero.

13. Amenorrhoea (forte rectius ea ipsa causa a qua menstrua supprimuntur) tussim haud raro excitat⁶⁹⁾. Exemplum habetur mulieris, quae quotiescunque maritus rem cum ea haberet, incurrebat tussim; quiescente vero marito ab actu venereo, quiescebat tussis⁷⁰⁾. Multis consuetum est, quo tempore utero gerunt, donec pariunt, vehementer et continuo tussire. Formidabilis ista *gravidarum tussis*, modo ab altiori foetus situ, modo (et frequentissime quidem) a plethora, modo a sensibilitate uteri, a foetu calcitrati, derivari solet. Debellatur haec tussis, aut saltem mitigatur *venae sectione* e brachio instituta⁷¹⁾, alvo ope *electuarii lenitivi* leniter laxata, exhibitoque,

69) FORESTUS L. XXVIII. Schol. Obs. 3. RODERICUS A CASTRO P. II. L. 3. SENNERT. L. IV. Part. 2. Sect. 5. C. 5.

70) PLATER Lib. III. Obs. p. 738.

71) Stupendos inde vidi effectus.

toque, si opus fuerit, grano uno alterove *extracti hyoscyami nigri* ad noctem. Tussis, nec puerperio parcat⁷²⁾.

14. Ex HIPPOCRATE⁷³⁾ intelligitur, quod T. ex testibus. tusses diuturnae aliquando cessent; superveniente testis tumore, vicissim vero testis tumor, exorta tussi levetur, quod recentiore etiam observatio-
ne⁷⁴⁾ confirmatur.

15. WHYTT⁷⁵⁾ de ancilla narrat, quae, quo- T. ab extremitati-
ties extremitates inferiores extra lectam pendulos bus infe-
habebat, a saeva tussi corripiebatur, illico ces-
sante, quoprimum crura in lectum retrahebat.

16. Quodsi dissitae partes tantum in pul- T. ex corde et vasis
mones exerceant imperium, ut diuturnas et sae- majori-
vas tusses excitare possent, quid non a *vicino* bus.
corde vasisque majoribus expectandum? Tussis
haec *cardiaca* seu *praecordialis*, senibus fami-
liaris,

72) Observavit HAENIUS pertinacissimam tussim in puerpera, quae tussis illico cessavit, dum corpus oblongum, quasi callosum per genitalia fuisset ejectum. (Rat. med. T. VII. p. 200).

73) Epid. Lib. II. Sect. 4.

74) Act. N. C. Cent. III. Obs. 83.

75) Works. edit. Edinb. 1768. p. 603. „... when she lay across the bed with her head supported by a pillow, and her legs hanging over, she was immediately attacked with the cough upon raising her legs, so as to bring them to a horizontal posture, the cough immediately ceased as soon as her legs were allowed to hang down again, the cough returned with its usual violence.“ p. 608.

liaris, ubi modica est, cum aegrorum levamine contingere, et dyspnoeas, veluti ventus nubes, fugare solet. Ubi vero saevit, sociam agnoscit, faciem lividam, sensum suffocationis in gutture, aphoniam, cordis motum abnormem ⁷⁶), copiosam mucii seu lymphae coagulabilis excretionem, aliaque symptomata alibi tradenda ⁷⁷).

T. ex pul-
mone.

17. Tussis directe ex pulmone ortum ducens, potest esse: A) *accidentalis*, v. gr. a mica panis, guttula aquae ridendo in tracheam illapsis, a risu, a clamore ⁷⁸), a motu ⁷⁹), ab acidis sumptis, a fumo, a pulvere tenui inspirato. B) *Simulata* ⁸⁰), videlicet ex libera determinatione et morali cujusdam impulsu. Sic tussiunt v. g. malitiosi homines coram iis, a quibus stipem rogant, ut misericordiam concitent, nec non comoedi, senis decrepiti personam agentes, aliique ut petum abscondant, vel ut sub larva tussis, dietam et medicamenta blennorrhoeae urethrali propria adhibere, morbumque realem celare possint, qui ideo *rheuma* quibusdam vocatur. C) *Laryngea et trachealis* seu *gutturalis*, ut in
rauce-

76) Jam apud HOLLERIUM (de morbis intern. ad C. 29. L. I.) legitur de aegro, qui tussi corripiebatur, dum cordis palpitatione laborabat.

77) In capitibus de vitiis cordis et aneurysmate aortae.

78) In tragoedis GALENUS L. VII. de loc. affect. C. 7.

79) Ex pilae lusu. MONTANUS Consil. 170.

80) STEIN diss. de tussi stomachali. SAUVAGES Morb. Cl. V. Gen. V. Spec. 5.

raucedine, sub initio croup, in phthysi laryngea, tracheali. D) *Haemoptoica* et *phthistica* ex tuberculis scilicet pulmonum, ex concrementis, phosphatem calcis continentibus, ex varicibus, ex metastasi, ex vomica atque E) *catarrhalis* et *coqueluche*, de quibus in specie.

§. LXV.

De catarrho pulmonum.

1. Tussis, sputa prius tenuia et mucosa, Definitio. serius crassiora et viscida largiens, ex affectione apyrectica membranae mucosae bronchia investientis, orta, nobis est *catarrhus pulmonum* ⁸¹).

2. Inter omnes de catarrhis scriptores ex-Literatucellit C. V. SCHNEIDER ⁸²). Laude praeterea plus ^{ra} minus digni sunt: ACORAMBONUS ⁸³), MEURER ⁸⁴), PAPARELLA ⁸⁵), FUMANELLUS ⁸⁶), BOTALLUS ⁸⁷),

SCHWEN-

81) A GR. *κατω*, deorsum, et *ῥέω*, fluo. (ex falsa idea quod pituita ex cerebro per foramina ossis ethmoidi ad nares, os, fauces vel pectus depluat). LAT. fluxus, defluxus, fluxio, destillatio. (CELSUS Medic. Lib. II. Cap. I.).

82) De catarrhis. Lib. VI. Witeb. 1660.

83) De catarrhis. Venet. 1536.

84) Diss. de catarrhis. Lips. 1540.

85) De catarrhis. L. II. Venet. 1556.

86) Sermo de rheumate seu distillatione. v. Opp. p. 181. Tig. 1557.

87) Comment. de catarrho. Lugd. 1565.

SCHWENZER ⁸⁸⁾, STUPANUS ⁸⁹⁾, MASBACHIUS ⁹⁰⁾,
 SEILLER ⁹¹⁾, MOEGLING ⁹²⁾, BEHMANER ⁹³⁾, LUCH-
 TENIUS ⁹⁴⁾, MOELLER ⁹⁵⁾, WOLFHART ⁹⁶⁾, LU-
 CIUS ⁹⁷⁾, HARTMANN ⁹⁸⁾, JUNGEMANN ⁹⁹⁾, SCHAL-
 LER ¹⁰⁰⁾, CERRAT ¹⁾, ECKART ²⁾, CLAUDINUS ³⁾,
 HEGGI ⁴⁾, PASCHETI ⁵⁾, COCUS ⁶⁾, SALZMANN ⁷⁾,
 SCHOENLIN ⁸⁾, VIGIER ⁹⁾, BORDINGI ¹⁰⁾, ET-
 SCHER ¹¹⁾,

88) Diss. de catarrho. Basil. 1583.

89) Diss. de catarrho. Basil. 1588.

90) Diss. de catarrho. Bas. 1589.

91) Diss. de catarrho. Fr. 1595.

92) Diss. de catarrho. Tub. 1599.

93) Diss. de fluxionibus in genere. Basil. 1602.

94) Diss. de catarrho. Helmst. 1603.

95) Diss. de catarrho. Fr. 1603.

96) Diss. de catarrhi natura ejusque curatione. Basil.
 1604.

97) Diss. de catarrhi nat. ejusque curat. Heidelb. 1608.

98) Diss. de natura catarrhi. Marb. 1610.

99) Diss. de catarrho. Giess. 1610.

100) Diss. de catarrho, broncho et coryza, morbis ple-
 rumque connexis. Bas. 1610.

1) Diss. de catarrhis. Basil. 1611.

2) Diss. de catarrhis. Basil. 1611.

3) Diss. de catarrhis. Bonon. 1612.

4) Diss. de catarrho. Basil. 1612.

5) Diss. de distillatione, catarrho vulgo dicta. Lib. III.
 Venet. 1615.

6) Diss. diagraphæ catarrhi. Basil. 1616.

7) Diss. de catarrho. Argent. 1620.

8) De catarrho. Aug. V. 1620.

9) Tractatus de catarrho. Genev. 1620.

10) Diss. de catarrho. Rostoch. 1623.

SCHER ¹¹⁾, FABRICIUS ¹²⁾, BRÜNNEMANN ¹³⁾, LAURENTIUS ¹⁴⁾, VAN DER MYE ¹⁵⁾, HEINTZIUS ¹⁶⁾, SENNERT ¹⁷⁾, FEST ¹⁸⁾, MAJUS ¹⁹⁾, ROLFINK ²⁰⁾, MICHAELIS ²¹⁾, BENZON ²²⁾, PAULI ²³⁾, COEPER ²⁴⁾, MEYER ²⁵⁾, WALAEUS ²⁶⁾, WENDT ²⁷⁾, TAPPIUS ²⁸⁾, SCHAT ²⁹⁾, MENJOTUS ³⁰⁾, AVENIUS ³¹⁾, HAINTZEL ³²⁾, LEPNER ³³⁾, POCCHIUS ³⁴⁾, FUHRSEN ³⁵⁾,

STRA-

- 11) Diss. de catarrho. Basil. 1623.
- 12) Diss. de catarrho. Rostoch. 1623.
- 13) Diss. de catarrho. Regiom. 1624.
- 14) Tractatus de catarrho. Genev. 1624.
- 15) Hist. medica de catarrho. Hagae 1624.
- 16) Diss. de catarrho. Lips. 1625.
- 17) Diss. de catarrho. Witeb. 1626.
- 18) Diss. de catarrho. Basil. 1628.
- 19) Diss. Catarrhismus. Witeb. 1630.
- 20) Diss. de catarrho narium. Jenae 1633.
- 21) Diss. de catarrho. Lips. 1634.
- 22) Diss. de catarrho. Basil. 1637.
- 23) Diss. de catarrho. Rostoch. 1637.
- 24) Diss. de catarrhis. Basil. 1643.
- 25) Diss. Catarrhologia. Argent. 1645.
- 26) Diss. de catarrho. Leidae 1646.
- 27) Diss. de catarrhis. Lugd. Bat. 1653.
- 28) Diss. de catarrho. Helmst. 1654.
- 29) Diss. de catarrho. Leid. 1660.
- 30) Diss. de catarrho. Paris. 1662.
- 31) Diss. de catarrho etc. Rostoch. 1663.
- 32) Diss. de catarrho. Argent. 1663.
- 33) Diss. de catarrho. Regiom. 1665.
- 34) Diss. de catarrho. Groning. 1665.
- 35) Diss. de catarrho. Leid. 1667.

STRACHELIN ³⁶), ALTHUSIUS ³⁷), HAMDIERER ³⁸),
 DE WITTE ³⁹), BARNSTORF ⁴⁰), ARCHIBALD ⁴¹),
 BECKER ⁴²), BOHN ⁴³), CRAANEN ⁴⁴), HEILAND ⁴⁵),
 ANDRÉE ⁴⁶), KEMBLE ⁴⁷), SCHELHASS ⁴⁸), ENG-
 RING ⁴⁹), REESEN ⁵⁰), SCHWELENBERG ⁵¹), FRANCK ⁵²),
 LEICHNER ⁵³), BRUNCK ⁵⁴), VATER ⁵⁵), WEDEL ⁵⁶),
 SCHEUNER ⁵⁷), MORASCH ⁵⁸), FISCHER ⁵⁹), MEIS-
 NER ⁶⁰),

- 36) Diss. de catarrho. Basil. 1668.
 37) Diss. de gravedine et catarrho. Leid. 1669.
 38) Diss. Catarrhologia. Argent. 1669.
 39) Diss. de catarrhis. Leid. 1669.
 40) Diss. de catarrho. Leid. 1672.
 41) Diss. de catarrho. Leid. 1674.
 42) Diss. de catarrhis. Leid. 1675.
 43) Diss. de catarrhis in genere. Lips. 1676.
 44) Diss. de catarrhis in genere. Lugd. Bat. 1676.
 45) Diss. de catarrho. Giess. 1677.
 46) Diss. de catarrhis. Fr. ad Viadr. 1678.
 47) Diss. de catarrho. Ultraj. 1680.
 48) Diss. aeger catarrhali defluxione laborans. Jen. 1680.
 49) Diss. de catarrho. Leid. 1685.
 50) Diss. de catarrho. Ultraj. 1686.
 51) Diss. de catarrhis. Leid. 1689.
 52) Diss. de catarrho. Altd. 1690.
 53) Diss. de catarrho. Erf. 1690.
 54) Diss. de catarrhis in genere. Basil. 1697.
 55) Diss. de catarrhis sive morb. ex seri sanguinis motu
 et decubitu pn. ortis. Witeb. 1701.
 56) Diss. de catarrho. Jen. 1701.
 57) De catarrhis. Eisleben. 1705. 8.
 58) Diss. de externis capit. morb. atque de catarrhis.
 Ingolst. 1719.

NER ⁶⁰), STENZEL ⁶¹), JUNCKER ⁶²), FORDICE ⁶³),
 CHANDLER ⁶⁴), ADOLPH ⁶⁵), VOGEL ⁶⁶), NANKI-
 VELL ⁶⁷), SARTORIUS ⁶⁸), GARDE ⁶⁹), SCHAZ-
 MAN ⁷⁰), BARROW ⁷¹), CRAMPTON ⁷²), CONZEN ⁷³),
 VAN ROSSUM ⁷⁴), PINCKARD ⁷⁵), GRAF ⁷⁶), REIL ⁷⁷),
 ACREL ⁷⁸), SEUFFERHELD ⁷⁹), BOEHMER ⁸⁰), HAART-
 MANN ⁸¹),

59) Diss. defluxionum catarrhalium cognitio et curatio.
 Erf. 1728.

60) Diss. de affectibus aut defluxionib. catarrhos. Prag.
 1731.

61) Diss. de catarrhis, asylo ignorantiae. Witeb. 1735.

62) Diss. de congestionibus vulgo catarrhis et rheuma-
 tismis. Hal. 1748.

63) Diss. de catarrho. Edinb. 1758.

64) *Treatise on the disease called a cold.* Lond. 1761.

65) Diss. de morbis catarrhalibus. Helmst. 1764.

66) Diss. de catarrho pharyngis. Goett. 1765.

67) Diss. de catarrho. Edinb. 1778.

68) Diss. de catarrho. Viennae 1781.

69) Diss. de catarrho. Edinb. 1782.

70) Diss. de defluxionibus serosis. Giess. 1782.

71) Diss. de catarrho. Edinb. 1785.

72) Diss. de catarrho. Lugd. Bat. 1785.

73) Diss. de catarrho, ejusdem variis speciebus et cura.
 Colon. 1787.

74) Diss. de catarrho et febre catarrhali benigna. Lo-
 van. 1787.

75) Diss. de catarrho. Edinb. 1792.

76) Diss. de catarrho. Duisb. 1795.

77) Diss. de catarrho. Hal. 1795.

78) Diss. de catarrho. Upsal. 1797.

79) Diss. de catarrhi cum rheumatismo affinitate. Erl.
 1800.

MANN ⁸¹⁾, HEGENWALD ⁸²⁾, LAROCHE ⁸³⁾, MONNIER ⁸⁴⁾, (LEBEAU ⁸⁵⁾ et egregii. opusculi auctor F. X. AB. HILDEBRAND ⁸⁶⁾.

Sympto-
mata.

3. Catarrhus bronchiorum vel a febre catarrhali exquisita relinquitur, vel per se orditur. Et tunc motus febriles, leves scilicet horrores, calores fugaces, dolores tum dorsi tum artuum tensivi, pungentes, et lassitudo, quin tamen pulsus aperto febrilis sit, scenam saepe aperiunt. Aegrotus de siccitate, titillatione, ardore vel in trachea vel in pectore conqueritur. Spiratio plus minus difficilis; tussis continua, initio sicca, dein cum sputo aquoso, salso, spumoso, striis hinc inde cruentis notato. Sub violento tussis conatu, interdum vomitus elicitur. Post aliquot dies, matutinis praesertim horis, sputa jam gradatim copiosiora, tenaciora, albescencia cum magno pectoris emolumento rejiciuntur; quo facto lenis transpiratio, aut sedimentum in urinis morbo finem imponunt. Alias malum ad mensem et ultra protrahitur, perseverantibus sputis tenaci-

80) Diss. de catarrho. Viteb. 1801.

81) Diss. aetiologiae catarrhi primae lineae. Abo. 1802.

82) Diss. de catarrho. Würzeb. 1809.

83) *Diss. sur le catarrhe pulmonaire.* Paris 1809.

84) *Recherches sur le catarrhe.* Paris 1809.

85) *Diss. sur le diagnostic du catarrhe pulmonaire.* Paris 1812.

86) *Diss. de catarrhis illisque subdolis et perniciosis.* Viennae 1812.

tenacibus, interdum in fila ductilibus. Nihilominus aeger neque dyspnoea laborat, neque emaciatur.

4. Pauci extant homines, qui in catarrhos Caussac. non forent proclives. Maxime tamen illis subjiciuntur infantes, pueri, adolescentes, et senes ⁸⁷⁾; porro feminae alique vitam sedentariam ducentes, venere exhausti, mutilati ⁸⁸⁾, convalescentes, imprimis ex morbis exanthematicis. Favet catarrhis maxime ver et autumnus, aestas et hyems et aestas ⁸⁹⁾. Catarrhus sporadicus excitatur a frigore aestuante corpore suscepto, illoque humido pedibus aut capiti ⁹⁰⁾ admisso. Catarrhus epidemicus suspicionem principii cujusdam occulti in aëre, aut contagii movet. Causam proximam catarrhi in irritatione membranae pituitariae bronchiorum, secretionem morbosam mucii.

87) HIPPOCRATES Aphor. Sect. III. Aph. 31. „Senibus spirandi difficultates et defluxiones cum tussi frequenter accidunt.

88) De morb. quibusdam comment. Auct. CLIFT. WINSTON TRINGHAM. Lond. 1782. N. 79.

89) RIEDLIN (Lin. med. a. 1669.) recenset de pistoris uxore, quae Sirio ardente semper vexata fuit a tussi, ingruente vero hyeme, tussis iterum remisit. „Et mihi talia exempla obvenerunt.

90) Ait CAROLUS PISO: „Adeo magnum frigus externum vim habet in ciendis fluxionibus, ut nunquam hyeme verticem capitis et suturam coronalem detegam, quin extemplo tussis oriatur.“ l. c.

muci largiente, locamus. Sedes praecipua morbi in glandulis, quibus illae membranae sca- tent, esse contenditur; ast demonstrari nequit. Verisimiliter universa membrana patitur, magis- que illud, ex quibus componitur, systema, quod pro varia aegrorum constitutione, aliunde ad morbum dispositum est; hinc glandulae in scro- phulosis, arteriae et venae in plethoricis et hae- morrhoidalibus, nervi in hominibus valde sensi- libus *).

Diagnosis. 5. *Catarrhus pulmonum* ob febris absentiam a *febris catarrhalibus* differt. Repetivimus illum ex *irritatione* membranae mucosae bron- chia investientis, sic a majori hujus irritationis gradu (*inflammatione*) a *bronchitide* scilicet tum *acuta* (peripneumonia notha), tum *chronica* (phthisis pituitosa) distinguitur. A *dyspnoea mu- cosa* catarrhus pulmonum, ob absentiam conspi- cuae respirationis difficultatis, discrepat. Catar- rhus pulmonum ab *aliis catarrhis*, imprimis ab illo narium (coryza), et laryngis (*brancho*) ratione tantum sedis differt; quod duobus Scholae Saler- nitanae versiculis testatur:

„ Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares esto coryza.“

Catarrhus pulmonum *complicatur* saepe non so- lum

*) Induit hoc in casu catarrhus indolem *convulsivam*, uti ex historiis morborum, ad calcem hujus capituli tradendis, elucet.

lum cum coryza et broncho, sed etiam cum catarrho tubi intestinalis.

6. Quamvis catarrhus pulmonum omni alio ^{Prognosis.} pessimus sit ⁹²⁾, interdum per annos protrahatur et artis conaminibus, antequam maturitatem adipiscatur, minime obtemperare solet ⁹³⁾; attamen dummodo aeger aliunde sanus fuerit et vegetus ⁹⁴⁾, debitoque regimini sese submittat, periculi ille plane expers est. Secus autem sub contraria rerum positione, uti tractatus de bronchitide, pneumonorrhagia et phthisi pulmonali abunde docent. Ex violenta tandem tussi gigni possunt abortus ⁹⁸⁾, herniae ⁹⁹⁾, dolor scroti ¹⁰⁰⁾, urinaeque involuntarium profluvium *).

7. Ca-

92) „Si ex capite ad nares destillat humor, leve est; si in fauces pejus, si vero in pulmones pessimum est.“

CELSI med. Lib. IV.

93) Vulgus in Germania affirmat catarrhū, medico curante, mensem cum dimidio; sola natura operante, sex hebdomades durare.

94) VALESCUS DE TARANTA, epidemice a. 1387. Saeviente catarrho, omnes fere decrepitos succubuisse observavit. v. HILDEBRAND l. c. p. 4.

98) MERCATUS Lib. III C. 15. de steril. et praegnant. affectibus. Rarius vero abortum a catarrhis ortum vidi, quam ex vehementia tussis expectassem.

99) Saltem in praedisposito.

100) PLATER (Lib. I. Obs. p. 204.) de viro refert, qui quoties tussiret, lancinantem in scroto circa vasa seminalia dolorem sentiebat.

*) Praesertim in feminis, quae pluries pepererunt.

Cura. III 7. Catarrhus ut febris catarrhalis, curatur 2); tamen utpote febre destitutus, ille regimen minus severum exposcit. Tribus primis diebus exceptis, si aer temperatus sit, aeger neque dormianere, neque lecto se committere debet. Regimen enim refrigerans in catarrho recenti et in hominibus vegetis, conducit 3). Nec ut aeger a carne plane absterneat, requiritur. Alcohol tamen prohibendus, ita et vinum, nisi forte in provectiori malo 4). Sermocinatio protracta, imprimis alta voce, evitanda. Evitanda et pharmaca. Multum vero favemus auxiliis domesticis. Spectant huc: vitellus ovorum, cum saccharo cando et infuso quodam theato 5); — pomum excavatum et melle rosato repletum, supra prunas assatum et cochleatim commestum; — cepa elixa sub cineribus cum butyro et saccharo devorata; — ficus in aqua vitae madefactus, undique accensus,

2) P. I. Vol. I. C. VI. §. LXVI.

3) Ne dicam de CELSO L. I. C. 5. et CAELIO AURELIANO, quorum ille, perfusionem capitis frigidam, alter applicationem spongiae aqua frigida imbutae ad laryngem et thoracem suaserunt, legatur DE MONETA *Abhandlung, dafs die Kalte u. das kalte Wasser in Catarrhalkrankheiten die besten Hülfsmittel sind. Warschau 1776.*

4) ASCLEPIADES, THEMISON, aliique vinum in catarrho chronico non prohibebant, sed suadebant. v. PALLU non ergo, vinum album, catarrho nocet. Paris. 1644.

5) *Lait de poule.*

ac tostus commestus; — bolus ex butyro recenti et saccharo ⁶⁾; — decoctum raparum cum saccharo cando et butyro vel oleo amygdalarum dulcium; — radix althaeae ad uncias tres in libra floris lactis cocta, ut colaturae per cribrum addantur sacchari candidi unciae tres et tempore tussis vehementis cochleare sumatur; — amyllum ad unciam unam cum lacte ad pultis formam coctum, additis butyri recentis et sacchari unciis tribus. Inter *pharmaca* praesto sunt: *linctus*, imprimis oleosi; — et *ptisana* ex hordeo mundato, melle virgineo et nitro parata. — Si *character* regnans morborum fuerit *inflammatorius*, aeger robustus, plethoricus, tussis vehemens, dolor pectoris aliquis, *phlebotomia* (ex pede, dum aeger est haemorrhoidarius) non negligenda. Obvenientibus *symptomatibus gastricis*, cave ne mature nimis ad emeticum aut ad purgantia confugas, ne membrana mucosa oesophagi, ventriculi et intestinorum magis adhuc irritetur. Leniunt tali in casu symptomata gastrica (ne dicamus de venae sectione, caeterum indicata), hirudines copiosae regioni epigastricae et abdomini applicitae. Sedata sic prius irritatione tubi alimentarii, dein mucus illum inundans, vel ope *radicis ipecacuanhae* sursum ⁷⁾,

6) BAGLIVI l. c. ait: „Boli ex butyro recenti cum saccharo mixti, et vespere sumti, vehementissimas tusses catarrhales demulcent.“

sum 7), vel ope solutionis mannae, tartratis potassae et sodae deorsum, evacuari potest. Catarrho rebeli reddito, *emplastro de pice Burgundica* intra scapulas, aut illud *vesicatorii* ad pectus, nec non diapnoicum, ante cubitum porrectum 8), conducunt. Tussi somnum impediēte, versus noctem exhibetur aut *theriaca veneta* 9), aut *pulvis Doveri* 10), aut *extractum hyoseyami* 11), quorum omnium virtutem antecellit saepius jam laudata *massa pilularum de cynoglosso*. Si usus istiusmodi narcoticorum sputorum rejectionem reprimeret, illa, ope *oxymelitis scillae* 12), vel *sulphuris aurati antimonii* 13), vel radicis *cephaëlidis ipecacuanhae* 14) sollicitanda.

Et

7) Ergo fluxioni a capite vomitus nonnunquam utilis. Paris. 1669.

8) Dum diaphoresin movere studeo, aegro prius lecto commisso, illi unica vice unciam liquoris aceratis ammoniae cum aequali portione roob sambuci in vasculo infusi cujusdam theati, exhibere soleo.

9) Adulto a scrupulo ad drachmam semis. Cfr. АГРХКТТ an catarrhis epidem. theriaca. Paris. 1733.

10) Adulto, ad grana quatuor, sex; aut, pulveris opii, radicis ipecacuanhae ââ granum unum. Sacchari grana quinque. M. D. Cap. hora somni.

11) Adulto a grano uno ad grana tria.

12) Oxymelitis scillae, mucilaginis gummi Arab. ââ unciam un. Capiat saepius cochlear coffeanum.

13) A grano semis ad granum integrum pro dosi.

14) A grano dimidio ad granum unum pro dosi.

Et *inhalatio vaporum*, ut alibi indicavimus ¹⁵⁾, locum obtinet. Quodsi catarrhus in corpore *arthritico* sedem figeret, non modo transpirationi, sed et urinae ope *decocti*, aut *stipitum solani dulcameræ*, aut radicum vel *smilacis sassaparillæ* ¹⁶⁾, vel *polygalæ senegæ* ¹⁷⁾, vel *rubiae tinctorum* ¹⁸⁾ prospiciendum foret; non neglectis *pediluviiis*, *maniluviiis* ¹⁹⁾ aliisque irritamentis externis. *Tussi*, veluti *convulsiva* redditâ, prosunt *hyoscyamus*, *spiritus cornu cervi* ²⁰⁾, *opium* inprimis *cum moscho* et *sulphure aurato antimonii* ²¹⁾ maxime vero *viscum quercinum* ²²⁾:

Fff 2

15) Cap. VIII. §. XXXVI. N. 2.

16) RANOË in Act. soc. med. Havn. Vol. IV. p. 273.

17) RANOË l. c. Vol. III. p. 370.

18) MARX Obs. med. p. 23. Exhibere soleo aut decoctum ex radicis uncia semis ad libram un. aquae; aut R. Extracti radicis rubiae tinctorum drachm. unam. Mucilaginis gummi Arabici, syrupi papaveris rhoeados ââ unciam un. Aquae florum tiliae uncias sex. M. D. S. Capiat omni secunda hora cochlearia duo. Profruit inprimis in catarrhis neglectis feminarum, amenorrhoea simul laborantium.

19) CAMERARIUS memorab. Cent. XIII. N. 64.

20) Ait BAGLIVIVS l. c. „Spiritus cornu cervi contra tusses vehementissimas, mirabilis est.“ Cfr. „BAYLE de utilitate pharmacorum natur. f. 348.“

21) R. pulveris sulphuris aurati antimonii grana octo. Moschi grana quatuor, opii grana duo. Sacchari drachm. un. Misce. Divide in sedecim part. aequ. S. Cap. omni tertia hora pulverem:

22) Dië

22) Die 21. Januar. a. 1821. a D. Doct. BARANKIEWICZ pro ancilla sexdecim annorum, conspicuae cujusdam familiae Vilmensis famula, in consilium vocatus fui. Ancilla haec robusta, riteque menstruata, si excipias nonnullas affectiones catarrhales a. 1819. perpessus sanissimam vitam duxit, cum hac ipsa, quam indicavi, die horis matutinis in sacvissimam, sonoram, ac adeo continuam tussim incidit, ut nec verbum proferre nec guttam deglutire potuerit. Potus enim, vix ore ingestus, regurgitabatur. Erat praeterea respiratio anhelosa, brevis, anxiosa, suffocativa et aegra de pectoris dolore conquerebatur. Pulsus erat frequens, vix perceptibilis. Calor cutis normalis. Venae sectio, hirudines ad pectus, hyoscyamus, opium, et calomel, jam sine successu praescripta fuere. Cum discipulis meis tam rarum, mihi nunquam tali in gradu antea visum, tussis exemplum offerre voluerim; aegram illico ad clinicum suscepti, ubi mox emulsio ex seminibus hyoscyami, vesicatorium inter scapulas et pediluvium praescribebantur. Postridie praevio placido somno tussim plane sedatam, respirationem et pulsum normalem invenimus. Die 23 ad vespertas, en novum mali insultum priori similem, praeterquam quod tussis, quae prius diciota erat, nunc triplex evadebat, nimirum quaevis aëris explosio veluti per triplicem nisum absolvebatur. Praeterea caput graviter dolebat. Continnavi in usu hyoscyami, repetii pediluvium et exhibui diapnoicum. Noctu sudavit, dormivit ac altero mane bene valebat. Expetiit tunc exitum, quem impedire non licuit. Vix domum redux morbus recruduit. Varia tunc pharmaca et anthelmintica, et antispasmodica, incassum adhibebantur. Interea Dr. LIBOSCHITZ, medicus expertus de hoc singulari morbo loqui audivit. „Recordor me, inquit, ante quadraginta

draginta circiter annos, similem habuisse casum. Per tres menses aegram sine successu curavi. Querelas tunc coram pharmacopola MÜLLER faciens, iste aiebat, et cur non praescribis viscum quercinum? Medicus Italus quondam Vilnae degens, rebelles tusses hujus pharmaci ope sanavit. Praescripsi et extemplo profligata fuit tussis. Suadcrem hinc idem remedium aegrae, de qua agitur. "Exhibetur a Dr. BARANKIEWICZ, et ecce, tussis illico cessat, non reditura. — Inquirens denique ego circa usum visci quercini in tussi invenni BAGLIVUM dicentem (l. c.). „In tussi convulsiva infantum decoctio ex musco arboreo praesentim a quercu pendente, *omnium praestantissima est*, ut nos experti sumus monente WILLISIO: valet quoque in aliis morbis convulsivis." — Die 14. Octobr. coqua, viginti annorum nata, hysterica, post cursum sub temperie frigida humidaque exantlatum, sudoreque madida, cubiculum intrat, ac veluti exanimis humum prostermitur. Succurrunt adstantes ope aquae frigidae. Excitatur sic ancilla, atvero vix excitata, in febrem incidit catarrhalem. Tertio die morbi secatur vena. Mitigatur inde febris, sed tussis adeo invalescit, ut illi, supra descriptae, plane fiat similis. Suscipitur aegra die quinta morbi ad clinicum, praescribunturque emulsio ex seminibus hyoscyami, pediluvium et clyster. Noctu per unam alteramve horam quievit; sed mane tussis ferocior quam nunquam, recrudescit. Verba nonnisi intersecta proferuntur. Dum aegra profunde inspirare tentat, tussis acmen attingit, ac speciem sternutationis excitat. Difficulter quidem momentum pro deglutitione aegra invenit, sed deglutitio, quo primum locum habere potest, levamen affert, tussimque pro tempore lenit. Febris plane nulla. Pulsus normalis. Manus frigent. Decubitus undique

conces-

concessus. Saevus autem dolor ab epigastrio secundum sterni medietatem decurrit, ac guttur attingit. Dolet quoque frons. Illico ad *pulverem visci quercui*, secunda quavis hora ad scrupulum exhibendum, superbibendo vasculum *decocti saturati ejusdem visci*, confugio, ac tali cum effectu, ut tussis illico veluti per incantamentum cessaverit, reliquaque mala remiserint, ita ut aegra post septem dies perfecte sanata domum redire potuerit.

CAPUT

CAPUT XV.

D e C o q u e l u c h e .

§. LXVI.

Definitio. Nominis notio. Literatura.

1. **T**ussis, ut plurimum epidemice inter Definitio. infantes, regnans, contagiosa, instar febris catarthalis incipiens, rediensque dein per paroxysmos, stipatos pertinaci ac repetito expirandi conatu, et inspiratione ad tempus longum protracta, cum peculiari eoque acuto ejulatu ac suffocationis periculo, facie lividâ redditâ vomituque saepe excitato, *coqueluche* dicitur.

2. Vocem vulgarem *coqueluche*, quamvis ^{Nominis ratio.} sensu destitutam ¹⁾, omni alii etsi docto nomini anteponimus, propterea quod universe recepta est ²⁾, et nulli ideae erroneae alligatur. In ea nempo

1) Vix enim putarem, nomen *coqueluche* provenire aut a *cuculionibus*, quibus dolentia aegrotulorum hac tussi laborantium capita involvi solebant (SCHENK in praefat. et Lib. VI. p. 767.), aut a *syrupo papaveris rhoeados* (vulgo *coquelicot*), adversus hunc morbum cum fructu adhibitum (PARÉ *Livr. XXII. Ch. 5. p. 530*).

2) In dieb̄ saltem variae nationes magis magisque nomen

nempe versamur opinione, solum epitheton *convulsivae*, huic, de qua agitur, tussi impertitum, quatenus vulgus medicorum ad usum pharmacorum antispasmodicorum indistincte invitat, causam interitus non unius infantis stitisse. Porro, si convulsiva illa dicenda est tussis, quae ex stimulo nervis illato ortum trahit, tale epitheton multis aliis tussis speciebus 3) convenit. Sicuti autem nomen *tussis convulsivae* abusui antispasmodicorum viam sternit, ita nomen *tussis stomachicae* illi emeticorum. Nec aliorum nominum, quibus coqueluche insignita fuit, selectus felix dici potest. *Pertussis* enim nil aliud quam tussim diuturnam, rebellem significat, quarum praeter coqueluche plurima sane exstant exempla. *Clangosa* haec tussis non est, nam sonus peculiaris, de quo supra mentio injecta est, ad inspirationem non ad tussim spectat. Nomina *tussis strangulatoriae* seu *infanticidae*, terrorem incu-

coqueluche nominibus ex vernaculo idiomate desumptis substituere solent. Haec sunt: GERM. *Krampf-Husten*, *Brech-Husten*, *Blauer-Husten*, *Schaf-Husten*, *Keich-Husten*, *Kick-Husten*, *Stick-Husten*. GALL. *Coqueluche*, *toux quinteuse*, *architoux des enfans*. ITAL. *Pertosse*, *mal del castrone*, *tosse fiera*, *asinina*, *canina*, *convulsiva*. ANGL. *Chin-cough*, *Kink-cough*, *Hooping-cough*, *Whooping-cough*. ROSS. КОКЛЮШЬ. POL. *Koklusz*.

3) Cap. XIV. §. LXIV. N. 6.

incutiunt, illa *tussis ferinae* et *quintae* nimis metaphoram 4) redolent.

3. Vetères sub nominibus *tussis delassantis* 5), *suffocantis* 6), *ferinae* 7) saevas descripsisse tusses, concedimus; dubitamus autem hujusmodi tusses ad infantilem istam et epidemicam, quam coqueluche vocamus, pertinuisse 8). Hujus prima vestigia in GALLIA initio seculi XVI. obvenisse, ex operibus MEZERAY 9), COYTARI 10), PASQUIER 11) et VALLERIOLOE 12) demonstrat SPRENGELIUS 13). Eodem seculo versus finem vergente eundem morbum et Italiam devastasse, ex MARCELLO DONATO 14), SALIO DIVERSO 15), WYERO 16), CAPIVACCO 17) idem doctus
vir

4) *Tussis quinta*, „quia sicuti quinta essentia est erutu difficilis, ita haec tussis curatu difficillima.“ SCHENK Lib. II. p. 237.

5) κοπιώδης.

6) πυγμώδης.

7) Σηριώδης.

8) Haec quoque est opinio ASTRUC, WATT aliorumque.

9) *Abrégé chronologique de l'histoire de la France. Vol. 2.* p. 396. Paris 1690.

10) *De febre purpura epidemica.* C. 2. p. 6.

11) *Recherches de la France. L. 4. Ch. 25.* p. 635. Paris 1607.

12) *Loc. comm. append.* p. 50. 51. Lugd. 1604.

13) *Versuch e. pragmat. Geschichte d. Heilkunde. 3. Th.* p. 103 — 107.

14) *De hist. mirab. med.* Fol. 309. b.

15) *De febr. pestil.* C. 11. p. 60. Frcf. 1586.

vir probare conatur. Atvero, si res ita se habet, mirum est duos egregios ejusdem aevi de morbis infantilibus scriptores MERCURIALEM¹⁸⁾ videlicet et TRUNCONIUM¹⁹⁾, de tussi quidem in genere, sed neutiquam de coqueluche locutos esse. Utut sit, seriores hujus morbi, in dies sese magis magisque se extendentis²⁰⁾, descriptiones inveniuntur apud ALBERTI²¹⁾, HOFFMANN²²⁾, SHICKARDT²³⁾, FORBES²⁴⁾, GELLER²⁵⁾, EBELING²⁶⁾, MELLIN²⁷⁾, HABLA²⁸⁾, KIRKLAND²⁹⁾, HOLDEFREIND³⁰⁾, STRACK³¹⁾, GREST³²⁾, SAVOYE³³⁾, BUTTER³⁴⁾, NÜRNBERGER³⁵⁾, HABERLER³⁶⁾, KACHLER³⁷⁾,

16) Opp. edit. Amstel. 1660. Obs. L. II. C. 3. p. 978.

17) Opp. Venet. 1606. epistol. 3. p. 868.

18) De puerorum morbis. Lib. II.

19) De puerorum custodienda sanitate. Florent. 1593.

20) PENADA l. citando p. 6.

21) Diss. de tussi infantum epidemica. Hal. 1728.

22) Diss. de tussi convulsiva. Hal. 1732.

23) *Vom Keichhusten.* Stuttg. 1754.

24) Diss. de tussi convulsiva. Edinb. 1755.

25) *Scrutinium physico-medicum de tussi infantum epidemica convulsiva.* Rostoch. 1763.

26) Diss. de tussi infantum convulsiva. Goett. 1768.

27) *Von d. Keichhusten d. Kinder.* Fr. u. Leipz. 1770.

28) Diss. de tussi convulsiva infantum. Vindob. 1772.

29) Diss. de pertussi. Edinb. 1772.

30) *Vom epidem. Stickhusten d. Kinder.* Helmst. 1776.

31) Diss. de tussi convulsiva. Mogunt. 1777.

32) Diss. de tussi convulsiva. Argent. 1778.

33) Diss. de tussi convulsiva. Vienn. 1780.

34) *Abhandlung von dem Keichhusten.* Stendal 1782.

LER ³⁷), FAIRTLOUGH ³⁸), GALLAY ³⁹), KREVET ⁴⁰),
 TODE ⁴¹), HARDING ⁴²), HASTER ⁴³), HART-
 MANN ⁴⁴), KLINGER ⁴⁵), WOOD ⁴⁶), MELZER ⁴⁷),
 VEIZHANS ⁴⁸), DANZ ⁴⁹), HALLS ⁵⁰), HARRISON ⁵¹),
 DE HAGEN ⁵²), BOEHMER ⁵³), CALLENAU ⁵⁴), JO-
 NES ⁵⁵), ENGELHART ⁵⁶), FRANCKE ⁵⁷), KREYSIG ⁵⁸),
 BEI-

- 35) Diss. de pertussi. Witeb. 1783.
 36) Diss. de tussi convulsiva epidemica. Marb. 1784.
 37) Epist. adversaria de tussi convulsiva et variol. Erl:
 1784.
 38) Diss. de pertussi. Edinb. 1785.
 39) Diss. de tussi convulsiva. Ediub. 1785.
 40) Diss. de tussi convulsiva infantum. L. B. 1785.
 41) Diss. de tussi convulsiva. Hafn. 1786.
 42) Diss. de pertussi. Edinb. 1789.
 43) *Abhandlung über d. Keichhusten. Landshut. 1789.*
 44) Diss. de tussi convulsiva. Francof. 1790.
 45) *Etwas über d. Keichhusten. Gött. 1790.*
 46) Diss. de pertussi. Edinb. 1790.
 47) *Abhandlung von d. Keichhusten. Petersb. 1791.*
 48) Diss. de tussi convulsiva infantum. Stuttg. 1791.
 49) *Versuch einer allgemeinen Geschichte d. Keichhustens.*
Marb. 1791.
 50) Diss. de pertussi. Edinb. 1793.
 51) Diss. de pertussi. Goett. 1793.
 52) Diss. de tussi convulsiva. Mogunt. 1794.
 53) Diss. de tussi convulsiva. Viteb. 1795.
 54) Diss. de tussi convulsiva. Edinb. 1795.
 55) *Observat. on the whooping-cough. Lond. 1755.*
 56) Diss. de pertussi. Lundae 1797.
 57) Diss. de tussi convulsiva per totum fere an. 1796.
 Erfordiae grassante. Erford. 1797.

BEIREIS ⁵⁹), KÜNZEI. ⁶⁰), MACARTAN ⁶¹), KAPP ⁶²),
 PALDAMUS ⁶³), SACKENREUTER ⁶⁴), STOLLE ⁶⁵),
 WITTSTOCK ⁶⁶), JAHN ⁶⁷), LANDO ⁶⁸), SEILER ⁶⁹),
 BOURDET ⁷⁰), VAN DER HEYDEN ⁷¹), GALLERAND ⁷²),
 CLOSSIUS *), WATT ⁷³), GARDIEN ⁷⁴), PENADA ⁷⁵),

MAR-

58) Diss. de tussi convulsiva et asthmate acuto infantum Millari. Viteb. 1798.

59) Diss. de tussi convellente epidemica et contagiosa. Helmst. 1801.

60) Diss. de tussis convulsivae causa. Goett. 1801.

61) *Diss. sur la coqueluche et le croup.* Paris 1804.

62) Diss. de tussi ferina. Erl. 1805.

63) *Der Stiekhusten.* Halle 1805.

64) Diss. de tussi ferina. Erlang. 1805.

65) Diss. de tussi convulsiva. Wurceb. 1805.

66) Diss. de pertussis natura atque medendi methodo. Goett. 1805.

67) *Ueber den Keichhusten.* Rudolst. 1808.

68) *Memoria sulla tosse convulsiva che a regnata epidemica in Genova, nell' anno 1806.* Genova 1809.

69) Diss. de tussi convulsiva. Viteb. 1810.

70) *Diss. sur la coqueluche.* Paris 1812.

71) *Diss. sur la coqueluche.* Paris 1812.

72) *Essai sur la toux convulsive des enfans.* Paris 1812.

*) *Etwas über d. Quelle, d. Sitz, d. Eigenthümlichkeiten u. Heilmethode d. Keich- oder Blauenhustens d. Kinder.* Hadamar 1813.

73) *Treatise on the history, nature and treatment of chin-cough; including a variety of cas. and dissect.* Lond. 1813.

74) *Diction. des sc. méd. T. 6. p. 313.* Paris 1813.

75) *Mem. cui fu aggiudicato l'accessit dallà soc. Ital. delle sc. nel 29, Novembr. 1814.* Verona 1815.

MARCUS ⁷⁶), KOCHLER ⁷⁷), ne dicamus de auctoribus morbos infantiles generatim illustrantibus ⁷⁸).

§. LXVII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. Coqueluche *tria stadia* exhibet, quorum ^{Symptomata.} quodvis propriis insignitur symptomatibus. Haec stadia sunt, *invasionis*, *acmes* et *declinationis*. *Stadium invasionis* refert febrem catarrhalem idoque a multis *catarrhale* dicitur. Infans morosus, horret vicissim et calet. Pulsus fit frequens, duriusculus, oculi splendorem amittunt, lacrymis innatant, nares occluduntur, occurrunt sternutatio, vox rauca, tussis sicca, parum tamen molesta. Dejicitur simul ciborum desiderium, ac somnus irrequietus evadit. Septimo morbi die, raro citius, saepe tardius, febris, sine evidenti evacuatione, eadem ratione decrescit atque cessat, qua tussis invalescit ac peculiarem characterem induit. *Stadium acmes*. Praeviis enim ingrato ad epigastrium sensu, titillatione ad guttur, et angustia pectoris, tussiendi percipitur nisus, cui succedit illico exspiratio repetitis con-

76) *Der Keichhusten, über seine Erkenntnifs, Natur und Behandlung.* Leipz. 1816.

77) *De sede et natura tussis convulsivae.* Prag. 1818.

78) P. I. Vol. I. §. IX. N. 5. Praesertim relate ad coqueluche laude digni sunt STORCH, ROSENSTEIN et HENKE.

naminihus singultim absoluta. Thorace sic vehementer contracto et diaphragmate sursum pulso, pulmones in angustum spatium premuntur. Deficit inde strepitus, quem aegrotulus ope inspirationis profundae diuque protractae, anxie haurire conatur. Ast huic inspirandi conamini tum impotentia pectus dilatandi, tum constrictio laryngis obstant. Infantes quidem majores, ut pectus facilius dilatare possint, fulcrum, seu punctum fixum quaerunt, ideoque caput muro, aut manus mensae innituntur, atque corpusculum calcitrando concutiunt; verum sine conspicuo levamine. Ex constrictione gutturis fit, ut aër, per angustam glottidis rimam attractus, sonum acutum, seu potius ejulatum sui generis excitet, qui falso cum voce asini, aut galli comparatus fuit. Aër vix tanta cum difficultate inspiratus, jam iterum repetitis conaminibus singultim expellitur; sicque expirationes et inspirationes vicissim sibi sexies, octies, spatio duorum vel trium sexagesimarum horae partium et ultra succedunt. Durante hac terribili scena aegrotuli facies rubet, livet, frons sudore irroratur, oculi protruduntur, cruor e naribus, ore, interdum ex auribus, manat, cor vibrat, flatus expelluntur, atque vomitus, res in ventriculo contentas eliciens, sequitur. In nonnullis praeterea obveniunt ecchymoses ad palpebras et albugineam, sternutationes effrenae 79), scissio

79) Quinquaginta sternutationes sub quovis paroxysmo

scissio labiorum cruorem fundentium, urinae et faecum involuntariae dejectiones, extremitatum frigus, pulsus parvus, contractus, duriusculus, lipothymiae et convulsiones; ne dicamus de suffocatione. Tussis ope nihil obtinetur, nisi frustula mucii ex albo flavescentis, interdum coerulei, aut cruenti, ac adeo tenacis, ut nisi adstantes parvulis aegrotulis digito ori immisso succurrerent, sputum etiamsi extra os pendulum, per inspirationem iterum retraheretur. Terminato paroxysmo, infantes debiliores, animo et corpore concidunt, alii vero, etiamsi labefactati, paullo post, ac si nil plane contigisset, subridendo ad crepundia se convertunt. Plurimi tunc cibum, nonnulli potum appetunt. Secunda et tertia morbi hebdomade paroxysmi diu noctuque, praesertim mane et vespere, omni vel quarta vel dimidia horae parte, nonnunquam adeo regulariter revertuntur, ut temporis punctum futurae invasionis praedici possit⁸⁰). Morbum alternis diebus

numeravi. In schedis Patris mei exemplum comitis-sae ST...x invenio, quae in quovis insultu centies et ultra sternutabat.

80) Nescio quomodo expertus HENKE (*Handbuch z. Erkenntniss u. Heilung d. Kinderkrankh. 2. Aufl. p. 186.*) dicere potuerit: „Eine strenge Regelmäßigkeit in dem Eintritte der Anfälle findet nie statt. . . .“ Jam STORCH (*Abh. v. d. Kinderkrankh. 2. B. p. 360.*) ajebat: „Sie (die Anfälle) sind aber zuweilen so accurat, daß sie fast gewisse Minuten halten: wie ichs

diebus gravius affligere ⁸¹⁾ non observavimus. — Tertia, quarta, quinta hebdomade, paroxysmi in dies rariores fiunt, liberis intervallis ad quinque sexve horas protractis. *Stadium declinationis* tunc ingruit, quo progrediente inspiratio jam ejulatu illo specifico, de quo supra diximus, destituitur, donec tandem et tussis versus finem secundi mensis evanescat; nisi forte alieno superveniente morbo vita periclitetur.

Autopsia
cadaverum.

2. Cadavera infantum ex coqueluche (seu potius ex morbis coqueluche supervenientibus) demortuorum, exhibuere serum in ventriculis lateralibus cerebri, venis illius cruore turgidis ⁸²⁾, — tracheam lympa coagulabili repletam ⁸³⁾, glandulas bronchiales praeter modum tumidas ⁸⁴⁾, inflammationem pleurae ⁸⁵⁾, bronchiorum ⁸⁶⁾, pulmonum, illorumque cum pleura costali adhaesio-

dann einmals bei einem adlichen Kinde angemerket, daß der Sturm justement sich alle fünfviertel Stunden geäußert.“

81) ROSENSTEIN l. c. Cfr. BLOM et FAXE in *d. Berichten an d. königl. Coll. v. J. 1769. p. 11. 250.*

82) Vidi in puella octo annorum; vidit similia MANDRUZZATO: in *Nuovi commentari di medicina e chirurgia. Padova 1818. I. Semestro.*

83) In plurimis infantibus reperi.

84) In infante quindecim mensium, die quadragesimo secundo morbi sub paroxysmo suffocato, inveni.

85) WATT l. c.

86) WATT, MARCUS et ego in haud paucis observavi.

sionem⁸⁷⁾, phlogosin superficiei superioris diaphragmatis⁸⁸⁾, illius cum pericardio concretionem⁸⁹⁾, ruborem paris nervorum vagi in cavo thoracis decurrentis⁹⁰⁾, hepar normale quidem, sed ita in thoracis cavum propulsum, ut regionem mammae dextrae attingeret⁹¹⁾, intestinum colon transversum enormiter dilatatum, contra vero illius pars descendens coarctata, ut nequidem digitum attingeret⁹²⁾. Sat constanter in
gland.

87) In pueris duobus mihi obvenit.

88) Semel in puella octo annorum.

89) MEMMINGER in HUFELAND'S *Journal d. pr. Heilk.*
13. B. 3. St. p. 188.

90) AUTENRIETH in *Tübing. Blättern f. Natur u. Arzneykunde.* 1. B. 1. St. Juvenis magnae spei, Dr. HERRMANN KILIAN sequentia mihi retulit: „Ich fand bei funfzehn, an dem Keichhusten verstorbenen, Kindern, das das Neurolemma des nervi vagi, da wo er den plexus cardiacus posterior bildet, bis herunter zum Diaphragma entzündet war, und das nebst dem die Marksabstanz selbst eine merkwürdige Veränderung erlitten hatte. Sie sah nemlich milchblau aus, war bei weitem dichter in ihrer Textur und fühlte sich fast cartilaginös hart an.“ Interea cl. KRUKENBERG neque in nervo vago, neque in sympathico magno, neque in phrenico infantum, ex coqueluche demortuorum, quid morbosum invenire potuit. (*Jahrbücher d. ambulanten Klinik zu Halle.* 1820).

91) In infante bienni contigit.

92) In quinque cadaveribus, ita ut hoc phaenomenon vix pro accidentali agnoscerem.

glandulis, tum pulmonum, tum mesenterii, vestigia scrophularum obvenerunt.

§. LXVIII.

Caussae. Diagnosis. Prognosis.

Caussae. 1. Aevo nostro coqueluche super universum globum late grassatur; conquerimur in regionibus septentrionalibus⁹³⁾, conquerunturque in australibus⁹⁴⁾. Nullum quoque anni tempus illi adversatur; grassatur enim hyeme et vere, potissimum flante euro et borea, grassatur aestate, dum dies fervidissimi a frigidis humidisque excipiuntur, grassatur, et maxime quidem, autumno⁹⁵⁾. Subjiciuntur coqueluche praeprimis infantes a primo nativitatis anno usque ad septimum;

93) WATT (l. c.) asserit, coqueluche in regionibus septentrionalibus et frequentius, et majori vi saevire.

94) Ait PENADA (l. c. p. 5.): „e di più sembra provato ad evidenza, che ne' popoli settentrionali la tosse convulsiva sia meno frequente ne' suoi vitorni, meno forte, e terribile nelle sue conseguenze, che ne' paesi posti alla plaga più mite, e meridionale della Francia e dell'Italia.“

95) Vilnae coqueluche grassabatur a. 1807. mens. Octobri et Novembr.; a. 1809. mens. Jan. Febr. Mart.; a. 1813. mense Decembri; a. 1814. mense Januario; a. 1815. a mense Septembr. ad Decembrem; a. 1816. a mense Jan. ad Martium; a. 1819. a mense Jan. usque ad Octobrem; a. 1820. mense Septembr. et Octobri; a. 1821. mense Aprili, a. 1822. mensibus Majo et Junio.

mum; serius morbus magis feminas, praeprimis gravidas et puerperas, adgreditur. Parcet nec divitibus, nec pauperibus. Causa excitans procul dubio contagium⁹⁶), ad cuius tamen, ne dicamus ortum, saltem propagationem, congrua requiritur annua constitutio, qua illius vis modo arcetur, modo sustinetur. Contagium facilius a natu majoribus ad juniores, quam a junioribus ad natu majores propagari videtur⁹⁷). Viam illi sternunt frigus excalesfacto corpore susceptum, et

Ggg 2 ani-

96) De natura contagiosa coqueluche suspicionem manifestans pulchre suo jam tempore dixit STORCH (l. c. p. 366.): „*meiner wenigen Einsicht nach werden dermaleinst noch gar viele Krankheiten blos dem Anstecken zugeschrieben werden können, die wir jetzo noch von einer allgemeinen Ursache herleiten.*“ Ac re quidem vera nostro aevo nemo amplius de natura contagiosa coqueluche dubitat. Propagatur enim (saepe per ipsos medicos) morbus, de aegro ad aegrum, de domo ad domum, de pago ad pagum, ita ut via, quam sequitur, erui et demonstrari possit, eoque quodam in loco stabilito (in orphanotropheo, instituto, familia, urbe, provincia), vix antea, quin omnes infantes ad illum dispositi aegrotaverint, cessat. Vere hinc dicit PENNADA (l. c. p. 17.): „*La tosse convulsiva, qualora si sia in qualunque modo introdotta in una data popolazione, città, o provincia, non disparte, se non dopo un ben lungo giro di stagioni, e di annate intere.*“ Sciendum tamen, STOLLIIUM more suo et coqueluche contagium negasse. (MOHRENHEIM *Wiener. Beyträge zur pr. Arzneyk.* 2. B. p. 3).

97) STORCH l. c. p. 356.

animi pathemata deprimentia ⁹⁸⁾. Causa proxima ignoratur. Quaerebatur incassum in insectis ⁹⁹⁾, in rheumatica materia ad diaphragma deposita ¹⁰⁰⁾, in stimulo subtili nervis pneumogastricis et phrenicis illato ¹⁾ etc.

Diagnosis. 2. Est enim coqueluche morbus sui generis, neque a morbillis ²⁾, neque a bronchitide ³⁾ repeten-

98) Nemo nisi expertus id crederet, quantum moeror, timor, in infantum corpuscula imperium exercent. Accedit hic quod fletus peculiari modo partes illas, quae in coqueluche maxime patiuntur, exercet.

99) LINNAEUS Diss. exanthemata viva. Upsal. 1757. v. Amoenit. acad. Vol. 5. N. 82.

100) STOLL ratio medendi. P. V. p. 135.

1) HUFELAND *Bemerk. über d. Keichhusten (in dessen Bemerk. über d. Blattern. 2. Ausg. p. 484).*

2) POHL Pr. de analogia inter morbillos et tussim convulsivam. Lips. 1789. v. *Neue Samml. f. Wundärzte. 4. B. N. 5.*

3) Si opinio ista, a WATT et MARCUS emissa, veritati consona foret; cur, quaeso, in coqueluche, loco vocis raucae, bronchitidi familiaris, sonorus ejulatus audiretur? Cur copiosa illa sputa, quae inflammatio membranae pituitariae bronchiorum largiri solet, in coqueluche non observarentur? Cur coqueluche inducias plurimarum horarum concedere solet, cum bronchitis continuo saeviat? Cur methodus anti-phlogistica, quâ iste morbus, determinatus inter limites, rite debellari solet, simili pacto et coqueluche non fugaret? — Provocant ad cadaverum sectiones! At vero hae nil aliud docent, praeterquam quod coqueluche saepe cum bronchitide societatem inire potest.

petendus. Proprium illi est, morborum exanthematicorum instar, praescriptum suum curriculum absolvere, cujus ante terminum aegrum quidem interficere, sed neutiquam sanare poteris 4). Nec satis. Sicuti quaevis morborum exanthematicorum epidemia peculiarem solet agnoscere indolem, ita et coqueluche. Est enim iste morbus modo *simplex*, modo *complicatus*. *Coqueluche simplex* evolvi solet in infantibus caeterum optima sanitate gaudentibus et annua constitutione aliis morbis popularibus vix favente. Malum sua stadia regulariter decurrit. Nulla alieni morbi inveniuntur vestigia, quin immo paroxysmo absoluto, infans vix pro aegrotante haberetur. *Coqueluche complicatus* indolem refert *inflammatoriam*, *gastricam* et *spasmodicam*. *Indoles inflammatoria* induitur a coqueluche, vel mox a primo morbi initio, vel sub illius curriculo. Coqueluche ab initio est inflammatorius, in infantibus robustis, plethoricis, annuaque

con-

Pulchre WATT et MARCUS refutaretur a J. G. KÖCHLER in diss. de sede et natura tussis convulsivae. Prag. 1818. et in *Allg. Literatur-Zeit.* v. Jahr 1818. 4. B. *Ergänzungsbl.* N. 130.

4) Non intelligo, virum expertum dicere potuisse: „se si giunga a tempo della prima ingruenza del morbo, facile cosa ella è per quanto l'esperienza ci documenta, coi blandi purganti, e sopra tutto coi vomitori di troncoar il corso alla sempre lunga e molesta malattia.“

PENADA l. c. p. 20.

constitutione morbis phlogisticis favente, Primum morbi stadium non amplius febrem catarrhalem, sed potius bronchitidem refert. Si coqueluche sub decursu suo per errorem in regimine et maxime per malam medendi rationem fiat inflammatorius; en nova adoritur febris, libera a paroxysmis intervalla adumbrans, cum signis bronchitidis, pleuritidis, pneumoniae et encephalitidis. Nisi tunc illico succurratur, exitus illarum inflammationum, potissimum suffocatio, phthisis pulmonalis et hydrocephalus, evolvuntur. *Coqueluche gastricus* locum obtinet in infantibus voracibus, male nutritis, vermibus onustis, obstructioni alvi obnoxiiis, vitam inertem ducentibus, imprimis si genius morborum regnantium fuerit biliosus. Aperitur scena febre catarrhali, notis gastricis insignita. Malo ad secundum stadium protracto, major solito invenitur virium jactura, morositas, anorexia, ne dicamus de facie flaviuscula, de lingua muco obsessa, de halitu oris ingrato, de alvo tarda, de faecibus valde foetentibus aliisque signis gastricis. Si vermes lateant, somnus quam maxime est inquietus, et aegrotuli motus convulsivos etiam extra paroxysmum, imprimis circa novilunium, experiuntur. Ne vero a saburris, aut a vermibus, symptomata derives, quae a statu inflammatorio membranae mucosae, tubum intestinale investientis, derivanda sunt. Phaenomena, quae in cada-

cadaveribus deteximus⁵⁾, talem intestinorum statum a coqueluche haud alienum esse demonstrant. Concludimus ad illum ex cruciatibus abdominis, praesertim sub tactu; ne dicamus de aliis signis enteritidis catarrhalis. *Coqueluche spasmodicus* sibi eligit infantes sensiles, quondam convulsionibus obnoxios, a diaeta severa, aut ab evacuationibus labefactatos et sub opere dentitionis constitutos. Ab isto coqueluche symptomatica nervosa, quae ex affectione inflammatoria encephali et specus vertebralis pullulant, omnino distinguenda sunt. Distinguuntur utplurimum ob praesentiam febris et signorum, quae de liquore in cerebro aut in medullâ spinali extravasato testantur. Priusquam vero in variam coqueluche indolem inquiramus, morbus iste ab aliis aegritudinibus, cum illo, aut fortuito complicatis, aut similitudinem alentibus, discerni debet. Non desiderantur enim epidemiae coqueluche, cum variolis, morbillis, scarlatina et parotide⁶⁾ societatem ineuntes. Porro coqueluche confundi potest cum *febre catarrhali*, *morbillis* et *croup*. A *febre catarrhali* distinguitur coqueluche ob tussim hic sat longis intervallis redeuntem, et interdum in primo morbi limine quid specifici habentem. Talis autem tussis conditio, et stadio

inva-

5) Cfr. §. LXVII. N. 2 (92).

6) Legi de hoc argumento meretur PENADA l. c. p. 12. 38.

invasionis *morbillosum* propria est. Dubia hinc usque ad tempus eruptionis premere possunt. Quin immo et ultra, si febris morbillosa sine morbillis coram haberetur. Nisi *croup* cum stadio invasionis coqueluche complicitur, ob raudinem et tussis conditionem facile a coqueluche distinguitur.

Prognosis.

3. Coqueluche (paucis concessis exceptionibus) semel tantum unum eundemque hominem invadere solet 7). Sopitus tamen, at non plane extinctus, commisso in regimine errore, interdum is recidivam simulando de novo flagrare incipit 8). Sistit coqueluche morbum magis molestum, rebellem, ac commiserationem excitantem, quam revera periculosum. Nostro saltem aevo pestilentiales illae epidemiae, quas historia narrat 9), non obvenerunt, ac tabulis mortuariis,

coque-

7) „In den 38 Jahren, da ich Kranke besucht habe, ist mir Niemand vorgekommen, der mehr als einmal mit dem Keichhusten befallen gewesen wäre.“ ROSENSTEIN l. c. p. 391. Idem testatur HILLARY *on the air and diseases of Barbados* p. 45.

8) Tale exemplum et nuper in puero septenni vidi, qui dum a coqueluche levatus videretur, lavato pavimento, iterum eo extorqueri incepit. Et MORRIS narrat, quod infantes, qui coqueluche in autumnoperpessi sunt, subsequente vere iterum in eundem morbum relabuntur. (*Med. Obs. and inquiries. T. 3. p. 281*).

9) SPRENGEL l. c.

coqueluche millena funera adscribentibus ¹⁰⁾, ob faciles in diagnosi errores, coecam fidem tribuere nequimus. Sunt interea variae rerum positiones, ab aegrotorum aetate et constitutione, a genio morbi epidemico, ab anni tempore, ab aliis aegritudinibus, ab symptomatibus quibusdam et a medendi ratione, provenientes, quae coqueluche periculosum reddere queunt. Ita, quo junior aegrotulus, eo periculosior morbus. Infantes ubera adhuc sugentes saepissime moriuntur. Infantes a parentibus valetudinariis ortum ducentes ¹¹⁾, thorace deformi instructi ¹²⁾, et admodum graciles, quammaxime patiuntur. Epidemiae interdum (coqueluche simplicis) adeo benignae obveniunt, ut in ampla licet urbe ne unum funus numerari possit. Contra aliae (coqueluche cum complicatione inflammatoria, gastrica, spasmodica) plurimis infantibus infensae evadunt. Coqueluche in hyemem incidens plura pericula minari solet, ac raro ante reditum aestatis plane evanescit. Timendus praecipue est coqueluche, qui cum dentitione, scrophulis ¹³⁾, rhachitide ¹⁴⁾, et morbis exan-

10) Referente ROSENSTEIN (l. c. p. 396.), in Suecia ab a. 1749 ad a. 1764. a coqueluche 43, 393. infantes trucidati fuere; quod faceret omni anno 2712.

11) „*I fanciulli, che nascono da genitori tiscici, o malaticci corrono sempre pericolo maggiore di rimanere vittime della tosse convulsiva.*“ PENADA l. c. p. 19.

12) Cfr. STORCH *Jahrg. V.* p. 167. 261.

13) Memor esto, fere in omnibus cadaveribus illorum

exanthematicis copulatur. Constat vero coqueluche a variolis nonnunquam tueri¹⁵⁾, hocque exanthema interdum illius suspendere curriculum*). Et impetigines (tinea capitis, psora) quandoque vim coqueluche infringunt¹⁶⁾. Epistaxis, sub paroxysmo mechanica vi expressa, indifferens est, secus autem, si extra paroxysmum accidat. Haemoptysis, paroxysmi effectus, vix mali quid portendit; contra vero si sub libero intervallo contingit, phthiseos enim minatur pericu-

qui cum coqueluche interiere, notas scrophulosas obvenisse.

14) „ . . . wie denn insonderheit angemerkt, dafs die mit der Engelländischen Krankheit umgehende Kinder gar leicht daran sterben.“ STORCH l. c. p. 361.

15) GHILIANI (Breslauer Samml. in 8. Versuch. p. 671.) asserit: „doch hatten die meisten den Vortheil, dafs sie von denen Pocken, welche zu der Zeit und forthin noch stark im Gange waren, und da fast kein Haus war, da nicht einige daran darnieder lagen, verschonet blieben.“

*) „Verfüllen sie aber gleichwohl in die Blattern; so steht der Husten so lange stille, bis die Blattern ins Dorren gerathen, alsdann zeigt er sich mit desto gröfserer Heftigkeit und drohet auch Gefahr.“ STORCH l. c. p. 362.

16) LENTIN Memorab. p. 36. THILENIUS med. Bemerk. p. 294. Acta mea clin. a. 3. 6. p. 72. Et PENADA l. c. p. 18. „Se nel tempo, in cui il fanciullo ovvero l'adulto è attaccato dalla tosse convulsiva, gli si manifestano alla pelle, o la crosta lattea, o pustule, o altre impetigini, è cosa utile.“ l. c. p. 18.

riculum. Convulsiones solius paroxysmi sociae, si infans fuerit robustus, morbum potius leniunt; alias mortem properant. Miliaria ut plurimum levamen afferunt. Displicet status leucopneumaticus aegri a morbi initio. Absentia vomitus morbum ut plurimum magis rebellem reddit. Nocet tamen vomitus, dum post pastum urgens, aegrotulum necessario nutrimento defraudat. Lenis diarrhoea, quatenus vires non infringit, pro salutari habenda. Quaevis porro epidemia propriam semioticam agnoscit. Symptomata, quae ex statu inflammatorio viscerum nobilium et adhuc magis illa, quae ex reliquiis inflammationum emergunt, praecipuis timenda sunt; hinc symptomata bronchitidis, pneumoniae, encephalitis, phthiseos, hydrothoracis, et hydrocephali. Haec symptomata cum perpetua esse soleant, patet, securitatem maxime ex laudabili aegrotuli extra paroxysmum statu proficisci 17). Neminem, cui intervalla libera fuerunt, sub paroxysmo, etiamsi vehementissimo, unquam mori vidimus. Vidimus autem (veritatis amor confessionem extorquet) bene multos ab artis nostrae

infa-

17) Pulchre, ut semper, STORCH (l. c. p. 363.): „Wenn Kinder zwischen den Stürmen frey um die Brust sind, nicht röcheln, keinen kurzen Athem, kein Fieber, guten Appetit, ruhigen Schlaf, offenen Leib haben, so ist es eine Anzeige, dass die Krankheit bald ihren Abschied nehmen werde.“

infaustae conaminibus trucidatos, quod praepri-
mis usui insano specificorum tribuendum est.

§. LXIX.

C u r a.

Prophyla-
xis.

1. *Prophylaxis* consistit in fuga contagii¹⁸⁾. Sani hinc ab aegrotantibus, et utrique a suspec-
tis et a convalescentibus separandi sunt. Sum-
ma quoque supellectilis et vestium infectarum
ratio habenda est¹⁹⁾. Vigente coqueluche epide-
mico parentes et institutores cura duplici invigi-
lent, ne infantes errores in diaeta committant,
ne corpus exaestuent, ne frigori sese exponant,
ne severis punctionibus subjiciantur²⁰⁾ etc. *Fu-
miga-*

18) „Man verhütet diesen Husten leicht, wofern man nur
zur Zeit, wo er herrscht, auf alle Weise der Anstek-
kung zu entkommen sucht.“ ROSENSTEIN l. c. p. 397.

19) „Sappiamo in fatti, ne credo inopportuno di ripeterlo,
che la sola promiscua stazione degli attaccati del morbo,
coi sani, il solo mangiare, il bere nelli stessi vasi, sono
altretanti motivi di comunicare la tosse convulsiva da
soggetto a soggetto; e lo stesso avviene dal decumbere
nello stesso letto, usare degli abiti, ed utensili senza le
debite precauzioni; io vorrei in somma che si usassero
anco per la tosse convulsiva epidemica, tutti quei sani-
tari regolamenti, che furono attivati tanto providamente
per avventura colti dal vajuolo naturale.“ PENADA l.
c. p. 41.

20) Animi pathemata peculiare imperium in coqueluche
exercere vel ex eo patet, quod terror pro auxilio
hujus morbi habitus fuerit: „alterum, inquit WIL-

mitigationes ex pice navali aut ex terebinthina 21), vias aëreas irritando, nocere possent. Idem de potu infusi *rosmarini sylvestris* 22) expectandum. Vaccinam a coqueluche tueri illumque mitigat^o 23), fabula est.

2. *Coqueluche simplex*, secundum statum hodiernum scientiae nostrae, optime curatur, dum fere *naturae committitur*. Officium medici in eo consistere debet: a) ut *debitum regimen diaeteticum* praescribat; b) ut *symptomata*, quoadusque fieri licet, *leniat*; utque c) invigilet, ne *alienus morbus sese insinuet*.

C. coque-
luche sim-
plicis.

A) Re-

ris (l. c. p. 53.) pro tussi puerorum convulsiva remedium esse solet, ut *subito quodam timore afficiantur*, hinc cum medicamenta minus efficiunt, apud vulgus in praxi familiare est, ut pro terriculamento, dum molendinum ingens cum stridore, et rotarum adspectu horribili circumagitur, affectus grani sive frumenti receptaculo imponantur, indeque morbi hujus subita curatio nonnunquam contingit.“

21) WATT l. c. (Vas pice repletum ope ferri candentis eousque circumagitur, donec usque fumus inde emergens cubiculum repleat).

22) „Herr v. LINNÉ berichtet in seiner Westgothischen Reise, das der gemeine Mann ihn mit Vortheil bei seinen Kindern gegen den Keichhusten gebraucht habe.“ ROSENSTEIN l. c. p. 397.

23) CLEEVE in DÖRING *Journ. f. d. neueste Holländ. med. u. chir. Literatur.* 1. B. 4. St. N. I. OKES in *phys. and med. Journ.* 1802. Novemb. MOUTAN in SÉDILLOT *Journ. de méd.* 1812. p. 384.

A) *Regimen diaeteticum primi stadii illi febris catarrhalis*²⁴⁾ simile est. Aegrotulis lactantibus ubera rarius porrigenda, ac aqua saccharata pro potu exhibenda. Aetate proveciores a victu animali, cofea, thea fortiori abstineant, ac jusculis avenaceis, hordaceis, amygdalinis, prunis coctis, pomis assatis nutriantur. Temperatura cubiculi esto diu noctuque aequalis, ac modica, inter decimum quartum et decimum sextum gradum thermometri Reaumurii. Optandum, ut aegrotulus decumbat, scopo circa septimum diem lenem transpirationem, ope potus infusi florum sambuci nigrae vel tiliae Europaeae, obtinendi. Ingruente *secundo stadio*, infans, quo junior, eo diligentius a custode experto, haud pusillanimi curandus, ut, scilicet adventante paroxysmo, corpusculó debita positio concilietur, lapsus impediatur atque pituita, suffocationem minitans, digiti ope ex ore extrahatur. Nec mora in lecto, nec, favente anni tempore, illa in cubiculo amplius requiritur. Jamque juscula ex gallinis parata, pinguedine expertia, cum oryza, et dum appetitus viget, pulmenta, cerebrum et glandula thymus vitulorum, cristae gallo-
rum, ova sorbilis, concedi possint. Sit tamen coena semper levis. Quo magis aegrotulus nutrimenta vomitu rejicit, eo saepius victus porrigi debet. Quondam lac asininum pro specifico ha-
beba-

24) P. I. Vol. I. Cap. VI. §. LXVI.

bebatur ²⁶⁾; et generatim lac in *tertio morbi stadio* optimum nutrimentum sistit.

B) *Ad symptomatum quod spectat levamen*, multum fieri nequit. Interim in *primo morbi stadio* febris et tussis temperari possent, ope solutionis *nitratis potassae* vel in *decocto orchidis morionis, althaeae, seminum lini*, vel in *emulsione amygdalina*, additis syrupis consuetis. Conspicuas tamen *nitratis potassae* doses, ob suspicionem, quod febris quidam gradus, ad morbi solutionem requiri possit, non suademus. Cum obstructio alvi plerumque mala adaugeat, illi vel *clystere emolliente*, vel *solutione mannae* occurrendum. *Pediluvia* tussim saepe augent. Circa septimum diem transpirationis opus *diapnoico*, ob tussim mucilagini et oleo nupto ²⁷⁾, sustinendum. *Stabilito stadio secundo* jam valedicendum

26) „Ich habe oben erinnert, dass man diesem Husten den Namen des Eselhustens beigelegt: in Absicht dieses Namens fand sich ein gewisser Eselstreiber ein, derselbe beredete die Leute, dass die Mittel vom Esel in dieser Krankheit unvergleichliche Wirkung thäten. Er gab demnach den Kindern Eselmilch zu trinken. . . . Das Lächerlichste dabei war, dass auch die kranken Kinder den Esel küssen mussten.“ STORCH l. c. p. 377.

27) R. Mucilaginis gummi Arabici unciam semis. Olei amygdalarum dulcium, syrupi althaeae ââ drachmas duas. Aquae flor. sambuci unciam un. et semis. D. S. saepe cochl. coffeanum. (Pro infante unius vel duorum annorum).

dum rebus mucilaginosi et oleosis, quatenus vires ventriculi infringunt. Conducunt potius acriora, dulcibus tamen mixta, e. c. *pulpa cepae assatae cum melle virgineo* ²⁸⁾. Si stomachus languet, vermiumque latentium suspicio habetur, alvus ope radicis *rhei* ²⁹⁾, vel *calomelane* ³⁰⁾ leniter movenda. Rejectione mucii aegre procedente, imprimis si natura in vomitu excitando segnis sit, *emesis*, bis terve de hebdomade excitata, levamen affert. Optime ad hunc scopum aut radicis *cephaëlidis ipecacuanhae* ³¹⁾, aut *vinum antimoniatum*

28) PENADA l. c. p. 27.

29) Pro infante quatuor annorum: R. Rad. rhei scrupulum unum. Mellis virginei unciam semis. Ebulliant c. s. q. aquae communis per aliquot horae momenta. Colat. unciarum trium. D. S. Capiat omni tertia hora cochl. majus.

30) e. c. grana tria pro infante ejusdem ut supra aetatis, sed intelligitur pro unica vice, nam repetitae etiam si minores calomelanos doses, ptyalismum et irritationem systematis vasorum lymphaticorum gignere possent.

31) Uno ore celebratur a BASSEVILLE (quaestio medica an tussi puerorum clangosae, vulgo coquelucke, emesis? Paris. 1752.), a MILLAR (*Obs. on the asthma and whooping-cough*), a ROSENSTEIN (l. c. p. 402.), a PENADA (l. c. p. 25.) etc. qui ait: „*Esclusa per me adunque ogn' altra sorte di emetizzante sostanza, condotto da ben lunga sperienza, stabilisco fermamente che la sola radice di ipecacuanha polverizzata e data in sostanza è da preferirsi a qualunque altro emetico.*“ (Dosis circiter granum un. pro quovis aetatis anno numeratur, nil vero nocet, vel parum excedere).

niatum HUXHAMI ³²⁾, aut *sulphur auratum antimonii* ³³⁾ inserviunt. Si aegrotulus ante coqueluche eruptionibus cutaneis fuerit obnoxius, si tales eruptiones ingruente coqueluche evanuerint, sique genius morborum regnantium sit rheumaticus, ad *vesicatorium* ³⁴⁾ sterno vel inter scapulas applicando, aut ad unctionem regionis epigastricae ope *unguenti ex axungia porcina et tartrate stibii et potassae parati* ³⁵⁾, confugere licet. Ne tamen credas tali unguento, virtutem speci-

32) R. Vini antimoniati HUXHAMI drachmam un. Syrupi althaeae unciam un. M. D. S. (pro infante duorum annorum) cochlear coffeanum ad vomitum usque repetitum.

33) R. Sulphuris aurati antimonii granum un. Mucilaginis gummi Arabici scrupulum un. Syrupi simplicis drachm. duas. Aquae destillatae unciam. M. D. S. (pro infante duorum annor.) cochlear coffeanum ad vomitum usque vase prius probe agitato.

34) Commendantur vesicatoria inter alios a DE MEZA, diatribe N. 3. PALDAMO l. c. C. 5. et in HUFELAND'S *Journ.* 3. B. p. 171.

35) En formulam inventoris Cl. AUTHENRIETHI (*Leichte Heilart d. Krampf- oder Keichhustens d. Kinder.* v. auctoris ipsius *Versuche f. d. prakt. Heilkunde.* 1. B. 1. *Hft.* p. 127). R. Axungiae porcinae unciam unam, tartari emetici drachm. un. et dimidiam. M. terendo fiat unguentum, ter de die ad magnitudinem nucis avellanae illiniendum, donec non solum pustulae sed et exulceratio appareat. Pustularum illarum imago invenitur in FEILER'S *Pädiatrik.* Sulzb. 1814.

specificam adversus coqueluche inesse³⁶). Obstat praeterea illius usui, utpote saevos dolores excitanti, aegrotuli magna sensibilitas. Quamobrem inter auxilia externa potius arrident mitiora *unguenta*³⁷) columnae vertebrali illinita, *allium* plantis pedum admotum etc., et quidem maxime scopo, impatientiae parentum satisfiendi. In *tertio morbi stadio* si vires languerent, *infuso frigido cinchonae*³⁸), *gelatinâ lichenis islandici*³⁹), *ferro*⁴⁰),

36) Exceptis allatis indicationibus, ubi unguentum *AUTENRIETHII*, sicuti quivis alius stimulus externus, conducit, nil peculiare inde observare potui; qua in re, excepto *NOLDE* (v. *HUFELAND'S Journ.* 1811. *Oct.* p. 81.), verisimiliter omnes medici mecum conveniunt. Et virtus partes genitales utriusque sexus specificè aggrèdiendi, quae huic unguento ab auctore tribuitur, mihi suspecta est; quoties enim ad illas partes pustulas vidi, toties infantes regionem epigastricam unguento contaminatam scalpsisse ac dein manus conspurcatas pudendis admovisse verisimile erat.

37) e. c. unguentum nervinum, oleum macis expressum, Balsamus vitae *HOFFMANNI*.

38) Quamvis *MURRAY* (*Progr. de tempore corticis peruviani in tussi convulsiva exhibendi.* Goett. 1776.) maturum cinchonae usum suadeat, attamen propria experientia cdoctus sum, nos potius consilium illorum sequi debere, qui hoc pharmacum in declinatione morbi commendant. Loquor inprimis de *STOLLIO* (*rat. mèd.* P. II. p. 183.) et de *AASKOWIO* (*Act. Reg. soc. mèd. Havn. T. I. p. 284*). Celebratur in Gallia syrupus adversus coqueluche (*sirop contre la coqueluche*), qui pa-

ro⁴⁰), *decocto saturato radice smilacis chinae cum lactis tertia parte*⁴¹), succurrere solent. *Aërem rusticorum* omni alii auxilio anteponi-
mus.

3. Quoties coqueluche *indolem inflammato-* C. coque-
riam manifestat, toties salus a *methodo anti-* luche in-
phlogistica pendet. Quae propositio de *omni* rii.
stadio morbi valet, et quidem, non ad morbum
ipsum debellandum, sed ad complicationem abi-
gendam. Quamobrem illico a *methodo anti-*
phlogistica desistendum, dum morbus ad sim-
plicitatem reductus est. Symptomata bronchiti-
dis *venae sectionem*⁴²) (a qua aetas aegrotuli
H h h 2 mini-

ratur ex cinchona, ipecacuanha et opio (*Dict. des sc.
méd. T. 6. p. 234*).

39) Alii *lichenem pyxidatum* laudant. v. (*Hist. de la soc.
R. de méd. ad a. 1777 et 78. p. 294. ad a. 1779. p.
268.*) FORBES l. c.

40) STANGER in *Med. chir. Abh. d. med. chir. Gesellsch.
in London. A. d. Engl. übers. v. OSANN. Berl. 1811.*
(vitriolum martis). ROGER's v. *med. Repository* 1816.
et HUFELAND's *Journ.* 1816. Aug. p. 110. (vinum
chalybeatum, ad guttas quinque omni secunda hora).

41) Faletur de hoc decocto WERLHOFF (*Commerc. litt.
Norimb. 1733. p. 173.*), illud vix unquam permittere
ut aeger ex tussi moriatur.

42) Non provoco ad WATT et MARCUS, quippe qui
phlebotomiam ob proprias de coqueluche hypotheses
proponunt, sed provoco ad SYDENHAMUM (*Opp. p.
248. 394. 780.*), ad STOLLIVM (*Rat. medendi. P. II.*

minime absterrere debet) exposcunt. Post venae sectionem (si opus fuerit etiam repetitam) ad hirudines⁴³⁾, pectori applicandas, confugiendum. Et *nitras potassae* cum *regimine universali antiphlogistico* non negligenda; item *sinapis*⁴⁴⁾ ad plantas pedum, suras, et brachia. Ab emeticis usque ad extinctionem status inflammatorii, abstinendum est⁴⁵⁾. Quodsi coqueluche inflammatorius neglectus fuerit, ac methodus antiphlogistica non solum amplius non conduceret, sed vires potius infringeret, de *exitu* seu *transitu inflammationis in alios morbos* haud dubitandum. Tunc auxilia, novis malis accommodata, quaeque in doctrina hydrocephali, hydropis pleurae, et phthiseos ex vomica recensentur, in usum ducenda. *Bronchitidem* vero *chronicam* saepe hujus phthiseos larvam induere, pluries edocti

p. 181.), ad AASKOWIUM (Act. soc. med. Havn. T. I. N. 24.) nec non ad propriam experientiam.

43) Cfr. HUFELAND's *Journ.* 3. B. p. 171.

44) PELARGUS (STORCH) *med. Jahrgänge.* P. III. p. 287.

45) Grave damnum inde vidi, dum scilicet medici aegrotulis, quibus aliunde cruor ad caput aut ad thoracem, praetermodum ruebat, emetica ob id, quod generatim in coqueluche commendantur, exhibebant. Barbaria! Non deberent tamen ignorare, STORCHIUM (l. c. p. 377.) jam dudum emeticorum usum limitasse dicendo: „*Wiewohl nun diese Art, durch Brechen zu kuriren, nicht überall glückliche Folgen hat, und zu befürchten ist, dass die Wallungen nach der Brust dadurch vermehrt werden . . .*“

edocti sumus; atque tunc usu continuato *nitratis potassae* et *foliorum digitalis purpureae* 46) et interdum solâ *aquâ selteranâ* cum lacte tepido 47), infantes, a specificorum irritantium usu interitui proximos, ex orci fancibus eripuimus. Profuit nonnunquam et *decoctum radice polygalae senegae*. A *calomelane* 48) nunquam obtinimus effectum.

4. *Cura coqueluche gastrici* a resolventibus C. coque-
 incipitur. Alii muriatem ammoniacae, oxymel ^{luche ga-}
 scillae, polygalam senegam, sulphur auratum ^{strici.}
 antimonii, adhibent; — nos solutionem *tartra-*
tis stibii et potassae in minimis dosibus porre-
 ctam, omni alii resolventi antepo-
 nemus. Eodem dein pharmaco, dosim tantum augendo, ad
 vomitum eliciendum, et alvum sollicitandam uti-
 mur. Quodsi à remediis specificis in tubum in-
 testinalem agentibus, hujus sequeretur irritatio,
 etiamsi haec, per augmentum symptomatum ga-
 stricorum, palam fieret, illico, ab emeticis et
 pur-

46) Commendatur a DRAKE in KÜHN'S *phys. med. Journ.* 1800. p. 583. illamque sub rerum positione hic indica-
 cata interdum cum magno successu adhibui.

47) Miror non magis commendari, cum ALBERTI l. c. illius jam injecerit cum debita laude mentionem. Addo lac tepidum, ne frigus aquae injuriam inferat.

48) Laudatur in HUFELAND'S *Journ.* 7. B. 2. St. p. 91. Alii laudant cum opio (STRÖM in *Act. R. soc. med. Havn.* Vol. IV. p. 329).

purgantibus abstinendum, et ad mucilaginosam et oleosam, nec non ad *hirudines* superficiei abdominis admoendas confugiendum. Debellatâ sic complicatione, morbus ut coqueluche simplex tractatur.

C. coqueluche spasmodici.

5. *Coqueluche spasmodica* illa exposcit pharmaca, quae, ob hypothesein, omnem coqueluche esse convulsivum, cum tanto aegrorum damno generaliter usurpata fuere. In ipso enim coqueluche spasmodico illa remedia non indiscriminatim adhiberi possunt. Sic *opio* plane locus non datur, nam sputum suppressit, vomitum salutare cohibet et vires imminuit 49). Nec istis malis per sic dicta *corrigentia* obviam ire licet 50).

Hyo-

49) STORCH jam *theriacae* usum in coqueluche vituperavit (l. c. p. 372). Maxima pars optimorum de hoc morbo scriptorum *opii* haud meminit. Nec verbum de illo profert ROSENSTEIN. PENALA ait: „*pure avendo osservato in pratica che questo rimedio (l'oppio) sopprime in gran parte quella tanto benefica separazione per l'anacatarsi di questa tenacissima linfa nella tosse convulsiva, quindi singolarmente ne primi stadi di questo crucciose malore, fu quasi sempre da me escluso un tal remedio o almeno cautamente e parcamente adoperato*“ p. 30. Nescio hinc, quid de contrariis observationibus HENKE (l. c. p. 203.), MATTHAEI (HUFELAND's und HIMLY's Journ. 1810. Sept. p. 113.) et MÜLLER (ibid. 1810. Sept. p. 113.) cogitandum sit.

50) Qui *opium* in coqueluche commendaverunt, illud fere semper conjungebant aut cum *gummi Senegal* (DE-MACHY *Manuel de pharmac. Paris 1788.*), aut cum

Hyoscyamus a plurimis commendatus ⁵¹⁾, nunquam nobis satisfecit. *Atropam belladonna* ⁵²⁾ in una epidemia cum magno successu ⁵³⁾, in sex aliis incassum ⁵⁴⁾ adhibuimus. Ulterioribus experimentis *viscum quercinum* commendamus *).

Inte-

moscho et camphora (HÆRN opusc. inedit. P. I. 1. N. 25.), aut cum *elixirio pectorali Ph. Danicæ et Naphtha Nitri* (JACOBI in VOGEL *Bibl. I. B.* p. 279.), aut cum *radice ipecacuanhæ* (HUFELAND'S *Journ.* 3. B. p. 171). Quamvis pluries pulverem DOVERI in usum traxerim, attamen nunquam boni quid inde evenisse vidi.

51) v. HUFELAND'S *Journ.* 4. B. p. 158. 645. 7. B. 2. St. p. 91. FISCHER *Klin. Annal. v. Jena* p. 81. SCHEIDER in *Annal. d. Heilk.* 1811. Jun. p. 506.

52) Radix commendata fuit a Cl. SCHAEFFER: *Beschr. u. Heilart d. gewönl. Kinderkrankheiten.* 25. Abschn. Cfr. ejusd. *Volkskrankh.* 1806. Sept. p. 32. et HUFELAND'S *Journ.* 6. B. p. 260. Item volumina annorum 1811. Aug. p. 11. 48. 1812. Jul. p. 9. Dosis pro infante quatuor annor. granum dimidium bis de die. Suadet SCHAEFFER, ut longe major dosis usque ad obnubilationem visus et siccitatem faucium adhibeatur. Laudes ejusdem radicis atropæ belladonnae cecinerunt WIDEMANN (HUFELAND'S *Journal.* 11. B. 2. St. p. 169. 22. B. 2. St. p. 158.) et MICHAELIS (ibid. 1812. Febr. p. 22).

53) Acta mea clinica. Vol. 3. p. 16.

54) Isto major non datur testimonium de diversitate epidemiarum coqueluche.

*) Hoc pharmacum commendatum, ut dixi, a WILLISIO (*Pharmac. rational.* Vol. II. p. 62.) et a BAGLIVIO (*Prax. med. Cap. de tussi*) cum mihi tam egregie con-

Interea tutissimus est *moschi* ⁵⁶⁾ usus, praesertim in infantibus valde sensibilibus, urinam copiosam excernentibus, et extremitates frigidas habentibus. Et *asa foetida*, sub clysterum forma, vigen-

tra tussim nervicam inserviisset (Cap. XIV. §. LXV.), illud et in coqueluche novis experimentis submittere statui. Semel solummodo id faciendi sese obtulit lucusque occasio. Puer septennis jam ultra dimidium annum coqueluche laborans, mihi eo magis phthiiseos timorem incutiebat, cum jam semel bronchitide chronica laboraverit, nuncque sputa cruenta, febricula continua, sudores nocturni, macies et debilitas urgerent. Debellata prius per digitalem et aquam Selteranam febre, illico tussim cum *visco quercino*, quater de die ad grana quindecim, superbibendo decoctum ejusdem saturatum, aggressus sum, et quidem tanto cum successu, ut sumto per nonnullos dies hoc remedio, aeger laetus mihi obviam venerit, exclamando: gratias pro pulveribus! Revera spatio trium hebdomadam, perfecte sanus evasit.

- 56) *Julapium e moscho*, familiare est coqueluche in Anglia auxilium (ROSENSTEIN l. c. p. 399). Laudatur a FULLERO in pharmacopoea extemporanea p. 206. Item a HOMIO (KIRKLAND diss. de pertussi in WEBSTERI medicae prax. system. T. 2. p. 146). HUFELAND (*Bemerk. über d. Keichhusten*. l. c. p. 441.) et BERGER (Act. soc. med. Havn. 1. T. p. 315.) maximas doses (drachmam de die) exhibebant. Sequenti formula utor (pro infante duorum annorum) R. Moschi grana duo. Mucilaginis gummi Arabici, syrupi rosarum ââ drachmas duas. Aquae rosarum unciam un. M. D. S. Omni secunda hora cochlear coffeanum, agitato vase.

vigentibus convulsionibus non negligenda ⁵⁷). Ne vero credas convulsiones, et lipothymias, semper exposcere pharmaca excitantia. Interdum enim aura frigida ⁵⁸), et frigoris ad pectus applicatio ⁵⁹) terribilia haec symptomata debellant.

6. Et alia pharmaca adversus coqueluche <sup>Alia phar-
maca.</sup> adhuc commendata fuere, quae neque omnino ignorare, neque sine discrimine adhibere juvabit. Spectant huc: *saponaria officinalis* ⁶⁰), *conium maculatum* ⁶¹), *narcissus pseudo-narcissus* ^{*}), *majorana* ⁶²), *mesembryanthemum crystallinum* ⁶³), *nicotiana* ⁶⁴), *guajacum officinale* ⁶⁵), *cardamine pratensis*.

57) Scrupulus pro dosi, cum vitello ovi et infuso flor. chamomillae.

58) Sicuti in variolis, ita in coqueluche infantes vidi, qui in cubiculo calido convulsiones patiebantur, quibus aura frigidiuscula auxilium fuit.

59) VALLÉE in *Journ. de méd. T. 28. p. 336.* (epithemata frigida sub sterno). Haec methodus et inter aethiopes in America in usu est (VALENTIN *Recherches historiques sur le croup* p. 129).

60) THOM *Erfahr. u. Bemerkungen* p. 196. (extractum).

61) RANOË in *Act. R. soc. med. Havu. T. I. p. 338. IV. p. 97.* BUTLER l. c. HUFELAND's *Journ. 9. B. 3. St. p. 87.*

^{*}) DU FRESNOY *des propriétés du narcisse près, rhus radicans. Paris 1788.* (extractum).

62) STERN in HUFELAND's *Journ. 9. B. 3. St. p. 146.*

63) WENDT in HUFELAND's *Journ. 9. B. 3. St. p. 29.* Et *Annalen* etc. p. 72. (extractum).

64) THILENIUS *med. u. chir. Bemerk. p. 294.* GESNER

pratensis ⁶⁶⁾, *phellandrium aquaticum* ⁶⁷⁾, *strychnos nux vomica* ⁶⁸⁾, *crocus sativus* ⁶⁹⁾, *ledum palustre* ⁷⁰⁾, *lactuca virosa* ⁷¹⁾, *gelatina animalis* ⁷²⁾, *fel tauri* ⁷³⁾, *castoreum* ⁷⁴⁾, *cantharides* ⁷⁵⁾, *phosphorus* ⁷⁶⁾, *acidum hydrocyanicum* ⁷⁷⁾,
et

Beobachtungen. 1. B. N. 20. HUFELAND'S *Bemerkungen* p. 446.

65) VEIZHAZ I. C. HUFELAND'S *Bemerk.* p. 426.

66) CORHAIRE in *Société d'émulation de Liège* 1812. de VEILLECHEZE in *Journ. de méd. continué.* T. 16. p. 427.

67) STERN I. C. p. 145.

68) HUFELAND *Bemerk.* p. 446. MICHAELIS in HUFELAND'S *Journ.* 3. B. p. 190. (extractum).

69) HARGENS in HUFELAND'S *Journ.* 7. B. 2. St. p. 91.

70) LINNAEUS *Diss. Ledum palustre.* Vide *Amoenitates acad.* T. VIII. N. 156.

71) GUMPRECHT V. HUFELAND'S *Journ.* 1814. *Octbr.* p. 109. (Dosis tertia vel dimidia pars grani, ter quater de die). KRUKENBERGER *Jahrbücher d. ambulatoischen Klinik in Halle* 1820. (extractum).

72) HEINEREN in *Allgem. med. Annalen.* April. p. 324.

73) *Allgemeine deutsche Biblioth.* 57. B. p. 434.

74) HORN'S *Archiv.* 1810. *Jul.* p. 303. MORRIS *medical obs. and inquiries* p. 281.

75) HUFELAND *Bemerk.* p. 435. et *Journ.* 15. B. 3. St. p. 159. WOLFF *ibid.* 4. B. p. 644. HARGENS *ibid.* 7. B. 2. St. p. 92. PLOUCQUET *Sylloge observatiuncularum mixtar.* Tub. 1791. p. 13. FORBES I. C. Adhibent tincturam ad guttas quatuor — octo — quater in die. Si Clarissimi Viri scirent, quot aegri coqueluche laborantes per administrationem hujus pharmaci (aetati

et *muriaticum* **), *aether muriaticus* 78), *murias barytes* 79), *oxydum zinci* 80), *plumbum* 81), *sulphur* 82), *sulphuretum potassae* 83).

infantili neutiquam accommodati, semper periculosi et per hypothesein introducti) a medicis, praxin secundum praecepta diariorum exercentibus, necantur, poeniteret sane ipsos, illius publicam injecisse mentionem.

76) LOEBENSTEIN-LOEBEL *Erkenntnifs u. Heil. d. häut. Bräune.* — (Non satis fuit puerorum tubum alimentarem per cantharides erodere, — requirebatur aliquid, quod illum etiam adureret. Bone Deus!)

77) Fautores jam incipiunt et hoc venenum infantibus administrare. Vale conscientia!

***) THIEL v. *Salzburg. med. chir. Zeitung.* 1813. N. 30. p. 77.

78) WERLHOFFIUS (*Hannövr. Magaz.* 80. St. 1768.) cum successu adhibebat R. Syrupi corallorum uncias octo. Spiritus salis dulcis unciam un. M. D. S. Cochlearia duo coffeana mane totidemque vespere.

79) HUFELAND *Bemerkungen* p. 430.

80) HUFELAND *Bemerk.* p. 441. DE MEZA in *Act. R. soc. Havn.* Vol. II. p. 36. 334. TODE *med. Bibl.* 7. B. p. 568. WINCKLER in *HUFELAND'S Journal.* 2. B. p. 453.

81) FORBES l. c. SAUVAGES *Nosolog.* T. I. p. 651. (saccharum saturni).

82) QUARIN *Animadv. in divers. morb. chron.* p. 36. (parum vel nil praestat). Sic praescribebat: R. Florum sulphuris drachmam un. gummi arabici, tragacanthi ââ drachm. un. et semis. Extracti liquoritiae, Sacchari ââ drachm. duas. Kermctis grana duo (usque ad quatuor). M. f. pulvis.

83) CHAUS-

- 83) CHAUSSIER *Remède spécifique contre le croup et la coqueluche. Annuaire de la soc. de méd. du departem. de l'Eure a. 1810. p. 154. Dict. des sc. méd. T. 6. p. 321.* HINZE in HUFELAND's *Journ.* 1825. *Septbr.* p. 70. Bis de die a granis sex ad grana decem. (Quis misellos infantes cum tali merda excruciet!).
-

E R R A T A.

- pag. 769. lin. 8. verba: *agitatio pectoris transferenda sunt in secund. col. sub Asthma*, et verba: *interdum potius apnoea in prim. col. sub Suffocatio spasmodica*
- pag. 830. lin. 4. loco *strepitus leg. spiritus*
-

Drent 7/83

5
11

